



8946



Rep. XXXV. 3. no. 52.



Operum Medicorum  
**FRANCISCI**  
**JOELIS**  
TOMUS SEXTUS.

*qui*  
CONTINET METHODUM

Universales curandi morbos Chirurgi manu ut  
plurimum tractandos.

USUI ET BONO PUBLICO OLIM  
*à Francisco JOELE D. filio elaboratus, nunc  
revisus & luci datus*

*à*  
FRANCISCO JOELE D. NEPOTE  
aulæ VVolgastanæ Medico & Universitatis  
Gryphisvaldensis Professore  
Ordinario.




ROSTOCHI  
JOHANNIS HALLERVORDI  
*bibliopola sumptibus.*  
ANNO M. DC. XXXI









CÆcis in tenebris, attritâ veste, recum-  
bens

Cheirurgia, suas postquam fulgere sorores  
Conspexit, nitidâ facie cultuque superbas;  
Subridens, JOELIS Ego Licet ultima natu,  
Sum tamen æquè etiam JOELIS filia, di-  
xit,

Conscensaque aula Museium intravit jatri  
Et blandis monuit verbis, ut se quoque, vel-  
let

Jam dotare Nepos, defuncti nomine patris.  
En ultro obtinuit dotem, pulchroque  
decora

Ornatu stat sponsa, meo aspirante labore,  
Vestrum erit o juvenes, lectissima pecto-  
ra Phœbo,

Præpropero amplexu ferre obvia basia sponsæ,  
Atque interrupto cuuctantem impellere amo-  
re,

Vt velit, hâc iterum consumtâ tempore veste,  
Sumere purpureo prætextam stamine pallam.

*Ioachimus Stockman Med. D. &  
Acad. Rostoch. Physices  
Professor ordinarius.*

Aaa

Toj



TOMI SEXTI  
 Tractatus De Chirurgia præcipua  
 Typographica Errata sic corrigenda.

**P**ag. 2. l. 16. mereri, qui, lege mereri, & qui, l. 1. VNIVERSALIS.  
 lege GENERALIS p. 3. l. 12. lege manuum operatione curan-  
 di morbi p. 3. in margine, ex, lege sex. p. 4. l. 11. semper lege frequen-  
 ter. p. 5. l. 1. VNIVERSALIS lege GENERALIS. p. 6. l. 10. , dele. p. 7.  
 l. 1. VNIVERSALIS lege GENERALIS l. 7. lege notitia. l. 26. lege u-  
 rinaria. p. 8. l. 6. lege Natura. p. 9. l. 22. lege exsecti. p. 10. l. 1. lege si-  
 milis est. p. 11. l. 28. , dele. p. 12. l. 2. lege cavitatem. l. 8. lege curatio.  
 p. 13. in margine, lege vulnera. p. 15. l. 2. lege autem. p. 16. in margine,  
 lege membrana p. 19. l. 2. lege conspiciuntur. p. 20. l. 18. lege obductio.  
 p. 21. in margine lege usus p. 23. in margine lege Essentiam. l. 8. lege in-  
 sensibilitatem partium. l. 12. lege temeri. l. 16. lege papaveris. l. 22. lege  
 eum. p. 24. l. 18. lege Attractiva l. 19. lege quamam. l. 24. lege ελκυσμα  
 sive εμσπασμα. l. 27. lege halitus. l. 31. lege tantum. l. 32. lege  
 mitiora. ibidem lege Amugalis. p. 25. l. 5. lege Oxycroclium. p. 38. l. 12.  
 lege constat. p. 39. lege pituitosus. p. 42. l. 14. lege excrementosus p. 58.  
 l. 20. lege ut nonnulli. p. 61. l. 16. lege imponatur. p. 65. l. 12. lege aufe-  
 ratur. l. 14. lege vel, in margine lege genus. p. 66. l. 26. lege cutis. p. 67.  
 l. 30. lege discussionem. p. 69. l. 27. lege imponenda. p. 69. l. 6. lege ana:  
 ibidem. l. 19. lege consueverunt. p. 70. l. 2. dele aut ibidem. l. 9. lege dis-  
 soluti. ibidem. l. 16. lege ερηξ. In margine lege Cholagoga. p.  
 71. l. 1. DEORDEMAE. ibidem l. 20. lege symptoma. p. 72. l. 8. lege  
 no elem. lin. ultima lege aromatibus. p. 73. l. 1. lege calefacientes. ibi-  
 dem. l. 18. lege. 3. vi. aut ζι p. 75. in margine lege vlceris. p. 77. l. 1. lege  
 A QUOSO p. 80. l. 13. lege dicuntur. ibidem. l. 22. lege Venetias. l. 24.  
 ein lege am. ibidem in margine signa dele p. 82. l. 8. lege potu. p. 83. l. 5.  
 lege Bdellium. ibidem lin. ultima lege Bdelli. in margine lege melle p.  
 85. l. 10. lege dilatentur. p. 87. l. 5. lege melancholici. ibidem. l. 12. lege  
 exigua. p. 88. ubi. 58. pone. 88. l. ubi evacuetur pone extrabatur. p. 89.  
 l. 19. ut lege & p. 90. l. 15. lege particulam. p. 91. l. 10. hordei dele. p. 91.  
 l. 19. confert adde vacuatio. Ibidem. l. 20. lege applicationem. In mar-  
 gine Vacuatio dele. p. 93. l. ultima lege mutatione; p. 95. l. 12. lege Co-  
 cble-



*chlearis* ibidem l. 19. *iii* lege j p. 96. l. 6. lege per purgato. p. 98. l. 21.  
*ma* lege medulla. in margine lege tumoribus p. 99. In margine lege De  
*Polypo.* Ibidem lege trochiscos. p. 100. l. 13. lege adaptato. p. 101. l. 3.  
 lege corticum q<sub>3</sub>. ibidem l. 15. lege ferreo. ibidem. l. 20. lege unde. p.  
 102. l. 18. lege falcato p. 103. l. 17. Ellebo, albi, dele lege lilior alb. p. 105.  
 l. 7. lege tepidum. ibidem. l. 11. lege contundantur. p. 106. l. 22. prius  
 lege praeitus. p. 111. l. 2. lege qua ex. ibidem. l. 4. lege excitantur. p. 112.  
 l. 1. lege vulneribus p. 117. in margine lege Complicati ulceris curatio  
 p. 122. lege l. i. Sect. II. p. 127. l. i. Intemperie dele, lege cum affluxu hu-  
 moris. p. 132. in margine lege Caustica Chemicis. p. 135. l. 20. lege diu-  
 turnis. p. 138. l. i. doloroso dele, lege Verminoso. p. 140. l. 29. lege con-  
 nexa. p. 144. l. 30. lege linementis. 147. in margine lege sublimatio  
 148. in margine lege sinuoso. p. 149. l. 5. lege nervos p. 153. l. 8. lege ex-  
 stirpetur. l. 11. lege venarum p. 155. l. 16. lege contundantur p. 157. in  
 margine lege Mercurius. ibidem. l. 23. lege fumum. p. 159. l. 27. lege  
 retorrada. l. 28. lege esculentar p. 165. l. 5. lege cancrosum. p. 169. l. 22.  
 lege potest. p. 170. l. 1. adde SECT. III. p. 171. l. 19. lege apoplexia p.  
 173. in margine lege Copolata. p. 174. l. 29. lege mitigetur. p. 175. l. 1. le-  
 ge vulnerum. l. 8. lege suppressio p. 183. in margine lege vulnus. p. 184.  
 l. 1. lege FRANCISCI ibidem. l. 24. lege labia p. 187. in margine le-  
 ge remediiorum p. 202. in margine lege praestat. p. 208. l. 8. lege studio-  
 sos p. 212. l. 14. lege concrevit. p. 214. l. 9. lege torrefiat p. 216. l. 21. lege infera-  
 so p. 217. l. 1. lege Confusione p. 218. l. 1. lege partib. p. 228. l. 5. lege exsiccent.  
 p. 229. 12. lege coarticulatione. p. 232. in margine lege vulpis p. 240. in mar-  
 gine lege specierum p. 245. l. 23. lege discutientibus p. 256. l. 28. lege palpe-  
 brarum. p. 263. l. 1. lege ARTER. p. 264. in margine lege medulla. p.  
 275. l. 5. lege fovenda & abluenda erunt donec detumescant & ita p.  
 289. l. 5. SYNCOPES lege DOLORIS. p. 290. in margine lege du-  
 ritias p. 299. l. 16. lege braebis q<sub>3</sub> p. 306. l. 4. lege laminae plumbeae. p.  
 307. l. 1. lege altera. p. 308. l. 15. lege confluit. p. 310. l. 10. lege plu-  
 meoli. p. 311. l. 19. lege instituen. p. 313 l. 25. lege eximii. p. 317.  
 l. 6. lege discrimen. p. 323. l. 12. lege mundiss. p. 326. l.  
 24. lege luxationem p. 327. l.  
 24 lege ossis.









## JOHANNI HALLERVORDIO

*civi & bibliopola Rostochiensis.*

**C**æperat ante annos is & subsequentibus aliquot, ut nosti: in publicum emittere opera medica Eruditissimi, Præstantissimi & experientissimi viri Dni. Francisci Joelis, quondam in Academia Gryphiswaldensi, per integros 40. annos professoris Universam Medicinam tam Theoricam quam practicam, magno labore & studio ab ipso concinnata, propria experientia comprobata, continentia, ac à pluribus expetita, & diu desiderata, frater meus germanus Mattheus Bacmeisterus Phil. & Med. D. Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Dni. Dni. Augusti Saxonæ inferioris, Angrivariæ & Westphaliæ Ducis archiater, & inclytæ Reipub. Luneburgensis Physicus ordinarius, idq; consensu auctoris ex filio nepotis, D. Francisci Joelis, Illustrissimi item & Celsissimi principis ac Dni. Dni. Philippi Julij, Pomeranorum Ducis beatissimæ memoriæ, medici aulici. Continuasset vero dictus frater meus opus cæptum, nisi in ipso ætatis flore, ante quinquennium præmatura morte abreptus, illud imperfectum reliquisset, Desiderabantur adhuc quæ de febribus & venenis in usum publicum conscripisset auctor, ut & ejusdem Chirurgia ea tu in lucem proferre, Hallervordi, quod tuo eoq; non exiguo sumptu, ex singulari in studium Medicum & qui ei addicti sunt propensione non dubitaris, magnæ tibi debentur gratiæ.

A. 2.

tia.



ia. Licet à multi in dubium vocare velint, an Chirurgia, tanquã quæ manuali perficitur opera, ad Medicum pertineat, tamen cum a præcipuis Medicinæ Scriptoribus, tertia Medicinæ therapeuticæ pars constituatur, qua morbi, qui in solutionem continui, aut in partium externarum moderatione consistunt, sectione, uisione, restitutione in naturalẽ situm, & medicamentis extrinsecis admotis curantur, ea à Medicina excludi prorsus non potest nec debet, Legimus n. ipsum Hippocratem, huic arti propriam admovisse manum, nec Chirurghi nomen fuisse dedignatum. Juvenem, etiam capite vulneratum curasse, ac libros scripsisse, de vulneribus capitis, de officina Chirurgica, de articulis, de fracturis, quos magna diligentia interpretatus est Galenus, quem & ipsum, artem hanc proprijs manibus exercuisse constat. Scribit n. de se ipso, sibi vigesimum quintum ætatis annum agenti, gladiatorum curam Romæ feliciter demandatam, tametsi postea anno 32. ætatis ab opere manuali destiterit, munus illud Chirurghi committendo. Possem hanc in rem plura scribere, & utilitatem Chyrurgiæ commendare prolixius, si epistolæ modum excedere esset animus. Tuum est quod bene cœpisti pertexere, & de Medicinæ studiosis porrò optime mereri. Ita ipsos tibi ad quævis officiorum genera devincies, & insignis utilitas ad plurimos non sine magna tua laude, redundabit. Dabam Rostochij 12. Aprilis Anno cl̄o & CXXXI.

*Johannes Bacmeisterus Phil. &  
Med. D. Academiae Rostochiensis  
Professor ac Senior.*





FRANCISCI JOELIS  
CHIRURGIA.

Præloquium.



**C**HIRURGICA Morborum ac  
Symptomatum curatio, ut est vetusti-  
ssima, ita in humana vita utilis. &  
cognitu maxime necessaria; multi e-  
nim morbi præsertim inter plebeios  
sine arte medica, solius naturæ bene-  
ficio persanandi relinquuntur, pau-  
cissimi autem ex morbis Chirurgiæ  
subjectis existunt, qui sine ope Chirurgica prosperè tolli queant;  
Quod autem ea præclariss. Medicæ artis pars non ab ipsis Me-  
dicis, sed ab aliis certis hominibus, qui se falsò Chirurgoſ nomi-  
nant, hodie administratur, id nemini mirum videri debet, cum  
ipsa se tam latè extendat, ut sola integrum hominem & quidem  
minime desidiosum desideret, & sicuti olim, ita & nunc certas  
ejusdem Chirurgiæ partes, ut sunt oculorum medicationes, Ra-  
micum & calculorum per sectionem curationes, dentium dolen-  
tium euulsiones & lumbricorum extirpationes certi homines  
exercebant, ac profitebantur; Cur autem non integra Chirur-  
gia certis artificibus demandetur non video; Verùm id non  
tantum admiratione dignum est, quod hac tempestate optima  
& nobiliss. Chirurgia tanquam spuria filia artis Medicæ à sua  
B gene-

Chirurgiæ  
necessitas

Quam la-  
tè pateat.

—



Quod nō  
sit relin-  
quenda  
imperitis  
Chirurgis

Chirur-  
gia ex li-  
bris per-  
fecte Dis-  
ci nequit.

Morbi  
Chirurgia  
subjecti  
cur inter  
Universa-  
les cense-  
antur.

genetrice avulsa & ab omnibus ferè medicis neglecta ac spreta, in  
servitium in doctissimorum hominum omnisq; disciplina ac lice-  
rarum rudium tonsorum detrusa & ablegata sit; Quo- tus quisq;  
enim quæso ex Medicis hujus seculi reperitur, qui exemplo a-  
vini Hippo. & Galeni Sapientiss. aliquid studij in ea vel in-  
pendat aut proprijs manibus eam exerceat, aut errata enormi a-  
lanionum hominum tonsorum imperitorum demonstrare corri-  
gere & certam Methodum curandi illis præscribere possit. Sunt  
sanè plurimi Medici, qui ex aliorum præscriptis & libris de  
Chirurgia multa blaterare sciunt, sed sua judicia rationibus  
firmis & experientia confirmare paucissimi qui possunt, inveni-  
untur, Fallitur enim qui Chirurgiam perfectam ex libris se-  
perficere posse confidat, nisi ejusdem accedat & experientia & ma-  
nuale exercitium. Cum autem ars Medica circa Chirurgia co-  
gnitionem manca & imperfecta sit, sequitur neminem bono Iu-  
re medici nomen mereri, qui Chirurgia prorsus rudis de morbis  
Chirurgia subjectis nil recte judicare possit: per pauca enim no-  
bis affectiones occurrunt, quarum Symptomata manuariam  
curationem non requirant, Quomodo verò manus feliciter  
applicabit Medicus aut tonsori ministro modum operandi mon-  
strabit Chirurgia ignarus? Decet itaq; Medicinæ tyrones non  
levem operam ac studium in addiscenda Chirurgia impendere  
qui excellentes cupiunt fieri Medici. Ut itaq; nos in tradenda cu-  
rativa Medicinæ parte nil præterijse videamur, brevissima  
quam possumus methodo, omnia, quæ ad Chirurgicam curatio-  
nem spectant ultimo hoc loco fideliter tractare ac proponere præ-  
sente Deo conabimur. Porro cum morbi Chirurgia subjecti  
certas Corporis partes ut plurimum affligant, non immerito  
quis mirabitur, cur nos inter Universales morbos referre volue-  
rimus? cui id respondemus nostrum factum non habere alias ra-  
tione

tione



## CHIRURGIA UNIVERSALIS.

ziones quam quia morbos Chirurgicos inter affectiones particu-  
lares sine ingenti confusione reponere minimè potuerimus, &  
propterea omnes eruditi in Therapeuticis descriptione ultimo  
loco Chirurgiam collocarunt, quia hi morbi universis parti-  
bus ejusdem generis & nominis accidere possunt, ut Tumores,  
Ulceræ & Vulnera omnibus carneis & subcutaneis partibus.  
Fracturæ omnibus ossibus, luxationes omnibus articulis contin-  
gere possunt, non tamen pugnamus cum ipsis qui alium sequun-  
tur in collatione morborum Chirurgicorum ordinem & locum.

## CHIRURGIA QUID EST?

Chirurgia si ἐπιπορῶν vocabuli spectas, idem est quod χειρουργία  
i. e. manuum operationi curandis morbis, nostratibus  
Wundarstey / & Chirurgus idem quod χειρουργός i. e. manu  
operans ein Wundarste. Est itaque χειρουργία ultima pars  
ἰατρικῆς sive curatiuæ medicinæ, quæ docet modum & Qua-  
litatem manualium operationum quæ in morbis curandis exer-  
centur, præsertim in conglutinando unitatis solutæ, & dividen-  
do incidendoq; continuitatis malè affectæ, & aliarum opera-  
tionum quæ ad sanitatis restorationem desiderantur, quas pau-  
lo infra enumerabimus.

Chirurgi-  
a, quid?

## QUI MORBI SUNT CHIRURGIAE subjecti?

Sex sunt morborum Chirurgiæ subjectorum genera, tumor,  
ulcus, vulnus, Fractura ossium, luxatio articularum & Rup-  
tura membranarum.

Morbo-  
rum Chi-  
rurgiae sub-  
jectorum  
ex genera.

TUMOR PRÆTERNATURALIS Græ-  
cis ἀπόστημα Lat. abscessus, & exitura ein Swulst est extube-  
ran-

B<sub>2</sub>

Tumor  
quid?



## FRANCISCI JOELIS

*rantia sive in crementum in aliqua corporis parte, in quo vel col-  
 luvies humorum vel flatuum copia collecta replet, distendit &  
 partis continuitatem solvit, in molemque non-naturalem attollit:  
 Et omnis tumor præternaturalis in se omnia tria morborum  
 genera continet videlicet intemperiem, præavam Compositionem  
 & continuitatis divisionem. Tumorum species in sequentibus de-  
 clarabimus. **VLCUS** ἔλκος Ein alter oder fauler schadel est  
 continuitatis in partibus mollioribus carnosisque veluti sunt cutis  
 & muscoli solutio & cavitas, ex quo non sanguis ut ex vulnere,  
 sed purulenta sanies manat. Ulcera ut plurimum tumorum  
 præternaturalium sunt comites, & semper excitantur à materia  
 erodente, qualis est humor acris internus aut materia erodens  
 foris parci imposita. Ulcerum species suis in locis enumerabi-  
 mus. **VULNUS** vel plaga Græcis ἰσχυρὴ sive πληγή eine  
 frische Wunde est continuitatis solutio, quæ cadit in quamli-  
 bet corporis partem, ab extrinseco instrumento casim facta;  
 Græci perperam confundunt in suis definitionibus ulceris  
 & vulneris vocabula, cum tamen multis nominibus inter se  
 differant; Vulnus enim semper fit à causis extrinsecis, Ulcus  
 vero à causis intrinsecis ut erosionem humorum ut plurimum, &  
 per accidens ab extrinsecis, venenatis pharmacis, Item vulnus  
 semper sanguine madet; ulcus vero purulentam sanie ex cer-  
 nit. Vulnerum species plures sunt, pro partis vulneratæ natura,  
 quas suo loco explicabimus.*

**FRACTURA** καταγυγή ein Beinbruch est conti-  
 nuitatis ossium vel cartilaginum solutio, vulnus seu contritio,  
 quæ à violenta externa causa irruente accidit, & os aut incidit  
 aut contundit, comminuitque; franguntur autem ossa aut trans-  
 versaliter aut per longi- tudinem.

**LUXA-**



## CHIRURGIA VNIVERSALIS.

**LUXATIO** Græcis ἐξάρθρωσις, verrenkung der Glieder/est articuli alicujus à propria & nativa cavitate ac loco in alienum & insolitum pro lapsus, quo motus voluntarius partiū luxatarum aut tollitur aut impeditur, cujus plures sunt differentia suo loco explicanda.

**RUPTURA** Græcis ῥήγματις ἢ ὑμῆων ein Bruch der vâlle/ est vulnus & laceratio ac continui solutio, quæ accidit in ipsis tunicis sive membranis.

Quæ Symptomata, morbos Chirurgiæ subiectos potissimum comitantur?

Varia & periculosa sæpe Symptomata morbos comitantur, quib. nisi confertim succurratur, ipsos morbos perniciosiores reddunt & curatu difficiliore. Sunt autem præcipua Symptomata **TUMORUM** quidem sive **Apostematum** dolor, inflammatio, induratio pruritus & lividitas,

**Ulcera** comitantur quoq. eadem Symptomata, Dolor, Inflammatio, Intumescencia, Siccitas, Putredo, Sordities, Fætor, carnis super flui incretio, **Gangræna**, Verminatio, Pruritus.

Vulneri accidunt sanguinis implacabilis eruptio, ἤχρωσις sive aquosa humiditas ex vulnere profluens, quam nostri **Das Blutwasser** vocant, sanies putida, dolor, tumor, inflammatio, carnis super flui incrementa, puris frustratio, pruritus, Febris, alui obstructio, vomitio, convulsio, animi deliquium vigilia, gangræna, & macilentia seu tabes partis vulnerate.

Fracturarum ossium Symptomata sunt, dolor, inflammatio, inepta ossium coaptatio, ossis à toto liberati intra cutem reliquia

B. 3.

vul-

Sympto-  
mora mor-  
borum  
Chirurgi-  
æ subje-  
ctorum.



## FRANCISCI JOELIS

vulnus, tumor, ossis mortificatio, ac denigratio, caries sive erosio, pruritus.

Luxatorum articulorum Symptomata sunt, inepta & imperfecta repositio semotorum ossium, crassi & lenti humoris inter coniungenda ossa collectio, dolor, tumor, inflammatio, & ossis luxati fractio.

Ruptarum membranarum Symptomata sunt dolor & carnis aut alterius partis per rimam ruptam prolapsio, qualis fit in hernia, id est in ruptura membranae peritonei ubi vel intestinum vel muscosa caro prolabitur. De his omnibus, Symptomatibus in singulorum morborum enumeratorum curationibus fusius docebimus.

Chirurgum bonum & inculpatum, qualem virum esse decet?

Qua  
Chirurgo  
cognoscenda.

Chirurgum praestantem, oportet esse prudentem, acris iudicij et in artis Medicae partibus singulis mediocriter doctum. Ex physiologia enim debet addiscere humorum naturas, corporum & partium temperamenta. EX αἰτιολογικῆν addiscet morborum & Symptomatum Chirurgiae subiectorum causas & qualitates. EX σημειωτικῆν signa cum salutaria, tum pernicioosa, & quae facilitatem & difficultatem curationis ostendunt, percipere studebit.

Chirurgi officia.

EX φαρμακευτικῆν remediorum tum simplicium tum compositorum ad curationem Chirurgicam necessariorum facultates cognoscere studebit; oportet praeterea Chirurgum inculpatum esse, animo pium, modestum, misericordem, & affabilem, non avarum, non garrula iactantia tumentem, vanaque spe & falsis promissis egrotantes alentem, in sectionibus & unctionibus oportet ipsum

ipsum



## CHIRURGIA UNIVERSALIS.

ipsum esse fortem & imperterritum, corpore agilem, acie visus & sensu tactus excellentem, manibus ac digitis promptum, minimeq; tremulum & in artis operibus multum diuq; exercitatum: & in summa is excellentissimus Chirurgus habebitur, qui curationem Chirurgicam citò, tutò facile & sine magno cruciatu perficere potest.

Quarum rerum potissimum noticia Chirurgum instructum esse decet?

Quatuor potissimum rerum noticia & usurpandi ratione Chirurgum inculpatum instructum esse oportet, Anatomies, Operationum Chirurgicarum, remediorum & instrumentorum Chirurgicorum.

Quatuor  
sunt quæ  
Chirurgum  
scire  
oportet.

EX ANATOMIE QUÆ SUNT  
cognoscenda Chirurgo?

Ex Anatome sedulo cognoscere debet Chirurgus partium omnium corporis aut saltem partium principalium & similari-um vocatarum substantiam, situm, officia & actiones, ac si quæ earum vulnerentur, sintne lethales periculosæ & facilis vel difficilis curationis.

Ex Ana-  
tome quæ  
cognoscen-  
da Chirur-  
go.

Quæ sunt partes principales, postprin-  
cipales & quæ similes?

Principales partes sunt quæ primarias edunt actiones in corpore humano & sunt 4. Cerebrum, Cor, Epar, testiculi.

Postprincipales siue majoris momenti sunt Spinalis medulla, Aspera arteria, pulmones, Gula, ventriculus intestina septum transversum, Renes, Vesicula bilis, Vesica urinaria & Matrix.

Partes  
principa-  
les.

Simi-



## FRANCISCI IOELIS

Similares partes sunt, quarum singulae partes à toto dissectae totius substantiam & nomen retinent; sunt autem similes partes, Nervi, Arteriae, Venae, Membranae, Musculorum Caro, Ligamenta, Tendones, Cartilagineae, Ossa, Quibus & articulorum constitutio addi potest.

## Quæ Est Natura &amp; Constitutio enumeratarum partium?

Brevis  
descriptio  
partium  
quæ ad ce-  
rebrum.

Ενέφαλος, Cerebrum, Das **GEHJKN** oder **BRGGR** est medulla capitis, substantiam habens concreto lacti similem, quod duabus membranis involutum est, quarum interiorem tenuem Meningem & piam matrem vocant. Exterior autem dura Meninx sive dura Mater nominatur. Cerebrum. 4. in se continet cavitates quæ officinae sunt Spirituum animalium, Cerebri posterior pars Cerebellum, ex quo derivatur Spinalis medulla; ex cerebro. 7. Paria nervorum oriuntur ad instrumenta sensoria deducta ex inde eorum surculi in subjectas quasdam partes.

Officium & Utilitas Cerebri est, cum Spiritu animali potentias animæ locomotivam & sensitivam universis corporis partibus per nervos communicare.

Ejus vul-  
nera.

Cerebrum vulneratum ut plurimum lethale est, etsi nonnullos cerebro vulneratos sanitati restitutos fuisse quidam magni auctores testificantur.

Cor.

Καρδια **COR** est fons Vitæ; substantia cordis est caro dura & compacta situm habens sub osse pectoris, non quidem perpendiculararem sed obliquum, Ita ut ejus mucro ad levam papillam tendat, binas habet Cor in se cavitates, quæ officinae sunt Spiritus Vitalis. Ex cordis sinistra cavitate oritur A-  
orta,



## CHIRURGIA GENERALIS.

orta, omnium arteriarum truncus; Officium & usus cordis est vitalem spiritum & calorem nativum per arterias universis corporis partibus distribuere. Corde vulnerato necessario subita mors subsequitur.

9.  
Ejus vul-  
nus lethale

Ἡπαρ, Iecur. Substantia Epatis mollis est & concreto sanguini similis; situm habet Iecur sub infimis costis dextri lateris, latum digiti dependens infra septum transversum. Ex Epatis gibba & suprema parte omnium exoritur magna & cava vena quæ truncus est totius corporis venarum, Cava autem sua parte ventriculo incumbit. Officium & actiones Iecinoris sunt, Chylum assumptum in sanguinem convertere, eumque purificare & purificatum universi corporis partibus nutriendo per venas distribuere. Vulneratum Epar circa venam cavam lethale est, circa vero reliquas partes per accidens est lethale: quâdoq; enim persanatur & quidem cum difficultate. Ορχεις Testiculi, substantiam habent glandulosam & albam atq; spongiosam, situm habent inter Inguina, in maribus è corpore prominent, In fœmellis autem intra corpus circa inguina latitant. Usus & Officium testiculorum est materiam seminis in vasis seminarijs, quæ testiculis sunt annexa elaborare & fœcundam reddere. Vulnera testiculi difficillime curari possunt, sed toti artificiosè execti curari quidem possunt, sed perit facultas prolificandi, sæpe autem contusi testiculi per accidens propter Symptomata mortem inferunt.

Jecur.

Ejus vul-  
nera

Testiculi

Eorum  
Vulnera

### Postprincipales Maximiquè Momen- ti partes sunt

Μεδulla ἰσχυρὴ Græcis, Latinis Medulla spinalis der Rücken-  
stige der Dors Das Rücken Marck. Est rivulus per dorsum  
Spinam

Medulla  
Spina



Spinam fluens, substantia ejus substantiæ cerebri per similem est, sed paulo duriore cerebro, quia ut cerebrum, duabus tunicis est vestita, situm habet in cavitate vertebrarum. Officium & usus spinalis medullæ est. 30. paria nervorū utrinq; per dorsum producere, & eorum surculos per totum corpus dispergere, & per eisdem motum voluntarium & sensum ex cerebro acceptum universis partibus distribuere.

Ejus vulnera

Vulnerata spinalis Medulla lethalis est, statim enim convulsionem infert, statimq; ubi præciditur omnes inferiores partes incisione resolvuntur i. e. motu ac sensu privantur, intercipitur enim spiritus animalis ex cerebro per eam defluens.

Aspera arteria

Τραχεία ἀσπείρα Aspera arteria Das Lüsthor /  
cujus caput sub collo eminens, Larynx sive guttur nominatur, substantia constat ex circulis cartilagineis inter se foris & intro membranis convestitis, situm habet in antica colli parte, faucibus enim per collum & initium thoracis in pulmones implantatur. Officium & Utilitas asperæ arteriæ est, aerem per inspirationem ex ore & naribus attractum intra pulmones deferre, & fuliginosos cordis vapores per respirationem provèhere, atq; voci sonoriæ inservire. Vulnerata aspera arteria usq; in ejus Cavitatem lethalis est, intercipitur enim respiratio sine qua homo vivere nequit.

Ejus vulnus

Pulmones

Πνεύμονες Pulmones Die Lunge / substantiam habent mollem & ratam, Spumæ sanguinis similem, situm habent utrimq; in thoracis antica parte; officium & utilitas pulmonum præcipua est respiratio & cordis ventilatio: vulnerati pulmones ut plurimum lethales sunt, tum quia intercipitur respiratio, tum etiam quia pulmo vulneratus propter continuum motum, coalescere nequit, ideo etiamsi aliquando mors diutius protrahatur.

Eorum vulnus

tur.



# CHIRURGIA GENERALIS.

tur, attamen in tabem delabuntur pulmone vulnerati ac tandem intereunt.

Οισοφάγος, Gula Der Stunck est canalis cibi ac potus, substantia constat duabus tunicis sive membranis, situm habet in colli & thoracis postica parte, Orta enim à faucibus, vertebrae colli membranulis quibusdam alligata est, inde deorsum protensa transit per septum transversum, cui undiq; connascitur, ac sub septo transverso ventriculo implantatum, qui locus orificium ventriculi nominatur. Vulnerata gula lethalis est ratione Symptomatum; intumescit enim & alimenti ingestionem intercipit.

Διάφραγμα Septum Transversum vel præcordium Das Scheidellfell oder Hutelein substantia constat duabus validissimis & musculosis membranis, & Thoracem ab infimo ventre, tanquam tabulatum per transversum intercipit ac distinguit, situs ejus est sub pulmonibus & supra ventriculum; in antica enim corporis parte Cartilaginiensi formi Dem Herzkörbellen in postica parte duodecime vertebrae dorsae, circumquaque autem & per latera thoracis costis inferioribus adnascitur, per illud transit gula, Cava Vena ac Arteria magna, Cujus foramina ejusdem partibus artissime connata sunt. Utilitas ejus est separare organa vitæ ab organis Nutritionis ac inservire respirationi, atq; per ejusdem voluntariam extensionem juvare expulsionem excrementorum alui: vulnerato Septo transverso statim perit respirationis & extinguatur vita, Semper itaq; lethale est.

Κοιλία, γαστήρ Græcis, Latinis Ventriculus sed minus proprie, nominatur & stomachus, cum stomachus proprie sit orificium ventriculi ubi nimirum implantatur gula ventriculo; nostris Das Herzkörbellen ventriculi substantia constat ex duabus cras-

II

Gula

Ejus vuln

Diaphragma

Ejus vuln

ventriculo



Ejus vul-  
nus.

sis tunicis sive mēbranis, sitū habet sub septo trāsverso inter ca-  
vitatē Cartilaginis ensiformis, ac inter umbilicū. Officium ven-  
triculi est alimentum assumptum conficere, alterare, & in Chy-  
lum convertere. Vulneratus ventriculus, præsertim circa ejus  
orificium letalis est, quanquam Fallopius dicit se quosdam  
curasse, quibus ventriculus usq; ad cavitatem ejus erat vulne-  
ratus, & ex quo chylus profluxerit, id quod miraculum potius,  
quam medica curatio censendum est.

Intestina.

Ἐντερά, intestina die Darmen / continuum corpus sunt,  
ejusdemq; substantiæ gula ventriculus & intestina; Figura ta-  
men, situ & officijs variant. Intestinorum substantia est dupli-  
cata membrana sive tunica, Esi autem intestina uni-  
cum sint corpus, tamen quia aliæ ejus partes sunt tenues, aliæ  
crassæ, ideo in plures Species distinguuntur, quæ in Spiras convo-  
luta, situm habent in infimo ventre, infra umbilicum, proge-  
nerantur ex inferiore orificio ventriculi & in Spiras convoluta  
in anum desinunt. Officium & utilitas intestinorum est benigni-  
orem partem alimenti per venas Mesaraicas, quibus sunt re-  
ferta ad Epar distribuere, feculentio rem vero partem foras  
propellere & excernere.

Eorum  
vulnera.

Vulnerata intestina præsertim tenuia letalia sunt, Cras-  
siora quoq; si vulnerentur, nisi imposita intestinis argentea fi-  
stula, serico filo obligentur, ut plurimum letalia sunt, Si vero  
non sint læsa intestina, & tamen ex vulnere Abdominis pro-  
labantur sine omni periculo iterum reponi possunt.

Ab domen

Περίτονον Ab domen Das Kinstervedt est capsula sive pe-  
ra, in qua omnia viscera sub septo transverso veluti sunt Renes,  
Epar, Lien, Ventriculus, intestina, Vesica & Matrix conti-  
nentur, & tanquam colligata suis in locis hærent. Substantia pe-  
ritonei constat ex simplici & pellucida membrana, multa pin-  
guedine.



## CHIRURGIA GENERALIS.

guedine conspersa, situm habet sub Diaphragmate & totum inferiore ventrem complet usq; ad pubem. Usus ejus est, omnia viscera infimi ventris in proprio loco continere, Raro vulneratur Abdomen, quin simul vulnerentur quedam in eo contentarum partium, & tum non caret periculo, sed ut plurimum lethale est; At si solum Abdomen sit vulneratum & partes in eo contentae foras prolabantur, si artificiosè repositae fuerint, & ab domen consutum facillimè sanari potest.

Ejus vul-  
nus.

νεφει; **Renes** die **Νηφειν** / **Renum** substantia carnea est & densa, situm habet ad internas partes **Vertebrarum** dorsi sub Diaphragmate. **Ren** tamen dexter elatior est sinistro; officium & utilitas **Renum** est in purificatione sanguinis, quae fit in **Epate**, aquosioram sanguinis partem per venas emulgentes attrahere, & deinde in vesicam percolando destillare. **Vulnerati** **Renes** usq; ad eorum cavitates, lethales sunt, si vero vulnus non penetret ad eorum thalamos curari possunt, nisi accedat inflammatio.

Renes.

Eorum  
vulnera.

**Splen**, **Lien**, substantia constat carnea, sed peculiari livida, & rara, situm habet sub septo transverso ac sub inferis costis sinistri lateris, è regione **Epatis**. Officiùm & utilitas **Lienis** est in purificatione sanguineae massae terrestriore & feculentiore parte sanguinis in se attrahere. **Vulnerato** **Liene** non necessario sequitur mors, nisi vulnus penetret ad magnum canale, per quem excernitur melancholica colluvies & accedat tumor & inflammatio.

Lien.

Ejus vul-  
nus.

κυστις χοληδοχ; **Vesicula** vel capsula bilis flava die **Galle** substantiam habet membraneam simplicem, sita vero est sub eadem parte **Epatis**. Officiùm & utilitas ejus est, ex massa sanguinea, quae in **Epate** confecta est igneam partem quam **fel** seu bilem vocant attrahere, & in se colligere, ac deinde in **Intestina**

Vesicae  
fellis.



## FRANCISCI IOELIS

**14.**  
Ejus vul-  
nus.

exonerare. *Vulnerata hac vesicula fellis semper necessario mortem infert, sed raro læditur sine læsione Epatis.*

Vesica  
urinaria.

*Κύστις* vel cum adjectione *βροδόχου* vesica urinaria *Blase* substantiam habet contextam ex tribus tenuissimis tuni-  
cicis, situm vero in termino infimi ventris inter ossa pubis, cu-  
jus fundus amplius est & sursum erectus versus Umbilicum;  
Cervix vero sive collum constrictum in pudenda desinit. Ejus  
postica pars in viris recto intestino incumbit, in Fæmellis vero  
Matrix. Matrix enim inter intestinum rectum & vesicam  
collocata est. Officium vesicæ est urinam excipere a renibus in-  
seq; eousq; colligere, donec aut mole ejus gravata vesica aut  
acrimonia irritata urinam per pudendum, cui ejus collum est  
instructum, foras expellat. *Vulnerata vesica circa fundum aut  
capacitatem ejus lethalis est, circa cervicem periculosa & dif-  
ficilis curationis.*

Ejus vul-  
nera.

Matrix.

*Μήτρα* Matrix sive *ὄργανον* uterus *Uterus* die *Moder* est nostræ pro-  
creationis hortulus, substantia constat unica & simplici mem-  
brana & crassa ac robusta. Collum deorsum versus sicuti vesica  
habet. Sita est inter utraq; ossa pubis, postica sua parte in-  
cumbit intestino recto, antica vero parte incumbentem sibi ha-  
bet vesicam. In cavitate sua plena est exiguis foraminibus sive  
osculis quæ cotyledones Græcis i. e. acetabula nominantur, per  
quæ singulis mensibus mulieribus sanis inter decimum septimum  
& quinquagesimum annum constitutis (alii à duodecimo incipere  
statuunt & post. 50. annum concepisse mulieres certum est) impu-  
rus & menstruus sanguis expurgatur, nisi sint gravida, (utero  
enim gerentibus cessat sanguinis fluxio). Utilitas matricis est  
ex concepto semine foetum producere. *Vulnerata Matrix ut-  
plurimum lethalis est tum per se tum ratione Symptomatum.*

Cotyledo-  
nes quid.

Ejus vul-  
nus.

Simi-



## CHIRURGIA CENERALIS.

Similares partes omnium maxime Chirurgo sunt cognoscenda propter incisionem vel præcisionem vasorum. Sunt autem præcipue partes similes hæc.

Νεύροι Νervi Die Schnader / Nervos arterias & venas Medici vasa nominant, ideo quod per ea tanquam canales potentia animæ una cum materia distribuuntur. Per nervos enim Spiritus animalis cum potentia Locomotiva & sensitiva, per arterias spiritus vitalis & calor vivificus, per venas Spiritus naturalis & sanguinis in omnes corporis partes defluit ac distribuitur. Substantia nervorum similis est cerebro indurato, alba & instar Corrigiolæ teres & oblonga. Omnes nervi originem habent aut ex cerebro aut ex spinali medulla, et ex cerebro quidem septem paria molliora, ex Spinali Medulla. 30. paria duriora producuntur, duabus tenvis. tunicis à membranis cerebri ortis vestita, Hi nervi suos ramos in omnes corporis partes distribuunt. Officium sive utilitas est, ut dixi, Spiritum animale cum potentia sensitiva & locomotiva deferre & communicare. Nervorum vulnera sive cæsim sive punctim contingant, eorumq; à carne denudatio difficilime curantur, & ut plurimum vulnera nervorum convulsionem aut resolutionem secum afferunt. At si præcidantur nervi iis partibus quibus sunt implantati infra præcisionem sitis seu constitutis, omnem statim sensum ac motum auferunt aut notabiliter vitiant.

αρτηριαι Die Pulsadern / Canales sunt venis similes, quarum substantia ex duabus constituta est membranis, Arteria magna ex sinistro cordis ventriculo tanquam caudex omnium arteriarum exoritur, & in infinitos ramos tanquam arbor inversa divaricatur, qui venarum ramis adjuncti in totum corpus

15.

Similares partes cur cognoscenda. Nervi.

Eorum vulnera.

Arteriae

corpus



Harum  
vulnera

Vena

Harum  
vulnera

Membram

corpus disperguntur. Nulla siquidem vena excepta unica in corpore reperitur quæ sibi arteriam conjugem non habeat. Arteriarum officia sunt vitalem spiritum & calorem vivificum, ex corde in universum corpus deferre, & omnes partes corporis vivificare, suoque motu continuo, quem ex corde habent, fuliginosos vapores sese dilatando per poros cutis expellere, & sua constrictione aerem ambientem attrahere & totum corpus ventilare atque perspirare. Vulnera arteriæ magnæ sive Aortæ prope cor, semper lethalia sunt, sed in reliquis ramis arteriarum sanari possunt. Quanquam eruptionem sanguinis ex Arterijs non facile compescimus.

Φλεβες Venæ Die Blutadereen sunt canales, per quos sanguis ex Epate in universum corpus singulasque ejus partes distribuitur, Substantia venarum unica & simplex est membrana; Originem ducunt venæ ex gybba parte Epatis, ex qua vena cava tanquam truncus producitur, sursumque repit usque ad cor; Deinde in ramos infinitos divaricatur, qui arteriis iuncti in omnes corporis partes distribuuntur; Officium venarum est sanguinem in Epate elaboratum & purificatum nutriendi causa in omnes corporis partes deferre, Cava Vena sive truncus reliquarum Venarum vulneratus, necessariam mortem infert, & ejus rami qui sunt in collo & jugulares nominantur, Item quæ in temporibus habentur vulnerata periculosa sunt & difficillime curantur.

Μεμβρα Membrana & Pellicula quæ & Χίτων i. e. tunica nominatur, nobis est Nutlin / Tunicarum substantiæ constant simplici tenui ac lata membrana, nullum enim viscus in corpore est, quod non aliqua tenui pellicula sit vestitum, cujus beneficio & Epas & pulmo & cerebrum & ossa nonnihil sentire videntur.

viden-



videntur; inter membranas nobilissimæ sunt cerebri Meninges  
& oculorum tunica.

Officium membranarum est, vestire viscera ejus, sensum  
contribuere. Vulnerata membrana ossium & Musculorum cu-  
rari possunt facile, sed membrana cerebri, Epatis & pulmonis  
vulnerata periculum & curandi difficultatem ac sæpe mortem  
ratione inflammationis inferunt; Membranarum vulnera à  
Medicis ruptura dicuntur.

Earum  
vulnera

Caro est pars simplex in Musculis, nulla enim caro  
simplex in universo corpore reperitur, quæ non sit nervis arteri-  
is & venis intertexta, qualis constitutio carnis Græcis Μὴς i. e.  
musculus nostris in Μῦς in nominatur. Sunt itaq; Musculi  
carnosæ partes nostri corporis ossibus universis adnatæ, &  
membranis propriis cute vestitæ; substantia musculorum ut di-  
ximus est Caro Venis Arteriis & Nervis intertexta, & te-  
nuissima membrana contexta. Omnis autem Musculus di-  
viditur in caput Ventrem & Caudam; Caput est ubi liga-  
mentis ossium adnascuntur, venter dicitur eorum pars latior,  
Cauda vero ubi iterum in ligamenta nervosa desinunt, & arti-  
culis alligantur. Omnes enim articuli; caudis musculorum con-  
tracti motum edunt voluntarium, Officium itaq; musculorum  
est ossa corporis contegere, & ossium articulos per insertas illis  
nervæas caudas pro arbitrio movere; Nulla corporis pars vul-  
nerata tam sanatur facile quam musculus; Sed si ejus caput  
præcidatur transversaliter, aut cauda eorum amputetur, tum  
articuli quibus cauda est implantata, motum amittunt aut  
sensibiliter læduntur; Et si temporum musuli vulnerentur,  
difficilime & periculose curantur propter Venas & Arterias  
quæ ibidem in cerebrum repunt.

Caro sive  
Musculus

Ejus vulnus

Ossa sunt partes corporis nostri simplices ex crassiore

Ossa

D

& cer-



& terrestriore parte seminis in generatione concreta; Ossium substantia terrestris est, omniumque partium siccissima & durissima. Numerus ossium corporis nostri hoc disticho comprehenditur;

✚

*hoc est.*  
246.

Eorum  
fractura

)) Adde quater denis, bis centum senaque, habebis  
Quam sis multiplici conditus osse semel.  
)) Officium seu utilitas ossium est fulcire & gestare totum corpus humanum, Sicut enim sunt, ut Gal. ait, palmi in tentoriis, ita ossa in humano corpore. Ossium vulnera, fracturae Medicis appellantur. Ossa temporum graviter vulnerata & juguli ossa confracta, Item ossa vertebrarum usque ad medullam vulnerata ut plurimum lethalia sunt. Reliquorum ossium fracturae si accedat artificiosa repositio, rursus callo conglutinantur, sananturque.

Cartilagi-  
nes

Earum  
fractura

Xovdegi Cartilagines Das Kno spricht vnd wekeste theil an den knaken / Osseam habent substantiam, sed minus quam ossa durae sunt; Utilitas & officium cartilaginum in capitibus sive tuberculis ossium & acetabulorum i. e. cavitatum in quae inseruntur ossium capita, est, ne ex continuo motu articulorum dura ossa se mutuo atterant. Fracturae Cartilaginum lethales non sunt, nisi forsitan interiores primae Vertebrarumque Cartilagines sunt, confringantur quae sevisissima inferunt Symptomata.

Ligamen-  
ta

συνδεσμο, Ligamenta, Glider sehnen oder GlidBinde substantiam nerveam habent, sed nervis longe duriores, pronascuntur ligamenta ex coarticulorum ossium Cartilagini- bus, eorumque utilitas est ossa firmiter colligare inter se, & capita musculorum articulis connectere; utilitas & officium ligamentorum est prohibere, ne ossa coarticulata, in validiori-  
ribus



## CHIRURGIA GENERALIS.

19.

vibus moribus luxentur, aut loco dimoveantur: Grandiora & magis conspicua ligamenta conspicuuntur in Cervice, quæ caput cum vertebris connectunt, & ligamenta quæ humerum cum brachio, & crus cum fœmore, & fœmur cum tibia colligant; Deinde & vertebrarum spinae ligamenta nobis maxime obvia sunt; vulnerata ligamenta & maxime si præcidantur, auferunt motum omnem articuli, cujus sunt ligamenta, & difficilis sunt curationis.

Eorum  
vulnera

*Τένοντες* Tendines seu *απνευρωτες* i. e. enervationes De Harstrancé oder Harsehnen / sunt caudæ musculorum ex confluxu fibrarum nervosarum per musculos sparsarum progenerata, nerveæ sunt substantiæ. Officium & utilitas tendinum est connectere articulis musculos, & sua dilatatione ac constrictione articulos & musculos ad motum Voluntarium cogere. Ligamenta nervos sextuplo crassitie superant, quæ in quibusdam locis lata, in aliis verò rotunda, ac teretia conspiciuntur. Vulnerato tendone aut dissecto semper ejus articuli motus aufertur & notabiliter viciatur, & difficilime veluti & nervi curari potest.

Tendines

eorum vul-  
nus

*Ἀρθρον* articulus ein *Glide* oder *Lencke* / est qualibet ossium commissura, ad motum voluntarium comparata, præsertim vero duorum ossium coaptatio, in qua alterius caput sive extremitas rotunda in alterius acetabulum sive cavitatem commissum est. Officium articulorum est pro voluntatis arbitrio motui servire, & quanquam non sit una forma coarticulationum omnium, finis tamen unus est videlicet motus voluntarius. Vulnerati articuli motum lædunt, & difficilime curari possunt, propterea quod nervorum ligamentorum & Tendinum propagines in ijs concurrunt, & ut plurimum in vulneribus

Articuli

Eorum  
vulnera.

D 2

bus



Blüdt-  
wasser.

bus articularum *Xoques* sive aquosi humores cohaerunt quos no-  
stri consores das *Grüdwasser* vocant. Qui nisi statim exsiccen-  
tur, vulnera curari non patiuntur.

### Curaciones Chirurgicae per quas opera- tiones periciuntur.

In cura-  
tione Chi-  
rurgica 3  
causae con-  
currunt.

Solius na-  
turae ope-  
rationes  
Naturae  
& reme-  
diorum.

Solorum  
remedio-  
rum.

Chirurgi  
Solius.

Tres sunt efficientes causa omniium curationum, in primis  
autem curationum Chirurgicarum. Prima ac principalis cau-  
sa est ipsa Natura, vocamus autem hoc loco naturam, calorem  
nativum in humido radicali consistentem & per omnes corporis  
partes diffusum, Secunda, sunt remedia, Tertia est ipse Chi-  
rurgus. Quae duae posteriores ad ministrae sunt naturae, reme-  
dia enim ad juvant operationes naturae & Chirurgus tollit ac  
remouet impedimenta Naturae eamque studiose conseruat, donec  
enim impedita est Natura, operationes suas minime perficere  
potest. Naturae itaque solius operationes sunt digestio, concoctio,  
alteratio & expulsio. Naturae autem & remediorum simul o-  
perationes sunt discussio, attractio, puris generatio, aggluti-  
natio, carnis bonae generatio & cicatricis obductio.

Remediorum solorum operationes sunt Refrigeratio, hu-  
medatio, calefactio, Exsiccatio, Repercussio, condensatio, extenu-  
atio, Rarefactio, mollificatio, Doloris mitigatio & stupefactio.  
Chirurgi solius operationes sunt continuitatis solutio, quae per-  
ficitur per incisionem praecisionem, punctiorem, venae sectionem,  
scarificationem, armorum extractionem & per unctionem, & so-  
luta continuitatis unitio, quae perfitur per coaptationem, di-  
stantium partium per consuetionem, & luxatarum partium a  
sua sede in alienum locum delapsarum restitutionem, deligatio-  
nem & convenientium remediorum applicationem.

Quia



## CHIRURGIA GENERALIS.

Quibus addi debet puris remotio & deterfio, vulneris ablutio & emundatio. Chirurgi & remediorum simul operationes sunt, sanguinis ex vulnere erumpentis cohibitio, seu, suppressio, & jehorum sive aquosa colluviei in vulneribus collectorum absumptio & exiccatio; porro omnis cum Chirurgi tum remediorum operatio perpetuo debet esse affectioni contraria & nature analoga.

Quibus potissimum Remedijs instructus esse debet Chirurgus?

Instructus esse debet Chirurgus & noticiam habere omnium selectiorum cum simplicium tum compositorum remediorum quae facultates habent enumeratas operationes perficiendi, quae in has classes distribui possunt, ut alia sint repercussiva, stupefacientia dolore mitigantia, alia attractiva, alia attenuantia, alia resolventia, alia emollientia, alia maturantia, alia ruptoria & aperientia, alia mundificantia, alia sanguinis eruptionem cohibentia, carnem generantia, alia conglutinantia, alia cicatricem inducentia & alia partium restauratarum corroborantia, & haec quidem remediorum genera omnia, in curationibus Chirurgiis foris & extra corpus usurpantur, nam quae ad Singula Symptomata arcenda tollendaque intra corpus exhibentur ea in superioribus abunde sunt proposita.

Repellentia sive repulsiva remedia usitatiora quae sunt?

Amplexiva & obstruentia & stupefacientia atque somnifera, cognata sunt remedia, & non nisi extensione & remissione frigiditatis differunt, omnia siquidem ea frigida sunt & facultatem habent refrigerandi, obstruendi, condensandi & fluxionem humorum ferventium cohibendi; Utimur autem repellentibus

D 3

reme-

21.

Chirurgi  
& reme  
diorum

Remediorum  
Chirurgico-  
rum facultates.

Repellentia  
quid.

Eorum  
usus.



Repellen-  
tium ma-  
teria.

Chimici  
commen-  
dant lapi-  
dem Medi-  
camento.

sum Crollij  
sacchar H.  
sal + spir  
+ Magiste-  
rium So-  
lani, Sem-  
pervivi  
Lactuc.

Psyllij.

Plantag.

Emplif  
sic: quid?  
Et quia u-  
sus.

remedijs, ubi ex adfluxione feruentium humorum tumor fer-  
vens aut inflammatio in aliqua corporis parte excitatur. Ve-  
rum in usurpatione repellentium sedulo observandum est, pri-  
mum ne ea imponantur tumoribus ex venenatorum humorum  
colluvie ortis, quales sunt Bubones pestilenciales, neq; imponen-  
da sunt tumoribus ex adfluxu frigidorum humorum excitatis,  
veluti sunt Oedematosi tumores. Secundo ubi feruentis hu-  
moris adfluxio copiosa est, & corpus sit κραιναχυμον, semper vicio-  
sus humor ante applicationem repellentium convenientibus re-  
medijs evacuari debet. Tertio in usurpatione repellentium ma-  
teria medicamentorum subinde renovanda erit, ne videlicet diu-  
tius parte inherens incalescat nimium & duplicet inflammati-  
onem partis. Remedia repellentia usitata haec sunt;

Rosa, plantago, polygonium, sempervivum, querci fol.  
teneriora, Rubi fol. & immaturi ejus fructus, lentes palustres,  
loschyamus, papaver, sem. citon. sem. psyllij vinum rub. auste.  
acetum rosa. ol. rosa. ol. myrti. Cort. gran. Balaustra, Nuces  
cupressi.

Ex compositis Ung. popul, & cerusa. Qua ratione au-  
tem ex enumeratis remedijs confici debeant aq. stillatit. succi-  
Mucilag. decocta. Unguenta. Empl. Catapl. & Epithem;  
Quomodo ve omnibus sit utendum, in processu curationis ex-  
plicabimus.

### Obturantia remedia quæ sunt?

Εμπλαστικα i. e. infartientia & poros cutis obstruentia re-  
media quæ, ut diximus, affinia sunt repellentibus eisq; utimur in  
tumoribus ex affluxione humorum viciosorum aliqua parte ex-  
citatis, ut eos condensemus & meatus obstruamus, quæ ut pluri-  
mum repellentibus miscentur, quorum usitata sunt:

Ovi



# CHIRURGIA GENERALIS.

Ovi candi dum, farina triticea, far. farbarum, pul. gland, Amylum, Cerusa, Plumbum ustum, Antimon. Thus, Mastix. Tutia, Coralli. Bolas Armet. Terra Lemnia, Eipsum, & Libargij. Eorum quoq; componendi & uzendi rationem in curationibus ostensuri sumus.

## Stupefatiencia Remedia usitatoria quæ sunt?

Narcotica i. e. stuporum & infemibilitatem partibus inducentia, doloris qua sensum auferentia, omnia ea Naturæ non non tantum ratione suæ extremæ frigiditatis, verum etiam ob suam venenatam formam substantialem aduersissima sunt, non itaq; eis nisi summa exigente necessitate temeri utendum est, et diligenter cavendum, ne illis regionibus corporis, in quibus principes partes continentur, ut cerebrum cor, Epar & testiculi admoveantur. Sunt autem remedia stupefacientia.

Opium i. e. succus è capitibus papaveris adhuc virescentibus incisus collectus, Item joshya. rad. & se. & suucus, similiter cicutæ rad. fol. & sue. Mandragora, Ol. è Papa. & ol. è Mandragora.

## SOPORIFERA REMEDIA

quæ sunt?

ὕπνωτικὰ i. e. somnifera remedia cognata sunt eum stupefacientibus omnia enim quæ stupefaciunt eadem & somnum conciliant, si temporibus imponantur; Sed magna opus est circumspeditione, ne temerè temporibus imponantur nisi mitiora, turbant enim rationem & somnum laboriosum efficiunt. Mitiora autem sunt succus ex contusi sem. Papa. & nucl. Perficorum cum aq. Rosa. & Solani & pauxillo aceti rosa. sommixta.

23.

Eorum materia

Chimicè

commentant Bal-

sam. ex

Calbano,

Elemio, &

pp. liquorem rube-

um Egen-

siam plan-

tag.

Narcotica

quid.

Eorum

usus.

Cautio.

Materia.

Chimicè

laud. opi-

at. solutio

opij cuius

facta Ma-

gister.

Mandrag.

Dolo-



# FRANCISCI JOELIS DOLOREM MITIGANTIA

Remedia quæ sunt?

Anodyna  
quid.

Eorum  
materia.

Commen-  
Chimici

Empl. sti-  
ptic. Crol-

lij. Ex-

tract. sang-  
uum. &

Q. nitri,  
O. Ammo-

niaci, &

cum mi-  
stat, & O-

vorum,  
Magister.

Croci.

Attraben-  
tia quid.

Attracti-  
ones que

fiunt sine  
medica-

mentis.

Attraben-  
tium me-

dicamen-  
torum ma-

teria

*Anodyna dolorem partium affectarum mitigantia remedia hoc loco ea vocamus, quæ non per stupefactionem sensum doloris obtundunt, neque quæ contraria sua Qualitate dolorem mitigant, Sed quæ specifica proprietate & temperamento partium Naturæ familiari, affectioni verò adversante cruciatibus leniunt, & quæ pro affectionis Naturæ tam calidis quam frigidis morbis applicari possunt; Ejus classis sunt Altea, Malua, Rad. lill. fl. Chamem. fl. Melilo. Medulla panis similari in lacte macerata, Lac, ovorum luteum, Buty. recens se. Lini, fœ. græci. Adeps suillus, gallinaceus, humanus Medulla ex ossibus Cervinis & Vitulinis, Ol. Carne. Aneth. & oll. lill. alb. Quæ ratione autem ex enumeratis remediis mucagines, fomenta, Emplastrum, Catapl. & Ung. confici & applicari debeant, suis in locis in curationibus exemplis declarabuntur.*

## ATRACTIVA REMEDIA

præcipuè quem sunt?

*ελπιγγ sive επιπριγγ remedia contraria sunt repellentibus, omnia enim attractiva sua proprietate calida sunt & tenuis substantiæ & specifica sua forma ex alto corporis & humores viciosos & flatulentos habitus & venenatas Qualitates, tela, aculeosque corpori infixos extrahunt & eliciunt.*

*Fiunt etiam artificiosæ humorum & flatuum extractiones per cucurb. Hirudines, suctus, Vincula & frictiones, de quibus hoc loco sermo nobis non est, sed tantum de attractionibus per remedia; Sunt vero mitura attrahentia Annagallis. Cum flo. purpu. Rad. Aristo. utriusque. Rad. Narcissi, Hermodact.*



## CHIRURGIA GENERALIS.

25.

*modest. Lac Thyzimalorum, Rad. Arundinis, stercus columbarum, stercus anserinum, Gummi Ammon. Sagapenum Opopanax, & Galbanum; Validiora sunt quæ humores in superficiem cutis attrahunt, & vesiculas excitant ut Euphorb. Tapsus. Et ex compositis, Empl. Oxyrcoceum è Meliloto, è baccis lauri. Quomodo vero ex superioribus succi, unguenta Empl. & Catapl. confici & applicari debeant in processu curationum indicabitur; Attrahentibus remediis affinia sunt remedia Caustica, & crustas corpori inferentia, quæ paulo infra enumerabimus.*

Cbimici  
Extract.  
Mitridat.  
Tberiac.  
Aq. Tberi.  
acal Em.  
pl. stip.  
Crollij.

### Emollientia Sive Mollificantia medicamenta usitatoria quæ sunt?

*Μαλακτικὰ sunt, quæ duros tumores & Crassos humores in aliqua parte condensatos & membra frigore indurata moderata sua caliditate emolliunt ac relaxant, Eorum siquidem proprietas est mitissimè calefacere & humectare; ex mollificantium ordine præcipue sunt, Althea, Malua, Parieta. Branca Ursina, Viola sicca, Violaria fl. Chamom. Ebulus, lill. alb. flo. rad. Brion. se. lini. Se. foenugræci, far. Tritici, adeps suillus, Medulla cervi & Vitul. Ovorum lutea, stirax liquida, Terebenthina, Ammoniacum, Bdellium, Galba. Ol. Chamæ. Lill alb. Vng. Dialth. & Empl. Diachyl. Ex præscriptis pluribus aut paucioribus formari possunt fomenta, siue decocta, Mucag. Catapl. Empl. & Unguenta ut in curationibus exemplis declarabitur.*

Emollientia quia?

Eorum materia.

Cbimici  
commen-  
dant Ol.  
pingued.  
taxi, Gal-  
banetū Mi  
stura spir.  
Tbere-  
bint & Ol  
sulph. oleū  
& Ol adip  
humanæ.

### Discutientia Sive Resolventia remedia usitatoria quæ sunt?

*Διαφορητικὰ i. e. per evaporationem humores resolventia &*

Discutientia quid.



**Horum materia**  
**Chimici**  
 laudant  
**Magisterium**  
 liturgi  
 rij Minij,  
 & Cerusse.  
**Marcasite**  
**lapid Cal.**  
**Sal. Verb.**  
**bals. biper**

ria & elicientia remedia sunt, quæ sua proprietate cutis poros dilatant & humores extenuant & sensim per halitus extrahunt, ita ut tumor subsideat. Affinia autem sunt emollientibus & ejus classis usitatiores sunt, Chamæ. Aneth. Melilot. Malva, Parieta. Fuma. Ebulus Sambucus, Hypericon, Brassica, Majoran. Rosma. Se. Lini, fenugræci, Cimini, Carvi, Dauci Rad. Aristo. Gentia. Ceba. Rad lill. Medulla panis, Fermentum & Ovi luteum ex quibus qua ratione fomenta, decocta, Catapl. Empl. Cerota & Vng. confici debeant suis in locis declarabimus.

### Maturantia Sive Suppurantia remedia potiora quæ sunt?

**Maturantia**  
**quid?**

**Eorū Usus**

**Materia**

**Chimici**  
 in usu est  
**Empl. stipt**  
**Croll. ex**  
**Melilota**  
**paracelsi.**

Πεπτιγὰ sive ἐκπονηγὰ maturantia seu humores in tumoribus contentos in pus convertentia. Affinia quoq; sunt emollientibus, Utimur autem maturativis in tumoribus quibus putridus humor resolvi ac discuti nequit, Maturatio sive suppuratio quidem est Naturæ operatio; sed remedia in suppuratione adhibentur ut conservent Naturam & adjuvent ejus operationem ut nimirum celerius fiat colluviei concoctio, & in pus conversio. Sunt autem suppurantia præcipua hæc, Fodus aq. cal. Ol. dulce, Bury. Oesypus, adeps suillus, pinguedo anserina Medulla cervi Medulla vitulina, Medulla panis triticea, far. triticea, & triticum ipsum ieiuna saliva præmansum fol. Tusilag. sub cinerib. cocta. Rad. alth. lil. cepæ sub cineribus coctæ. Ovi luteum, Scirax liquida, Ammon. Galbanum, ex compositis Unguentum Basilicum, Unguentum de Althea, agrippinæ & Empl. Diathylon. Ex horum pluribus aut paucioribus conficiuntur fomenta, Catapl. Empl. & Unguenta Quorum exempla in curationibus nobis obvia erunt.

Cutem



# CHIRURGIA GENERALIS.

Cutem Rumpentia Erodentiaq; remedia  
ptæcipua quæ sunt?

*Καυστικά* i. e. adurentia & *ἑσχαρωτικά* crustam inducentia, & *ρεπτικά* i. e. Corrumpentia remedia, inter se cognata sunt & ignei caloris extensione & remissione tantum differunt, quæ cuti imposita primum vesicam excitant, Deinde cutem erodunt, & subjectam carnem exedunt, atq; corrumpunt. Utimur hisce remediis ubi tumor maturus & suppuratus sua sponte non disrumpitur & pus in eo contentum sibi viam facere nequit, aut ubi pus crassius factum tumorem durum effecit. καυστικά itaq; sive aperientia remedia mitiora hæc sunt; Ther. Andro. Sem. Vrticæ, Adeps ranarum viridum per arborem reptantium, adeps leporinus, Lac Titimali, Rad. Ranunculi, Canthar. cum fermento, Stercus Caninum, Columbinum Mel sive succus melleus ex Anacardo, Validiora autem hæc sunt & *ἑσχαρωτικά* quæ ferè instar ignis vrunt, & crustas inducunt, Tapsia Calx viva, fex vini cremata, Cinis cort. fraxini arboris cum saliva jejuna temperata, Validissima verò & *ρεπτικά* quæ & cutem & carnem usq; ad ossa exedunt, & corrumpunt, ut sunt Arsenicum Merc. Sublima. Aq. fortis, Troch. de Arsenico, Hæc quidem venenata sunt & violenta remedia, proinde eis minime utendum est nisi prius probè correctis admixtisq; talib. remediis, quæ venenatam Qualitatem refringant, nec patiendum est ut diutius corpori inhereant, Sed statim ut cruciatus est excitatus & inflammatio exardescit removenda sunt à corpore & inflammatio refrigerantibus mitiganda, Quomodo autem *καυστικά* cum aliis sint temperanda, & in formam linimenti aut Empl. redigenda, suis in locis in curationibus ostendemus.

E 2

De-

27.

Cutem  
rumpentia  
quid &  
quotupli-  
cia.

Eorū usus

Caustico-  
rum ma-  
teria.

Escharat.  
materia  
Septicorū  
materia

Chimici  
adhibent  
Ol. & Ol.  
vir. Aurip  
& Sulph.  
Aqua fort.  
spir. calcis  
spir. sapon.

Caussticis  
quomodo  
utendum.



Detergentia sive Mundificantia remedia  
 præcipua quæ sint?

Deter-  
gentia  
quid.  
Eorum  
usus.

Materia.

Chimici  
sacch. h.  
Essentia A-  
py. Spir.  
mellis, Es-  
sentia the-  
riac. Spir.  
alumin.  
utuntur.

*Kαθαγτινὰ* expurgantia *εὐπτινὰ* abstergentia remedia sunt  
 quæ sua quadam acrimonia saniem & sordes in ulceribus &  
 vulneribus extergunt & purgant, & quanquam ulcerum & vul-  
 nerum mundificatio sit operatio propria Chirurgi, ejus enim pri-  
 ma cura esse deceat ut vulnera & ulcera subinde ab omni impuri-  
 tate pro Qualitate ulceris aut sero lactis, aut vino austero aut  
 Hydromelle abluat, molliq; linteo lo aut spongiola abstergat & re-  
 media indita purificat emūdant egregiè ut deinceps Chirurgus eò  
 facilius accommodi sordes auferre queat. Sunt autem usitatio-  
 ra abstergentia remedia, vinū austerū, Hydromeli, melrosa, chelido-  
 ma. centa. mi. Hypericon, Persicaria, Sabina, Agrimo. Be-  
 con. Apium, Cinoglos. earumq; omnium & singulorum succus,  
 decoctum & pulvis Item far. fabarum, cicerum, hordei, orobi,  
 lupinorum & pul. Aristol. utriusq; validiora etiam sunt ut quæ  
 non tantum saniem sed & carnem superfluam ulceribus incref-  
 centem extirpare queant, Hellebo. niger, Fistulosus ulceribus in-  
 sertus, pul. vitr. usti & probè eloti, quæ omnia excellit Mercur.  
 præcipitat. Chimicorum. prostant in officinis unguenta mundifi-  
 cantia Ægyptia. & Apostol. Ex præscriptis commodè confici  
 possunt ad mundificationem vulnerum & ulcerum succi, deco-  
 cta, pul. Catapl. Empl. Unguenta quorum conficiendi rationes  
 in processu curationis docebimus.

Sanguis justò Uberius ex vulneribus aut ulce-  
 ribus erumpens & ichor sive serosa humiditas in  
 iisdem collecta quibus remedijs sistatur  
 & exiccetur.

*Αἱμορραγία* Sanguinis fluxio Symptoma est & vulnerum  
 & ulce-

*Ἰσχυρὰ*  
quid.



Ulcera & sanguis remedia sunt, quae sanguinem iusto largius profluentem sistunt. Sanguis è vulneribus profluens in corporibus robustis, carnosiss & plethoricis & etiam macilentis non statim ac prope est restringendus, sed pro virium ratione effluere permittendus, & digitis etiam exprimendus: alioquin aut recidiva facit aut alia infert incommoda, si iusto citius cohibeatur fluxio, ubi autem quod satis est pro fluxit aut animi deliquium metuamus tum vulnus cum leni spongia aut linteolis in aq. frig. cui quarta pars aceti sit admixta imbutis sanguis abstergetur ac linamenta ovi albumine & vitello simul conquassatis imbuta, vulnere imponantur, aut succi aut pul. unguenta catapl. ex sequentibus pharmacis concinnata superponantur & ante tertium diem non removeantur, sanguinem autem supprimentia pharmaca usitatiora haec sunt, Ovorum album. & lutea, poligo. crassula major, fol. Pimpi, Rad. Pentaphyl. R. urticae lanugo ex salicis floribus resoluta, lanugo per mala cidon. haerens fragaria herba, fol. isatis. Rad. Symp. major Aloes Succinum Tragantum, pix Sicca, Colopho. Gypsum Galla, Lep. haema. cor. rub. Mumia, thus Sanguis Draconis, Bolus Arme. Terra Lemnia, pilileporini Tela aranea, praesertim ex molendinis, Balaustia, Cort. granat. Acatia, Hypocistis, Inter quae facile primum locum obtinet Chemicorum illud egregium remedium Crocus Martis. Quomodo vero ex praescriptis pharmacis, succi, pul. Catapl. & Epithe. confici debeant, & simul utendi modum in curatione sympto. vulnerum edocebimus. Verum ad remedia sanguinem sistentia ubi necessitas exigit adhiberi debent & operationes industriae ipsius Chirurgi, per quas sanguis averti queat, veluti sunt venae sectio Curcubitularum & Hirudinum h. e. sanguisugarum applicatio, vinculorum constrictio & frictio; sed haec operationes omnes moliendae sunt in adversa par-

Sanguis non statim sistendus.

Ischaemorum usus.

Eorum materia.

Chemicis essentia

burs. pa-

stor. Mar-

tis, Ol. A.

Ol. ex sar-

da, Carni-

olo, hema-

tbite, Ma-

gister. por-

tulac. spir.

✠. sperni-

ole compo-

stum, Ol.

& Magi-

ster. stabi-

na. Ol. de-

myrrha-

extracti.

cort. gra-

nat.

Operati-

ones Chi-

urgi quae

sanguine

avertunt.



30,  
Causticis  
quoq san-  
guis sisti-  
tur.

Ichor in  
vulnere  
quid.

Gliedt-  
wasser.  
Ejus cura-  
tio.

Medica-  
menta que  
sanem  
exiccant.

Usne in-  
signis usus.  
Optimum  
est Galba-  
rum ace-  
to d. solu-  
tum & vul-  
neri instil-  
latum.

Glutinan-  
tia quid.

Eorum  
usus.

Glutinan-  
tium ma-  
teria.

re vulneris; quandoq, adeo seva est eruptio & implacabilis, ut ad  
caustica remedia, quæ paulo ante sunt commemorata, confugere  
cogatur Chirurgus. Perrō ἰχὸρ h. e. corruptus & tenuis sanguis  
aquæ vel sero per similis aut multa aqua diluto sanguini qui in  
vulneribus apprensus curationem impedit, nostri Das Gliedt-  
wasser vocant, Theophrastus autem Paracelsus novo & inep-  
tissimo vocabulo sinobiam vocat: Magna cura est adhibenda,  
ut & ejus ad fluxio sistatur & absorbeat, ejus itaque ichoris  
curatio consistit in sanguinis purificatione & alteratione tum  
per boni succi alimenta, tum per convenientia remedia; exiccant  
autem venenosam celluviem eadem remedia quæ sanguinis cohi-  
bitioni sunt dicata, inter quæ nobilissimum est pharmacum chi-  
micum crocus Martis, & Muscus per capita mortuorum in ce-  
miterijis generatus, si tenuissimus pulvis inspergatur vulnere  
aut ulcere: Sed confert plurimum circumiacentes partes vul-  
neris subinde Epithemate ex aceto rosarum facto imbueri.

GLUTINANTIA REMEDIA USI-  
tatoria quæ sunt?

Κολλητικὰ & σπυγγικὰ h. e. conjungentia remedia sunt  
quæ vulnerum & ulcerum labra partesq, disjunctas contrahunt  
& conglutinant, & quidem in levioribus vulneribus ulceribusq,  
conglutinantibus duntaxat Medicinis foeliciter uti possumus,  
sed in vulneribus amplis carnosarum partium operationes quoq,  
Chirurgi accedere debent, nimirum labiorum & carnosarum  
partium in vulnere coaptatio; artificiosa sunitio, aut fibularum  
h. e. vinculorum injectio, remedia autem conglutinantia omnia  
debent habere proprietatem astringentem & siccantem, quorum  
usitatoria & experientia magis comprobata hæc sunt, plantago,  
Arnoglos-



## CHIRURGIA GENERALIS.

*Arnoglossa, lingua avis Cinoglossa Consol. major. Hippuris. Auricula muris, Anagallis, Hypericon, Millefolium, Carduus benedictus, isatis, fol. penthaphili, centa. min. flo. & fol. atq; cortex salicis, sanicula herba & fol. atq; cortex ulmi arboris, omnium autem præstantissimè conglutinat liquor melleus in vesiculis foliorum ulmi adnatis contentus. Similiter aqua ex vitibus abscisis emanans, semper viduum nauticum quod Aloes est & ad nos ex vlyssibona adportatur, & propter perpetuam viriditatem, quam in aestuantibus hypocaustis per hyemem retinet, ad laquearia suspenditur, sarcocolla, pix arida, Aloes, Sang. Draconis, Thus, Bolus Arme. & vinum austerum. Ex compositis sunt nobiliora Empl. Barbarum à Celso descriptum & Empl. Basilicum. Ex his succi, decocta, pul. & Empl. conficienda sunt, quorum exempla suis in locis inter curationes proponemus.*

### Carnem bonam in vulneribus & ulceribus generantia remedia quæ sunt?

*Σαρκογενή* incarnativa remedia sunt quæ adjuvant naturæ operationem in generanda carne, Solius enim naturæ operatio est, ex sanguine puro bonam carnem generare & carne vulnerum & ulcerum cavitates complere. Remedia autem carnem bonam generantia & naturam adjuvantia, semper debent esse naturæ carnis ἀναλόγα, ita ut semper mollioribus partibus carnosius mitiora, durioribus validiora applicentur remedia. Ex mitioribus pharmacis sunt farine fœnugræci & lupini, Ovi luteum, Mel, Therēbintina, pul. Thuris, & Ol. ex plumbo arte Chimica distillato; His validiora sunt σαρκογενή in lacte soluta, Ol. ex strobillis piceæ, aloes cum aq. rosa soluta Ari.

31

Chimicis  
veniuntur  
unguento  
stellato  
Paracels.  
aqua Alum.  
minos.  
simp. vel  
comp.

Sarcotica  
quid.  
Carnis ge-  
neratio  
naturæ so-  
lius opus.  
Eorum  
usus.

Chimicis  
commen-  
dant Empl.  
stiptic.  
Crolli. Ol.  
myrb. Ce-  
re, essentiæ  
aloes, sang.  
Dracon.



32.  
 sc abios.  
 Veronic.  
 cort. gra-  
 nat. gallar.  
 magiste-  
 rium Ce-  
 rus. aris  
 vit. alum.  
 vitrioli.

Epulotica.  
 quid?

Eorū ma-  
 teria  
 Modus con-  
 ficiendi  
 pulv. plūb.  
 Cibimiti  
 commen-  
 dāt Essent.  
 gall. myrri-  
 gers. serp.  
 sab. magist  
 litarg Tu-  
 tie. Cerus.  
 Empl. ex  
 Antim. pa-  
 racels.

Epulotico-  
 rum usus.

ta Aristot. utraq, Ex compositis prostant in miropoliis Empl. carnem generantia, Basilicum magnum Empl. Gratia Dei & Vngt. aureum, Ex prescriptis Sarcoticis remediis Empl. Vnguenta, Linimenta & pulveres sunt conficiendi, quæ in curationibus edocebuntur.

## CICATRICEM INDUCENTIA

remedia quæ sunt?

Επυλωτικά sunt, quæ vulnera & ulcera jam carne bona oppleta obsignant & cute vestiunt; Cicatricis obductio est, ut videmus in brutis vulneratis quæ nullis utuntur remediis & tamen cicatricem acquirunt; juvatur tamen Natura impositis remediis ut citius cicatricem nanciscatur. Remedia cicatricem inducentia omnia oportet esse frigida & omnis mordicationis expertia. Ejus autem generis sunt Bolus Armenus, Terra sigillata, litharg. Cerusa, Cortex & flor malorum granat. Lapis Calaminaris ustus & elotus, Spodium, plumbum in tenuiss. laminas redigatur, deinde concidatur minutissime & in aceto rosa. per triduum maceretur, singulis diebus acetum renovando, deinde exiccetur in loco tepido, & in mortario in tenuiss. conteratur pul. qui ulcerib. sordidis & malignis inspersus dolorem sedat, carnem bonam generat & Cicatricem inducit. Est & remedium præstans Calx viva, septies in aq. rosa. elota, & as ustum probè elotum; composita επυλωτικά habentur in officinis, Vnguentum è Cerusa, Vnguentum Diacalcitis, ex prescriptis simplicibus Empl. Vnguenta, Pulveres concinnari possunt, quorum exempla in curationibus trademus. Observatu autem necessarium est in cute vulneri obducenda, ne ea remedia ante usurpentur quam ubi carne repleta sit vulneris cavitas



## CHIRURGIA GENERALIS.

caritas, aut si in ea luxuriet caro superflua ea extirpetur remediis causticis, alias enim vel carum vel extuberans si p̄ge in loco vulnerato aut ulcerato remanebit.

### Corroborantia Seu Confortantia remedia partium læsarum quæ sunt?

Confortantia sunt quæ artus & læsas partes ex vulnere aut ulcere debilitatas corroborant & facultates naturales restituunt, sæpè siquidem ex magnis vulneribus ossium fracturis & luxationibus Musculorum nervorum, venarum & Arteriarum Naturales potentie labefactantur, & debilitatur calor natus in hisce partibus; post restitutam itaq; illis sanitatem, aliquandiu remedia corroborantia imponenda erunt, Unguenta Empl. & Epithemata; Ex quibus nobiliora sunt Epithemata ex vino generoso in quo fl. Rosar. Absinth. & Muscus quercinus sunt incocta, Aut eadem cum vino in Catapl. redacta Item sol. Matlich. Ol. Rosa. & ol. Hyper. Empl. Oxyroc. quæ prostant in Miropolis; Corroborantia autem remedia semper sunt varianda pro diversitate Symptomatum quæ in particulis post curationem sunt relicta, de quibus in suis locis tractaturi sumus.

### Quibus Communissimis Compositis sive unguentis Empl. Ol. & pulv. Commixtis instructus esse debet Chirurgus?

Ex Unguentis in promptu habere debet omnis Chirurgus hæc sequentia.

Unguentum popul. ad repellendum & dolorem mitigandum.

V. de Althea, ad emolliendum & discutiendum.

V. Basilicum ad maturandum & suppurandum,

F

V. A-

38.

Corroborantia quid?

Eorum materia

Vsus

Communiora composita quæ Chirurgus in promptu habere debet Unguenta.



FRANCISCI JOELIS

- V. Apost. & Egypt. ad abstergend. & mundificandum.
- V. aureum, ad carnem generandam.
- V. album è cerusa ad Cicatricem inducendam.

Ex Emplastris.

Emplastra

- Empl. Diachylon ad emolliendum
- De meliloto ad maturandum
- Oxycroceum ad emoll. attrahend. & discutiendum
- E. Brutenicum sive Tetraphar. ad conglutinandum & Cicatricem obducendam.

Ex Oleis.

Olea

- Ol. Rosa. ad Mitigationem ferventium dolorum
- Ol. Chamom. ad emollitionem durarum partium
- Ol. lill. alb. ad maturationem
- Ol. Hyperic. ad discussionem & nervorum corroboracionem
- Balsamum artificiale ad glutinationem & carnis generationem

Ex Pulv. Compositis.

pulveres

- Pul. Sarcoticum ad carnis generationem
- Pulu. rubeum restringentem ad sanguinis fluorem sistendum
- Pulu. Cephalicum ad vulnera capitis
- Pulu. Pro delapso ex sublimi seu contra casum

Hæc omnia in promptu habentur in Miropoliis.

Sed præter hæc communia remedia, quilibet ferè Chirurgus sua habet experimenta; quæ pro secreto habet, nos verò nostra experimenta inter curationes Chirurgicas liberaliter Studiosis communicabimus.

Quibus Instrumentis Instructus esse debet Chirurgus?

Instrumenta Chirurgica.

Extant in Chirurgorum libris, & ab ingeniosis artificibus



## CHIRURGIA GENERALIS.

bus varia excogitari possunt; pro partium affectarum figura & constitutione, instrumentorum Chirurgicorum genera; verum hæc quæ enumerabimus cum apud Chirurgos tum apud tonsores hac tempestate maximè usitata sunt.

I. Acus sutoria mediocris ad vulnera consuenda necessaria.

II. Filum lineum duplicatum tenue robustum tamen ad eundem usum.

III. Novacula seu culter rasorius, ein Schermesser ad incidendos tumores & præcidenda in corpore corrupta vel superflua.

IIII. Hamus nonnihil obtusus ad tollendam cutem, & separandas rimas vulnerum ad sublevandasq; venas, nervos & arterias in vulneribus.

V. Scalpellum Φλεβοτομον ad scarificationem, venæ sectionem, & maturorum tumorum apertionem.

VI. Scalprum inflexum ad ossa corrupta aut cariota abrasenda.

VII. Serrula ad præcidenda ossa.

VIII. Forfex sive tenaculum sine Zange ad duras materias corpori infixas extrahendas.

IX. Forfex, quibus crines abscinduntur ad præscindenda superflua.

X. Terebra ad ossis capitis contusi & intra calviam impressi extractionem.

XI. Volsella ad globos & alias materias è corpore evellendas.

XII. Ossagra forcipis genus ad extrahenda ossa confracta.

F 2

XIII. Spe-

35



XIII. Specillum ad investigandam profunditatem  
vulnerum & ulcerum.

XIIII. Speculum oris ad os aperiendum dilatan-  
dumque.

XV. Spatula ad deprimendam linguam.

XVI. Cochlear ad sublevandam in faucibus Gur-  
gulionem.

XVII. Spongia ad abstergendum sanguinem & pus  
in vulneribus & Ulceribus.

XVIII. Penicillus ex filamentis linteolorum detrito-  
rum factus & bacillo alligatus ad remedia in ulcera & vulnera  
& fauces affectas illinenda.

XIV. Linamenta Ropy nostris consoribus sunt abra-  
sa filamenta instar lanae mollis ex attritis linteis decerpta, ad  
extergenda ulcera & excipienda remedia liquidiora & ulceri-  
bus uulneribusq; imponenda.

XX. Licinium est convolutum Linamentum, ulcerum  
aut vulnerum profunditati exiccandi gratia & ne coalescant  
vulnera infigenda, Germanis Eine Wecke.

XXI. Plumaceolum seu pulvillum ein Pulsterlein fit  
ex convolutis mundiss. linteolis pro cavitate ulcerum & vul-  
nerum figura concinnatum aut Quadrata aut Triangulari  
quo remedium tutius hereat.

XXII. Fascia seu vinculum quod debet esse ex linteolo  
mundiss. & molli pro ratione loci affecti, ad deligationes ulcerum  
& vulnerum, fracturarum, luxationum affectarumq; partium.

## CURATIONES CHIRURGICÆ

quotuplices sunt?

Quadruplices sunt Chirurgicæ curationes. Prima etc.

2014



## CHIRURGIA SPECIALIS.

ἡ γενική ἢ generalis, quæ generalem singulorum morborum Chirurgiæ subjectorum curationem docet.

II. κατὰ εἶδος specialis quæ circa Species singulorum morborum curandas occupata est.

III. κατὰ τόπον secundum loca h.e. particularis, quæ partium certarum morbos eorūq; species curare docet; alia enim remedia in eodem morbo debentur cerebro, alia thoraci, alia deniq; peritonæo; & alia nervis.

IV. κατὰ συμπτώματα quæ morborum accidentia tollit.

37.

Curatio-  
nes Chi-

urgicæ  
quadru-  
plices.

## CHIRURGICÆ CURATIO- nis De tumoribus,

### SECTIO PRIMA.

Tumor præter Naturam quid, & quæ  
tumorum præcipua genera?

De Tumo-  
ribus.

Tumor  
quid

Ἀποστήμη. Abscessus, exitura & tumor præter naturam Synomina sunt, etiamsi quidam scrupulosas inter ea nomina querant differentias, nostratibus Ein Swulst oder ein Geschwulst. Est autem tumor præter naturam ex sententia Galeni incrementum alicujus partis corporis naturalem ejus constitutionem cum in quantitate tum in qualitate excedens. Hanc Galeni definitionem Hali Abbas, Arabicæ familiæ Medicus ita declarat. Aposthema est tumor præter naturalis in quo aliqua materia superflua, humor videlicet aut flatuosus Spiritus locum affectum replens ac distendens est collecta & aggregata, Dicitur itaq;

F3

Apost-



*Materia  
cum oritur*

Apothema h. e. abscessus talis alicujus partis dispositio in qua abscedunt ab invicem corpora, quæ prius erant continua.

*In tumo-  
ribus in-  
sunt o-  
mnia tria  
morborū  
genera.*

*Tumorum  
sex genera  
ratione  
materie*

*Materia enim vel humoralis vel flatulenta vel simul ex his mista, tumorem excitat, ac dividit ab invicem, Musculorum & cutis partes & cavitatē inter eas afficit, quæ materia nisi tempestivè discutiatur, in varias tumorum Species convertitur, Quandoq; enim illa materia & quidem frequentissimè in pus convertitur, nonnunquam instar lapidis indurescit, quandoq; in calcem arenosamq; materiam cogitur, & nonnunquam in coenosam oleosam, melleam, aut feculentam materiam transmigrat; constant itaq; in tumoribus omnia tria morborum genera concurrere, nempe δυσχεστίαν h. e. intemperien ἀμετρίαν h. e. vitiosam conformationem seu quantitatem & συνεχίαν λύσιν i. e. continui solutionē. Hæc enim tria nec plura sunt morborū genera ad quæ omnes reliquæ species ægritudinum referri possunt. Loquimur autem nos hoc loco de majoribus & extrinsecis duntaxat tumoribus, siquidem de minoribus cutis extuberantijs ut sunt pustulæ scabiei & his similes, supra in curatione affectionum cutis abunde diximus. Porro tumorū in universum genera nos sex constituimus, sumpta differentia à materia in tumoribus collecta, excitatur enim omnis tumor aut ex confluxu & collectione humorum in aliquam partem; sunt autem 4. humores, sanguis, flava bilis, pituita & atra bilis. Quæ humorum species pro redundantia sua in sanguinea massa quatuor species constituunt tumorum. Quinta generatur ex flatibus in aliqua parte collectis: Et Sexta à venenata infectione.*

*Prima itaq; species tumorum est quæ ex fervore re-  
dun-*



## CHIRURGIA SPECIALIS.

dundantis sanguinis generatur, quæ Græcis φλεγμονή, Latinis inflammatio vel tumor inflammatus nominatur.

Secunda tumor qui ex colluvie in qua bilis flava excedit reliquos humores generatur, qui Græcis Erysipelas, Latinis biliosus tumor dici potest.

Tertia species ex redundantia pituitæ in massa sanguinea excitatur Græcis οίδημα h. e. tumor laxis aquosus, seu pituitous & doloris expers nominatur.

Quarta est tumor ex colluvie sanguinæ massæ, in qua redundat melancholicus humor Græcis σκίρρ & Lat. tumor Melanch. vel induratus nominatur.

Quinta est tumor ex flatulentis spiritibus generatus Græcis πνευματώδης Lat. flatuosus tumor dicitur.

Sexta est tumor ex colluvie venenata in aliquam partem collecta excitatus, qualis est Bubo pestilens & qualis ex morfu ictuvenenatorum animantium est generatus. Alij cum Græci tum Latini Chirurgiæ scriptores tradunt & alias ex humoribus excitatorum tumorum subdivisiones; primo enim tumores dividunt in veros, & veros quidem esse dicunt, qui ex unico & simplici humore generantur. Verum quia solus & sincerus humor sine admistione aliorum in corpore non reperitur præterquam in fellis capsula non potest ex simplici humore ullus tumor externus excitari, ideo nos eam divisionem consulto præcidimus. Secundo dividunt tumorū genera sumpta differentiâ ab humorum mistorū ratione ac redundantia; in phlegmones, si in sanguine redundet bilis flava in Erysipelatidem, si melancholicus in scyrrhodem. Ita quoq; subdividunt reliqua tumorum genera, quæ subdivisio, quia parum facit ad curationem

Reliquæ  
tumorum  
distinctio-  
nes non sunt  
necessariæ.

sumo-



» tumorum; qui enim genera tumorum curare novit, is species-  
 » ram facile curabit; Nos subriles tales distinctiones tyranum in-  
 » genia turbantes consulto omittimus.

Recitata hæc Sex tumorum genera, quas  
 habent species?

Species tu-  
 morum  
 sex prædi-  
 ctis gene-  
 ribus sub-  
 jectis

I. Tumorum ex sanguine ortorum genus  $\Phi\lambda\epsilon\gamma\mu\omicron\nu\eta$  di-  
 citur, cujus species sunt carbunculus non venenatus, Bubo non  
 venenatus Gangræna & Sphacelus.

II. Tumorum ex biliosa colluvie genus est Erysipelas  
 cujus species sunt herpes, Formica &c.

III. Ex pituita ortorum tumorum genus est Oedema, cu-  
 jus species sunt strumæ, Scrophulæ sive glandulæ & Hydrops.

IV. Tumorum ex Melancholica colluvie excicatorum  
 genus est Scyrrhus, cujus species sunt lepra, Phagedæna, va-  
 rix & cancer occultus.

V. Tumorum qui ex flatulentis spiritibus originem du-  
 cunt, genus est inflatio, quæ non habet species nisi flatulentus  
 Spiritus pituitosæ colluviei sit admixtus & tum Oedema flatuo-  
 sum appellari potest.

VI. Tumorum venenatorum ex venenata infectione hu-  
 morum in venis ac spirituum in arterijs, aut venenatorum ani-  
 malium ictibus morsibusq; illatorum species sunt bubo pestilens,  
 Carbunculus pestilens & inflatio venenata. Hæc tumorum  
 præter naturalium genera cum suis præcipuis speciebus sequens  
 tabella ob oculos ponit.

Tabula  
 tumorum  
 genera &  
 species con-  
 tinens

i.  $\Phi\lambda\epsilon\gamma\mu\omicron\nu\eta$



DE TUMORIBUS IN GENERE.

Tumorum genera & species sunt.

- |   |                             |
|---|-----------------------------|
| 1. Φλεγματινὸν ex sanguine ein          | [ Bubo non venenatus        |
| <u>Blutswert</u> <u>cujus species</u>   | [ Carbunculus non venenatus |
| sunt.                                   | [ Gangræna sphacelus.       |
| 2. ἐρύσιπελας, tumor biliosus           | [ Herpes                    |
| <u>Das heilige Dinct</u> / <u>cujus</u> | [ Formicæ,                  |
| <u>species sunt.</u>                    | [ Phlictenæ                 |
| 3. Οιδίμα Picuitosus tumor              | [ Hydrocele                 |
| ein <u>Queppich swer</u> <u>cujus</u>   | [ Hydrops                   |
| <u>species sunt.</u>                    | [ Scrophulæ, Strumæ         |
| 4. σκίρρον tumor durus &                | [ Phagedena                 |
| Melancholicus <u>Ein vor</u>            | [ Lepra                     |
| <u>haidet Swell</u> <u>cujus speci-</u> | [ Cancer                    |
| <u>es sunt.</u>                         |                             |
| 5. Tumor flatuosus ein <u>win</u>       | [ Priapismus                |
| <u>dig Swer</u> / <u>cujus species</u>  | [ Tympanites                |
| sunt.                                   |                             |
| 6. Tumor venenatus ein <u>giff</u>      | [ Bubo pestilens            |
| <u>tig Swell</u> <u>cujus species</u>   | [ Carbunculus pestilens     |
| sunt.                                   |                             |

Quæ potissimum Symptomata sequuntur tumores præternaturales?

Communissima omnium tumorum præternaturalium Symptomata sunt Dolor, inflammatio, Laxitas vel mollities, induratio & Febris.

Tumores præternaturales quomodo generantur & quæ eorum generales causæ; quæve Universalia signa?

Omnis Tumor ex vitiosis humoribus excitatus generatur

Tumorum generatio.  
per

G



per fluxionem ex aliqua parte corporis, & collectionem in aliquam partem, siue per dimissionem ex aliqua parte & receptionem materiei in aliquam partem; Et pars quidem à qua fit demissio seu defluxio nominatur Medicis pars mandans siue demittens seu propellens. Pars autem ad quam fit collectio nominatur pars excipiens vel pars affecta.

Cause fluxionum.

Cause porrò fluxionis ex una in aliam partem sunt humorum copia, tenuitas & acrimonia, item partis propellentis robur & meatuum pororumq; atq; potissimum venarum & Arteriarum per quas fit defluxio, laxitas & amplitudo.

Cause congestionis.

Cause autem collectionis vitiosorum humorum in aliquem locum est ejusdem partis imbecillitas & ignobilitas atq; dolor; Regulare siquidem est, quod natura clementosos vitiososq; humores semper ab internis ad exteriora, & à nobilioribus partibus ad ignobiliores propellat. Dolor præterea in aliqua corporis parte semper allicit ad se defluxionem humorum alio quin sicuti omnium ferè aliorum morborum ita & tumorum omnium triplices sunt cause.

Cause tumorum procatartice. Antecedentes.

Continentes.

Signa tumorum periodica.

Προκατ. siue evidentes & foris incidentes quas primitivas vulgus vocat; ut sunt casus, siue præcipitatio, violenta percussio, veneni assumptio & venenatus morsus, ictus; deinde sunt προηγμενων internæ & abditæ quas Antecedentes uominant ut sunt humorum fluidorum copia, qui aut qualitate aut pondere membra ad propulsionem irritant, ut paulo post in singulis speciebus tumorum ostensuri sumus. 3. dicuntur συνεκτικα h. e. CONTINENTÆ, quas nos consultò negligimus, ejusmodi sunt humores in aliquam partem decumbentes, qui nondum sunt in parte recipiente collecti & impacti, sed sunt tantum in fluxu.

Signa universalia siue generalia tumorum manifesta sunt

sunt



## DE TUMORIBUS IN GENERE.

45

sunt, nimirum insolitum incrementum partis affectæ, eam distendens ejusq; actiones lædens, & cutis in ea parte extuberantia.

Periodica tumorum tempora quot & quæ sunt & quomodo terminantur aut finiuntur tumores?

Quemadmodum & alij morbi antequam finiantur quatuor retinent tempora, ita & tumores ante suam terminationem quatuor habent periodica tempora, Principium, Augmentum, Statum, Declinationem.

Tempora  
tumorum  
periodica.

Initium tumorum est cum primum incipit fluxio & insensibilis collectio humorum in aliqua parte.

Augmentum est, cum particula excipiens jam evidenter est distensa, & in insolitam molem elevata, tumorumq; Symptomata adsunt manifesta.

Status est, ubi jam materia in tumente parte collecta non amplius augetur, sed alterari incipit & Symptomata in summo vigore consistunt.

Declinatio est ubi tumor præternaturalis subsidere & detumescere incipit Symptomataq; remittere & mitiora fieri usq; ad terminationem incipiunt.

Hæ periodica mutationes tumorum scitu & consideratione summè necessariae sunt Chirurgo, alia enim remedia in principio, alia in augmento, alia in statu & alia in declinatione sunt adhibenda, ut in particularibus tumorum curationibus ostendemus.

Ad finem seu terminationem tumorum quod attinet, omnis tumor terminatur ac finitur quatuor potissimum modis, alij enim tumores terminantur beneficio naturæ per insensiles

Terminatio tumorum quæ triplex.



evaporationes sive resolutiones quæ optima est terminatio. Alij per suppurationem tum Naturæ, tum per suppurantia remedia adhibita. Suppurationis autem signa sunt in tumoribus dolor pulsatilis & caloris incrementum; ita enim inquit Hippocrates 2. Apho. 7. dum pus in tumore conficitur dolores accidunt, & febres aliq; Symptomata & hæc quoq; terminatio laudabilis est. Alij per indurationem sive in scyrrum conversionem quæ mala est terminatio, alij per corruptionem partis affectæ & ulcerationem, quæ tumoris terminatio omnium pessima habenda est, cujus signa hæc sunt; ulcera sordida; partis affectæ lividitas, nigrities & indolentia, his addunt & quintam terminandi rationem per subitam tumoris evanescentiam & ad interiora regressionem quæ in virulentis tumoribus perniciosa est, nisi enim venenata materia statim evacuetur recidivam facit, & alia periculosa Symptomata excitat.

In tumorum curatione, quæ generales regulæ  
Chirurgo sunt observandæ?

Regulæ  
generales de  
tumoribus.

In omni tumorum præternaturalium curationibus sequentes regulæ studio sè sunt observandæ.

Prima, partis cum mandantis sive expellentis à qua fit defluxio, tum partis excipientis sive tumentis substantia, natura, & constitutio, Item per quas vias fiat defluxio.

II. Materia fluentis tumoremq; excitantis qualitas, & Copia, utrum videlicet vitiosus humor defluens sit sanguineus, pituitosus ac melancholicus aut utrum sit flatulentus spiritus & utrum humor tenuis sit an crassus.

III. Tumoris jam excitati ætas periodica, Utrum  
videli



## DE TUMORIBUS IN GENERE.

videlicet tumor sit in principio, augmento, statu aut decref-  
centia; secundum enim ea tempora varianda sunt remedia.

III. Conandum est ut defluens humor in parte man-  
dante cohibeatur & intercipiatur, ex parte autem excipiente  
aut divertatur aut discutiatur aut euacuetur.

V. In incremento tumoris, ubi vitiosus humor jam radi-  
ces egit & nec discuti nec averti possit tum Symptomata Dolor  
praesertim & inflammatio mitigentur & tumoris methodica cu-  
ratio instituat.

VI. In Methodica curatione ita procedendum erit, ut  
materia in tumore maturetur & ad suppurationem de-  
ducatur, apertaq; cute pus evacuetur, ulcusq; mundifi-  
cetur & postremo cicatrice obducatur.

VII. Cavendum est in puris evacuatione praesertim in  
majoribus Aposthematibus ne simul et semel totum pus e-  
vacuetur, sed pedetentim. Repentina enim totius Mate-  
riae evacuatio, partis tumentis temperiem destruit & imbecil-  
litatem infert.

VIII. Puris ex tumoribus profluentis qualitatem  
probe consideret Chirurgus, Inde enim facilitas & diffi-  
cultas curationis dijudicari potest, juxta praecelaram Hipp.  
sententiam, qua I. praesagiorum sectione ultima sic in-  
quit; pus illud optimum censetur quod album est aequale, sibiq;  
undiq; simile, & leve ac minime foetidum quod vero huic ma-  
xime contrarium apparet, pessimum, Tumor enim in ulcus  
difficilis curationis aut in corruptionem terminatur.

IX. In curatione tumorum methodica, iuxta tempo-  
rum periodos variari debent remedia, & quidem in feruenti-  
um tumorum principio, commodissime repercutientia re-  
media applicari possunt, exceptis hisce 4. Casibus in qui-

G 3.

puris o-  
ptimi con-  
ditiones.

In qui-  
bus tumor-  
ibus re-  
pellentia  
non sunt  
ex usu.



153.

# FRANCISCI JOELIS

*bus repercussio pernicioſa eſt. Primo ubi tumoris Materia venenata eſt ut in Bubonibus & Carbunculis peſtilentibus & in tumoribus ex icſtu morſuq; animantium venenatorum excitatis. 2. Ubi Tumor in emunctorijs h. e. ignobilioribus partibus videlicet in Inguinibus, in collo ſub axilli hæret, aut ubi tumor regiones partium principalium, nempe tempora, pectus & Hypochondria obſidet; ibi enim ſine noxa partium principalium materia repelli nequit. 3. Si tumori impacta materia adeò craſſa ac lenta eſt ut fruſtra repulſio tentetur. 4. ubi tumor à πρὸς αἵματι. cauſis videlicet plaga, icſtu, aut lapſu eſt excitatus.*

*Cautiones in aperendis tumoribus.*

*X. In apertione tumorum diligenter ſunt obſervanda. Primo ut non niſi poſt maturationem aperiantur, 2. Ut tumoris incifio ſemper fiat in molliori tumoris parte, ac in decliviori, quo pus commodius effluere queat. 3. præſtat ſemper tumorem aut novacula aut ſcalpello incidere quàm cauſticis remediis. 4. Cavendum eſt in tumoris ſectiõne, ne ſectio peragatur ſecundum latitudinem muſculorum ſed ſecundum proceſſum fibrarum 5. Diligenter cavendum in ſectiõne tumoris ne nervi aut arteriæ aut etiam ſi fieri queat Venæ lædantur ac convulſerentur. Reſtat nunc ſingulorum tumorum eorumq; Symptomatum curationem proſequi.*

## TUMOREX INFLAMMATIONE

Sanguinis Quid, Quæ Ejus Cauſæ,

ſigna & qua ratione curandus?

*phlegmones vocabulum duob; modis accipitur.*

*φλεγμονή. Phlegmones vocabulum bifariam à Medicis uſurpatur, pro omni inflammatione, φλεγμονα enim*

*nisi*



## DE PHLEGMONE.

nim inflammari & aduri & inde *Φλεγμονή* inflammationem  
 significat 2. quemadmodum hoc loco pro tumore ex inflam-  
 mato impuro sanguine excitato sumitur qui nostratibus  
 in *Hiliges Blodiswer* oder *swulst* nominatur: Est itaq;  
*Phlegmone* tumor ex incensa feruentiq; massa sanguinea in  
 aliquam particulam collecta & impacta progeneratus, non ob-  
 stante, quo potissimum humore sanguinea massa sit diluta;  
 Sincerus enim sanguis nunquam in corpore deprehenditur, mo-  
 do talis sit ut reliquos humores sua copia sanguis vincat, Hu-  
 jusmodi itaq; sanguis impurus si in alicujus partis cavitatibus  
 collectus habeat & affectur corrumpitur, & primum quidem  
 rubeum & dolorificum tumorem excitat qui *Φλεγμονή* nomina-  
 tur. Ubi verò diutius affectur in Naturam Melancholici hu-  
 moris degenerat, & colorem floridum in lividum aut subin-  
 grum permutat, & tum non amplius *Φλεγμονή* sed vel Car-  
 bunculus vel Gangræna vel Sphacelus qui sunt species phleg-  
 mones, nominatur.

**CAUSÆ** *Φλεγμονής προση*. sive evidentes sunt om-  
 nes res corpori foris accedentes, quæ sanguineam massam in  
 venis & arteriis inflammare & ad fluxionem concitare possunt,  
 & tales quidem sunt alimenta, & medicamenta, impensius  
 calefacientia & extenuantia, item dolor vehemens in ali-  
 qua parte qui sanguinem concitat & fluxionem in se allicit, Item  
 contusio & vulnus aut luxatio aut ossium comminutio. *προση-  
 γρη*. Internæ & antecedentes causæ phlegmones sunt *πληθώρα*  
 h. e. plenitudo vel sanguinea constitutio corporis, tenuitas san-  
 guinis & calida intemperies Epatis.

**SIGNA** Phlegmones evidentia sunt corporis toti-  
 us ru-

47.

*Phle-  
 gmona  
 quid?*

*Species  
 phlegmo-  
 nes ex  
 sanguine  
 adusto.*

*Causæ  
 phlegmo-  
 nes.*

*Signa*



us rubedo praesertim in aetate Virili ac florida, venarum eminentia & tumor rubeus in parte affecta, & in tumore fervens ac pulsabilis dolor.

Curatio

CURATIO Phlegmones ejusq; Symptomatum, doloris videlicet & inflammationis consistit omnium primum in doloris & inflammationis mitigatione 2. in venesectione, 3. In convenienti victus ratione. 4. In sanguinis affluentis condensatione & interceptione, 5. In materiae sanguineae jam tumori impactae suppurati apertione, mundificatione & cicatricis inductione. Ut itaq; in aliis omnibus tumoribus, ita & in phlegmones initio considerandum est tempus periodicum, utrum tumor sit in sui principio, incremento, statu aut declinatione;

Venese-  
ctio

Et juxta haec tempora variare oportet remedia; Deinde ubi tumor haec tempora superavit, considerare oportet ad quem modum terminationis inclinatur tumor; utrum videlicet finiatur per διαφογήν h. e. per exhalationem vel per suppurationem seu maturationem vel indurationem, vel putrefactionem. Praeterea diligenter observandum est quae sit in tumoribus pars mandans & quae sit pars recipiens & per quas vias fiat materiae defluxio, quibus cognitis talis in phlegmone instituaturs methodica curatio.

purgatio

In phlegmones initio antequam acerba excitentur Symptomata statim venesectio molienda erit hac ratione, ut semper ea incidatur vena quae est directo tumori posita est, quam sectionem Graeci αἰμαίω h. e. secundum directum vocant. Dicuntur autem loca directa quae ejusdem lateris sunt cum tumore ut si tumor est in dextro latere ex eodem detrahendus est sanguis

guis



## DE TUMORIBUS IN SPECIE.

guis, si in sinistro ex sinistro, ea tamen servata lege ut si phlegmone est in partibus sub Diaphragmate sitis, tum semper thalaris aut sub malleolis aut sub poplite vena ejusdem lateris incidatur, si verò phlegmone sit supra Diaphragma tum vena incidenda erit Epatica, ejusdem humeri in quo latere tumor hæret, Id quoq; circa venæ sectionem in phlegmones curatione observare oportet, quod si corpus aliquo vitioso humore sit infestum, bile videlicet flava cum pituita, ut is ante venæ sectionem, convenientibus remedijs, quorum copiam in superioribus proposuimus, evacuetur, ac potissimū si alvus sit dura & obstructa, ea aperiat ac leniatur leni Clystere injecto; interea statim in initio egro conveniens victus ratio præscribatur, & cum phlegmone sit inflammatio sanguinis, victus ratio debet constare ex alimentis & potionibus refrigerantibus & humectantibus: convenientia itaq; alimenta erunt, cremor ptisanæ, Caro & juscula pul-  
lorum cum uvis immaturis cocta, pisces & cancri fluviatiles, pruna Ungarica & Lactuca in acetarijs. Ad secundam mensam possunt gustari & Arantia & mala acida & cerasa cocta, in potu conveniunt aq. hordei cum cinamo. temperata & cerevisia clara non adeo plena, qualis est Brunsvicensis & huic similes. His in initio curationis probè ordinatis statim si Symptomatum acerbitas molestat, præsertim dolor & inflammatio, ijs succurrendum & ante omnia statim opitulandum quia vires prosternunt, fluxionem ad partem affectam concitant & methodicam curationem impediunt, Dolor itaq; in phlegmone sequentibus remedijs anodynis h. e. sensum doloris compescentibus tumori impositis facile sedari possunt. R. Lut. ovo. No. ij. Ol. Rosa. ℥. j. Medullæ pan. similac. & in aq. cal. per horam macerata & ab aq. express. ℥. ij. Hæc simul commisceantur in mortario instar pultis fiat catapl. quod hyeme tepidum

Purgatio.

Victus ratio.

Topica.

Anodina.

H æstate



## FRANCISCI JOELIS

50.  
 Chimicis  
 in usu est  
 lap. medi  
 camento.  
 Crollij;  
 Magister  
 Litbargi.  
 rij, Ol.  
 campb.  
 Destilla-  
 tum sper-  
 natis rena-  
 rum.

Repellen-  
 tia in ini-  
 tio.

estate verò frigidum applicetur. Aut R. Ol. Rosa. ℥. ij. al-  
 bu. ovo. No: 4. Aq. Rosa. ℥. ij. simul concutiantur & com-  
 mixta duplicatis linteolis excipiantur & instar Epithem. tumo-  
 ri imponatur. Aut imponatur sequens catapl. Narcoticum quod  
 statim dolorem extinguit R. rad. & fol. tener. recent. Hyosch.  
 aut cicutæ aut utriusq. simul, quæ contunde in mortario eiq. ad-  
 misc. ungu. popul. cuius ℥. ij. admixtus sit ℥. s. opij Thebaici in  
 aceto rosa. dissoluti. Idem præstant Solæ rad. Hyosch. contusæ  
 & impositæ, aut ejus fol. sub cineribus feruentibus cocta, & cum  
 suilla pinguedine in mortario contusa tumoriq. imposita, quæ non  
 modo calorem sopiunt & dolorem mitigant, verum etiam mate-  
 riam in tumore contentam ad suppurationem deducunt; Miti-  
 gatis Symptomatibus statim pro temporis periodici ratione hæc  
 sequentia pharmaca tumori applicanda erunt, & quidem in  
 principio phlegmones h. e. quando adfluens fervens sanguis  
 particulam recipientem sensibiliter distendere cum levi dolore  
 incipit, tum refrigerantia & constringentia pharmaca, quæ re-  
 percutientia dicuntur, imponenda erunt, inter quæ plurimum  
 extollit Gal. poscam quam oxycraton nominat quod constat ex  
 aq. & aceto simul mixtis atq. vinum rub. auster. instar Epith.  
 impositum. verba Galeni latinè ita sonant; In particulis quæ  
 circa artus sunt sat fuerit per initia phlegmones Spon-  
 giam frigida aq. cui aceti non nihil est ad mixtum aut  
 vino aliquo austero imbueri, & tumori imponere; Ego  
 vero pro aq. frig. Aq. ros. & plantag. & pro aceto simplici acet.  
 ros. ana. commiscerem & non Spongia sed duplicatis linteis ex-  
 cepta feruenti tumori imponerem, siccataq; linteola subinde  
 madefacerem; præstans quoq; catapl. est Avicennæ in hanc for-  
 mam paratum. R. succi semper vivi major. ℥. j. vini rub. a-  
 cerbi ℥. s. farina hord. ℥. iij. Cont. mal. gra. & fruct. sumach  
 pulv.

pulv.



## DE PHLEGMONE.

H

pul. ana ℥. s. concoquantur ad formam catapl. & phlegmoni imponatur. Quin & sequens Epithe. utilis. imponi potest R. Albu. ov. No. ij. Aq. rosa. mucaginosa in qua sem. citon. sunt per noctem macerata ℥. iiij. concussa linteolis excipiantur & phlegmone presertim ex acceptis vulneribus & contusionibus acquisita imponantur, saepeq; madefacta linteola renoventur: plura remedium repercutientium genera ex tabella remedium supra proposita peti & huc accomodari possunt. Verum in remedium refrigerantium & constringentium impositione circum spectum esse decet Chirurgum. Ex intempesta enim & inconsiderata immodicaq; eorum impositione materia in tumoribus facile condensabitur, indurabitur & curandi difficultatem inducet. Porro in Augmento phlegmones cum videlicet tumor jam in evidentem molem cum acerbo dolore extra cutem prominet, tum talia sunt remedia imponenda, quae simul & refrigerent & digerant materiam in tumore. Tale autem est Ol. Rosa. tepidum aut sequens catapl. R. pul. fol. Mal. ℥. j. fl. absinth. rosa. purp. ana. ℥. s. far. hord. ℥. j. Ol. cham. ℥. iiij. Aq. rosa. ℥. ij. coquantur leniter continuè subigendo donec formam catapl. acquirant; aut imponatur sequens Epithema. R. vini rub. ℥. iiij. Aq. ros. ℥. ij. aceti rosa. ℥. j. croci ℥. ij. ebulliant simul & fiat Epith. quod linteolis dupl. exceptum in augmento phlegmones imponatur. In statu vero sive vigore phlegmonis h. e. ubi tumor jam in axpū constitutus augmentum non amplius recipit, & Symptomata presertim dolor pulsabilis omnium maxime exacerhatur, tum ea praesidia quae adhibentur debent esse digerentia diaphoretica seu per halitum dissolventia & maturantia qualia sunt in Miropolijs Ung. Bas. & Empl. Diachyl. quae discutunt, emolliunt & dolorem mitigant.

Aut juxta Gal. R. Medullae pan. filig. ℥. j. maceretur spa-

H 2

cio

Repelletia pariter & digerentia in augmente.

Digerentia & maturantia In statu.



## FRANCISCI JOELIS

52  
 cio unius horæ in aq. ferventi & post exprimatur eidemq; ad-  
 misc. mellis optim. crudi ℥. iij. & redigatur in formam catapl.  
 & phlegmoni imponatur, Id enim discutienti tumorem & dolo-  
 rem mitigandi facultatem habet. Aut. R. Medullæ panis præ-  
 scripto modo maceratæ ℥. s. pul. rad. aut fol. Malvæ, Melilot.  
 parietæ. foen. graci fl. Anethi, farinæ volatilis ana ℥. s. Ol.  
 Rosa. Chamæ. ana ℥. iij. vini tenuioris q. s. coquantur in for-  
 mam catapl. Porro ubi jam commemoratis remedijs dolores  
 nonnihil sunt consopiti & tensio tumoris subsidere deprehendatur,  
 tunc phlegmonem in declinatione esse judicato. In declinatio-  
 ne autem sola discutientia remedia applicasse sat erit. Inter  
 quæ hæc sequentia magis sunt laudata, Vinum tepidum dupli-  
 catis linteolis vel panno novo exceptum instar Epithe. impona-  
 tur Aut R. Medullæ panis in fervid. aq. maceratæ ℥. s. Vuar.  
 pass. ex quibus semina sunt excepta ℥. iij. conterantur simul  
 diutis. & admisc. pul. Alth. farin. hord. ana. ℥. j. Concoquan-  
 tur simul in q. s. aq. ad pultis formam, quibus deinde mellis q. s.  
 admisceatur fiat catapl. At si materia tumori impacta ob cras-  
 sitiem recitatis remedijs digeri aut discuti in totum nequeat,  
 confestim ad maturationem, & materiæ in pus conversionem  
 accedendum est: sunt autem præcipua suppurantia remedia hæc  
 quæ sequuntur R. Far. Tritic. q. s. commisce cum aq. & Ol. cha-  
 mæ. æ. p. & decoq; ad catapl. formam cui croci non nihil donec  
 flavam acquirat colorem, admisceatur. Aut R. ficuum ping.  
 ℥. s. Rad. Alth. rec. & contus. ℥. ij. concoquantur in q. s. aq.  
 ad mollitiem, deinde in mortario minutissime conterantur ei-  
 demq; admisc. far. triti. q. s. fiat catapl. Aut R. Rad. Alth.  
 lill. alb. ℥. j. senecionis, fol. Malvæ omnium viridum, & re-  
 cent. ana ℥. j. concoquantur simul in q. aq. & in pultis for-  
 mam redigantur eisq; admisc. far. tritit. ℥. ij. seminlini ℥. j.

Digerentia  
 in decli-  
 natione.

Suppu-  
 rantia.

Axun.



## DE PHLEGMONE.

53.

*Axungia porcina* ℥s. Iterum concoquantur & in formam Catapl. redigantur, Postea ubi materia in tumore jam maturata & in pus conversa videatur, ejus decliviere parte ubi mollior esse deprehenditur si sua sponte non rumpatur, fiat aut scalpello aut novacula incisio, quo pus effluere & exprimi queat; Aut in delicatulis qui incisionem ferre nequeunt, si in tumore jam sopita sit inflammatio caustica admoveri possunt quae tumorem aperiant, quale est hoc sequens Empl. R. pul. *Canthar.* ʒ. i. *Fermenti acerr.* ʒ. ʒ. *Mucag. sem. psyllij* cum aq. rosa. facta. q. s. fiat Empl. cujus particula pro mensura tumoris imponatur, donec tumor rumpatur, Ex. aperto jam tumore pus, n̄sim & per vices exprimat, ulcusq; mundificetur, & ne tumoris vulnus statim coalescat, linicinium Unguento *Apostol.* imbutum, quotidie inseratur, donec universum pus emundatum fuerit, & Empl. *Brutenico* aut alio quovis consolidativo carnemq; bonam generante ad *Cicatricem* deducatur. Emplastra autem *Sarcotica* & *conglutinantia* supra in tabella remedium sunt commemorata, & paulo inferius in ulcerum curatione plura proponentur.

Tumores  
aperientia.

Reliqua  
curatio.

### QUAE SUNT SYMPTOMATA PRÆCIPUA PHLEGMONES & quomodo ea profliganda?

Præcipua Symptomata tumoris ex accensa sanguinea massa progenita sunt Dolor, inflammatio, febricula, Tumoris durities & corruptio subjectæ carnis in tumore; quibus autem remediis Dolor & inflammatio in Phlegmone sint sopienda paulo ante tradidimus; quibus deniq; præsidis febris phlegmoni incidens profliganda sit, pro idæa & natura cujus libet febris, ea petenda sunt ex prima tractatione morborum *Universal. nostra de Febribus.*

Sympto-  
mata  
phlegmo-  
eorumq;  
curatio.

H 3

Ubi



54  
 Curatio  
 pblegmo-  
 nis in scyr-  
 rbum ver-  
 sa.

Ubi vero phlegmone in scyrrhum est conversa, id quod ex præpostera ut diximus & intempestiva remed. refriger. ac repell. ac diuturna applicatione vel ex inepta per vehementius discutientia & exicantia remedia, quæ in tumore humidiores ac tenuiores partes contentas absumunt, & crassiores indurant, accidere consuevit:

Emollen-  
 sia

Chirurgi  
 utuntur  
 Ol. ping.  
 e axi. Ol.  
 adip. hu-  
 man.

Id ubi contingit statim ad emollientia præsidia confugiendum erit; Ejusmodi autem sunt hæc sequentia. R. Rad. Brion. ℥. i. Ficuum ping. ℥. s. Rad. Asari ℥. ij simul concoquantur cum q. s. aq. ad mollitiem usq., ac tandem contundantur in mortario & per setaceum cribrum exprimantur instar crassioris pultis; quibus admisc. far. tritic. & ping. anser utriusq. q. s. fiat Catapl. quod singulis diebus indurato tumori imponatur bis tepidum. Aut R. Rad. Alb. recent. pro arbitrio quæ concisa coquantur ad mollitiem & instar pultis contundantur iisq. admisc. medullæ panis triticei in aq. Cal. macerati & ping. suillæ ana q. s. fiat Catapl.

Curatio  
 carnis cor-  
 ruptæ in  
 pblegmo-  
 ne.

Alia emollientia pharmaca ex tabella remed. Chirurg. & paulo infra ex scyrrhi curatione peti possunt. Contingit quoq. non raro ut caro sana in phlegmone corrumpi & putrescere incipiat, quod Symptoma maturam requirit curationem ne neglecto tota pars affecta Gangræna aut sphacelo afficiatur. protinus itaq. ubi vel materia in tumore jam aperto aut aliqua particula carnis aut cutis in tumore computrescere cœpit, materia quidem eximatur & caro cutisq. excindatur putrescens; Aut multis profundis scarificationibus convulneretur & sanguis corruptus exprimatur vulnusq. aq. salsa calefacta probè abluatur ac tandem sequens Catapl. imponatur. R. Far. Orobi, Faba. ana ℥. ij Oxymellis simpl. q. s. quæ in Catapl. formam leniter concoquantur ac subigantur fiat catapl. Reliqua purefactioni di-



## DE BUBONE.

ni dicata remedia paulo post in Gangræna curatione enumerabimus.

### PHLEGMONES SIVE TUMORUM EX INFLAMMATIONE SAN- guinis ortorum species quæ sunt?

Quatuor sunt præcipuæ, & inter phlegmones Symptomata non ineptè numerari possunt, cum eas præcedat perpetuo phlegmone. BUBO CARBUNCULUS, GANGRÆNA & Sphacelus, de quibus ordine brevissimè dicam.

### BUBO QUID, QUÆ EJUS CAU- sæ, signa & quomodo curan- dus?

*Bubon* Proprie inguen significat; Sed apud Medicos pro tumore adenarum, non tantum qui in inguinibus; Verum etiam qui in aliis emunctoriis, ut Collis, axillis & inguinibus excitantur, usurpatur. Bubonum verò siue Tumorum in emunctoriis pro causarum varietate. 4. sunt genera.

Primum Bubonum genus est quod in puerili ætate & corporis incremento circa inguina creberrimè sine singulari dolore excitatur quod ad compressionem digitorum è loco cedit, unde & fugile nomen accepit nostratibus ein Hagedros qui aut sponte, aut ex confricatione cum Fejuna saliva, aut cum Ol; Scorp. paulo post resolvitur & evanescit.

Secundum genus est Bubo pestilens qui tempore pestis ex venenatis tumoribus à natura ad emunctoria propulsis generatur, qui semper febrim sibi habet conjunctam pestilentem,

55

Species  
phlegmo-  
nes.

De Bubo-  
ne.

Quid sit.

Bubonum  
4. genera.

”

”

tem,



tem, nostris Ein Pestilensien swell de cujus curandi ratione supra in institutione nostra de profliganda peste prolixè docuimus.

Tertium genus Bubonum est quod adolescentibus salatioribus cum impuriß. scortis commercium habentibus in inguinibus duntaxat erumpit & Bubo Venerens dici potest à nostris tonsoribus ein Klapholz dicitur qui ut plurimum nunc ejus & præcursor est morbi Gallici, cujus curatio peti debet ex curatione Symptomatum morbi Gallici quam in Superioribus tradidimus.

Quartum Bubonum genus est quod ex tuberculis pustulis aut ulceribus extremarum partium vel articulorum in emunctoriis producitur, semper enim ubi dolorificum tuberculum aut ulcus in capite exoritur statim sub collo aut pone aures Si verò in manuum digitis aut articulis tale quid contingat, sub Axillis, Si in pedum digitis aut articulis eveniat in inguinibus glandulæ intumescunt & bubonem excitant, cujus rei causa ea est; Dolor perpetuò sanguinem à reliquis partibus ad se allicit & trahit, qui ubi per adenas siue glandulas emunctoriorum defluit glandulosa corpora quia sunt rara & spongiosa sanguinem præterfluentem in se trahunt & absorbent, atq; ita intumescunt glandulæ.

Hic tumor sublata causa h. e. mitigato dolore & persanatis tuberculis facile & ipse evanescit.

Ad hoc autem quartum genus Bubonum referri debent Omnes adenarum tumores exceptis superioribus qui ex adfluxu sanguinis inflammati in quocunq; emunctorio excitari possunt de quibus hoc loco agitur

Curatio  
bubonum  
ex sanguinis  
affluxu.

Si itaq; Bubo adenarum h. e. tumor inflammatus in emunctoriis ex affluxu sanguinis excitatur, signa ejus sunt dolor &



## DE CARBUNCULO

lor & rubedo loci: tum curatio à venesectione est auspicanda, præscribenda victus ratio refrigerans & humentans; Consideranda periodica tempora, dolor & inflammatio mitiganda, ac tandem maturatio ac suppuratio molienda, postremoq; tumor aperiendus, mundificandus, Carne bona replendus & ad cicatricem deducendus erit iisdem præsijs quæ in phlegmones curatione commemorata sunt & nunc in curatione carbunculi descripcuri sumus.

### Carbunculus quid, quæ ejus causæ, signa, & qua ratione curandus?

**ARDEZ** ein Brandich oder Pestilensien bledder est tumor phlegmonosus sive ardens ex confluxu crassi & retorridi nigriq; sanguinis in aliquam partem collecti progenitus, qui tumor niger quandoq; est cum pustulis quandoq; sine pustulis, cinericeis eis similibus qui ex ambustione oriuntur; carbunculi colore sunt aut lividi aut instar carbonis nigri & picis splendentis, cui circumiacens cutis inflammatur cum acerbo dolore & ut plurimum in crustosum ulcus degenerat, atq; perpetuo sibi adjunctam habet febrim ardentem cum Symptomatibus perniciosis.

Carbunculus quid sit.

**C A U S A** πρῶτον. est aer pestilens massam sanguineam inficiens & accendens, ex quo natura propellente carbunculus generatur. πρῶτον. est ipse sanguis venenatus & accensus, cujus tenuior pars in superficie carbunculi pustulas excitat, & erodendo ulcus efficit ac tandem in crustam degenerat.

Ejus causa.

**S I G N A** carbunculi ex recitatis manifesta sunt, tumor enim in carbunculo aut ruber est aut lividus, cum aut sine pustulis, & acerbo cum dolore, qui nisi hominem ocys extinguat in ulcus crustosum transit, & febrim pestilentem cum prostratione appetentiæ, nausea, vomitu, cordis palpitatione anxie-

Signa.

I

rate &



Prognostica.

tate & animi deliquio comitem habet. Prognostica carbunculis sunt, Omnis carbunculus acutus & perniciosus est tumor, minus tamen qui vel rubeo vel flavo colore conspicitur & non habet adjuncta tam seve Symptomata; maxime lethalis est carbunculus qui in emundatorijs aut circa cor, aut circa Orificium ventriculi excitatur; perniciofa siquidem sua tinctura spiritus vitales inficit & vitam ipsam elidit.

Curatio.

Cum Rationem Anthracis supra in institutione de peste inter pestis Symptomata abunde tradidimus; hoc loco satis erit, curandi ejus rationem breviter perstrinxisse, praesertim qui extra contagionem pestilentem in corpore excitatur. Universa autem Anthracis curatio consistit in venae sectione, victus ratione, Spirituum vitalium corroboracione & Symptomatum sublevacione ac mitigacione. Statim itaque Anthrace apparente si neque aetas nec virium imbecillitas obstet venam *ve. ax. h. e.* per directum ex eodem latere in quo haeret Carbunculus vel humeraria vel tali est incidenda. Humeraria quidem si Anthrax sit supra Diaphragma; tali vero si infra Diaphragma sit constitutus, & sanguis, si vires ferant, largius est detrahendus; Sed non uti onnulli arbitrantur usque ad animi deliquium; anima enim semel discedens facile aberrare potest ut nusquam in corpus redeat, & ita Medicus consulens non effugiet infamiam. Sanguine detracto statim ex ipso tumore adustus & virulentus sanguis per profundas scarificationes detrahatur applicata cucurbitula, si dolor patiatur, aut applicatis Hirudinibus, & quatenus fieri potest digitis exprimatur, fomentando tamen prius carbunculo jam per scarificationem vulnerato aq. marina aut salsa calefacta; Eo enim modo crassus dissolvitur sanguis. Interim & victus ratio refrigerans & humectans Spiritusque vitales corroborans praescribatur, qualem in curacione phlegmones insti-

Vena sectionio.

Victus ratio.

insti-



## DE CARBUNCULO.

59.

instituentiam docuimus. *Cibus omnium convenientiss. erit Ius-  
sulum & caro pullorum cum uvis immaturis coctum & cremor  
ptisanae. In potu vero convenit aq. bord. in qua cinamo. non-  
nihil & thamarindi sunt incocti cui & Syr. acetos. citri admif-  
ceri potest. post extractum ex carbunculo virulentum sangui-  
nem tumori non, ut in phlegmone, refrigerantia & impensius re-  
pellentia remedia sunt imponenda: Sed talia quae cum commo-  
derata repulsione simul etiam digerendi & dissipandi crassam  
& compactam materiam facultatem habent, quale sequens cata-  
plasma; ex Arnoglossae cum rad. lentium palustr Medullae panis  
siligi. in cal. aq. maceratae & expressae, ana p. a. simul contun-  
dantur in mortario eisq. admisc. pul. cort. mali granati pro ar-  
bitrio, commisc. & concocta tepide imponantur, aut ubi haberi  
possunt duo mala granata, vel in eorum penuria mala commu-  
nia acida, coquantur ad mollitiem, & exemptis arillis ac semi-  
nibus, medulla ipsa pomorum cum aceto rosar. conspergatur &  
contusa in pultis formam redigatur ac carbunculo imponatur  
sepiusq. immutetur. Ego felici successu in carbunculorum  
pestilentium curatione crebro usus sum Catapl. ex rad. Rapha-  
ni cum pauxillo aceti rosa. conspersis & contusis per cribrumq.  
trajectis & impositis; laudantur plurimum ad anthracis matu-  
rationem & perruptionem Catapl. ex nucleis nucum avellana-  
rum contusarum impositum; praestantissimū quoq. remedium est  
ad virus cohibendum & ne flamma Anthracis circumjacentes  
partes depopuletur atq. inficiat, si adiacentes & sanæ partes illi-  
nantur linimento ex bolo Arme. cum q. s. Ol. Rosa. & pauxil-  
lo aceto rosar. in plumbeo mortario exacte commixtis & instar  
Linimenti formae redactis.*

Moderato  
reprimen-  
tia & simul  
digerentia

De fensti-  
uum.

Porro ubi carbunculus crusta obductus fuerit, tum vali-  
dioribus praesidijs quae crustam extirpare possunt, curatio est

Remedia  
ad cru-  
stam.



molienda, & ejusmodi medicamenta adhibenda, quæ sordes &  
 virosam colluviem in ulcere absumere & exiccare queant; non e-  
 nim tum suppurantia conveniunt; Tali itaq; Anthracis ulcere  
 primum illiniatur Unguent. Ægypt. & Catapl. ex far. Orobi-  
 cum q. s. Oxymel. simpl. confectum: ac si in Anthracis ulcere  
 fordida colluvies redundet, caustica etiam magis imponenda  
 sunt pharmaca, quale est unguentum ex calce viva & pul. A-  
 ristol. rot. cum oxym. commixtum, aut Aristo. pul. cum aceto  
 mixtus, hæc enim corruptas ulceris partes à sana & viva parte  
 segregant ac separant, omnium enim maximè in sordidis &  
 putrefactis, crustosisq; ulceribus id observandum est, ut quic-  
 quid putrefacti in ulcere deprehendatur, id omne quam pri-  
 mum à sana parte tollatur & excindatur, ac si patientis natura  
 adeo robusta sit, ut caustica actualia ferre queat, tum statim  
 confert auro vel argento candenti ulcus usq; ad sanam carnem  
 in urere, eousq; donec circa omnes partes ulceris, sensus doloris  
 oboriatur, tum enim corruptionem sublatam esse statuendum  
 est; ubi verò ex hujusmodi ustione carbunculi dolor aut inflam-  
 matio excitetur, remedijs supra commemoratis statim mitigen-  
 tur hæc Sympto. ac tandem ulcus accuratò abstergatur ac mun-  
 dificetur atq; aliorum ulcerum modo, de quibus in sequentibus  
 differemus, per convenientià Emplastra ad cicatricem & per-  
 fectam sanitatem perducatur.

Que cru-  
 stas a cau-  
 terio in-  
 ductas re-  
 solvunt.

Contingit etiam ut ulcus Carbunculi ex ejusmodi ustione  
 duriusculam crustam acquirat, ea quoq; statim à subjectis parti-  
 bus resoluenda erit, Resolvunt autem in ulcere crustas ac corti-  
 ces, recens & salis expers butyrum, aut axungia porcina recens  
 illita; aut sequens Catapl. impositum, quod non modo crustas re-  
 solvit, sed & dolorem ex ustione conceptum aufert.

R. Rad. Alth. fl. violar Uvarum pass. ma. prius a-  
 cinis.



## DE CARBUNCULO

cinis exemptis, ana ℥iij decoquantur simul cum q. s. aq. usq. ad mollitiem & exempta ex jure simul contundantur minutissime & per cribrum instar pultis transpriantur eisdemq. admisc. farinae triticeae aut hordei ad mensuram dimidiae partis pultis ac addite Buty. rec. vel pingued. porcinae q. s. fiat Catapl. quibus refrigeratis admisceri possunt commode lutea duorum Ovorum. At verò si Carbunculus non sit adeò pestilens ac ferus, quod tamen ut plurimum est, (id quod ex colore dignosci potest) minus periculosus est Carbunculus qui primum instar phlegmones rubet ac deinde flavescit, Talis enim curationi inducias concedit. Tali carbunculo statim in initio imponatur Empl. emolliens, cutemq. perrumpens quod ex ficibus & fermento acri ac sale conficitur, quo ter bisve imposito, tumor aperitur. Vbi vero apertus Carbunculus niger intus & dehiscens conspiciatur statim Catapl. ex far. triticia ovorum luteis concinuatim imponantur ac tandem abstergatur, mundificetur & consolidetur imposito Catapl. ex rad. Symplici major, inter duos lapides contusis, quod crebro immutetur, id enim per unum aut alterum diem ulcus Carbunculi facile persanabit, Per totum autem curationis Carbunculi tempus intra eorpus ea exhibeantur quae veneni seminaria exstirpent. qualia sunt Ther. Andro. Bolus Arme. uerus. Pul. Scordij, Card. Bened. & Scabiosa aut earum herbarum aq. stillatit. cum Syr. acetos. Cirti Commixta, Cor quoq. & Spiritus vitales subinde corroborentur ac refocillentur rot. Liberantis & Diamarga. frig. exhibitis & Epithe. ex aq. & aceto rosa. aq. Borrage. & Melissae simul commixtis, additis speciebus cordialibus Quibus addi possunt ea remedia quae supra in curatione pestis sunt commemorata.

62

Ad carbunculum in t. orem topica remedia

Chimici commendant Ol. Antimon. & sublimati, spirit. Mercur. rubrum, Ol. busonã, Elix pestilenti. Croly magist. & extract. Theriac. Empl. magneticum.

Antidota intra corpus danda. Et corroborantia.

I 3

CAN-

cia



62.  
**GANGRÆNA ET SYDERATIO EX**  
 inflammatione quid, Quæ earum causæ,  
 signa & quæ curandi ratio?

De Gangræna & Sphacelo. Quid differant.

Gangræna quid? Sphacelus quid?

Sphacelus etiam ossa corripit.

Causa Gangrænae & Sphaceli

Γαγγραινή & σφαιελεσ intentione & remissione duntaxat ab invicem differunt; Gangræna via est & transitus ad Sphacelum, & Sphacelus finis est Gangrænae. Est itaq; gangræna ubi in aliqua parte corporis ex phlegmone sive magna inflammatione partis calor naturalis exstinguitur & substantia partis adeo exurit, ut & sensum & motum amittere incipiat, vulgus. Ignem Sancti Antonij & consores Dat Kolde Buhre vocant, quod malum perniciosum ubi in initio per incuriam neglectum eo perveniat, ut pars affecta nec ustionem amplius sentiat; Sed tanquam mortuum Cadaver corpori hæreat, tum non amplius Gangræna sed Sphacelus vel νεκροσις Græcis, Latinis Syderatio vel partis mortificatio & Barbaris Græco Vocabulo εστορευον nostratibus ein Gestorben oder Dodesgelide nominatur, quam constitutionem partis subsequitur corruptio & putrefactio: & Sphacelus quidem non tantum in Carnosis accidit partibus, Verum etiam ipsa ossa sæpè depopulatur & corrumpit, Vidi ego Saroæ militem apud Luise Wolhan / cui omnis calua Syncipitis Sphacelo corrupta & absumpta erat, illæsis tamen membranis & Cerebro, quod cute tantum continebatur & ad digiti impressionem nullum os inesse percipiebatur.

CAUSÆ & Gangrænae & Sphaceli sive syderationis sunt omnia, quæ spiritum vitalem in aliqua corporis particula excludere & intercipere possunt. Ex ijs νεκροσις sunt partis aliqujus



## DE GANGRÆNA ET SPHACELO.

62.

cujus ex vehementi frigore diuturna congelatio vel ex in tempestiva remedium refrigerantium & repellentium applicatione vehemens particula alicujus refrigeratio & caloris nativi extinctio, vitalisq; spiritus interceptio, id quod in inconsiderata phlegmones alicujus curatione ab imperitis Chirurgis sæpissime accidit, Item partis alicujus corporis fortis & diuturna vinculis constrictio, quæ & ipsa vitalem Spiritum per arterias adfluentem particulamq; vivificantem & alimentum per Venas affluens excludit. His & morsus & Vulnere venenata calorem vitalem extinguuntia & sanguinem corrumpentia adijci possunt. πρῶτον. Causa sunt vehemens & diuturna inflammatio sanguinem exurens & vitalem calorem extinguens.

**SIGNA** Gangræne sive ignis sancti Antonij & Sphaceli sive mortificationis membri tali ordine se habent. Præcedente magna inflammatione alicujus partis aut una ex superioribus causis, extinguitur calor natus cutis; Deinde cessat in ea parte arteriarum pulsatio. Tandem & sensus doloris torpescit & movendi facultas perit; paulò post tota particula nigrescere & flaccessere incipit, ita ut digiti impressi vestigium stabile relinquatur. Postremo ubi jam putrescere pars & olere instar Cadaveris incipit atq; si præcidatur pungaturue nihil sentiat, tum non amplius Gangræna sed sphacelus sive syderatio aut potius membri mortificatio nominatur.

Signa

Signa prognostica sive notabiles Aphorismi in Gangræna & Sphacelo hæc sunt observanda. Gangræna nisi statim in initio donec sanabilis, nondumq; omni sensu priuata est mature succurratur, in Sphacelum degenerat & insanabilis evadit; Sphacelum sive emortuum membrum nisi à sanis partibus tempestive

prognostica.



FRANCISCI JOELIS

64.

pestive præcidatur & amputetur, primum peoximas partes, deinde totum corpus, tingit & putrescere cogit & hominem sub frigido sudore extinguit.

Curatio

**CURATIO.** Gangræna per industriam Chirurgicali-  
cam antequam pars est syderata, curationem admittit, quæ  
pro causarum varietate ita perficienda erit. Si Gangræna ex  
phlegmone siue ingenti inflammatione in aliqua parte corporis  
sit genita, statim in principio sanguis adustus & retorridus  
aut ex congelatione concretus ex affecta particula per pro-  
fundas incisiones aut scarificationes usq; ad partes sanas infli-  
ctas impositis cucurbitulis accuratè eliciendus & evacuandus  
erit; Id vero ut commodius perfici queat, locus affectus primum  
aut aq. marina aut salsa calefacta diu multumq; est fouenda  
donec grumi sanguinis resolvantur & liquefiant: & sanguine  
expresso evacuatoq; vulnus aceto rosa. cal. probè abluatur, in-  
terim minimè neglecta victus ratione, quæ supra in curatione  
Phlegmonese est commemorata, nec præterita spirituum vitalium  
adeoq; cordis per convenientia remedia corroboratione. Re-  
purgato tandem à corrupto sanguine vulnere impona-  
tur Catapl. ex far hord. aut Orobi cum q. s. Oxym. confe-  
ctum. Postea mundificationis ergo indatur Vulneri Unguen-  
tum Egypt. ex æ. p. mellis, aceti, æruginis & dimidia parte  
Aluminis simul artificiosè concoctis paratum, eoq; utendum  
donec pura & incorrupta in Vulnere caro conspiciatur.

Corru-  
pti sangui-  
nis edu-  
ctio.

Vulneris  
mundifi-  
catio

Quæ cor-  
ruptam  
carnem  
auferunt  
Chimicis  
in usu est  
Magister.

At vero si altius hæreat putrefacta caro, conandum erit  
ut quicquid in vulnere corruptum, id omne à sanis partibus  
dirimi queat, habita semper ratione Naturæ partis, ne nimi-  
um incalasciat. Auferunt autem partes corruptas & à sanis  
dirimunt, Arsen. sublim. & Empl. ex calce viua & alia quæ  
in medicamentorum classe supra proposita sunt. Porro ubi Gan-  
græ-



## DE GANGRÆNA ET SPHACELO.

65.

græna in Sphacelum est commutata h. e. ubi infecta pars est mortua, tum unicum & miserabile restat remedium nempe partis emortue amputatio & à toto corpore avulsio, & nisi id fiat necessario contiguae & adiacentes partes corrumpuntur & emoriuntur. Sublata & præcisa parte corrupta, sanæ adiacentes particule statim aut auro aut argento aut ferro candenti inuratur; ita enim & sanguinis fluxio sistitur facile & sanatio subsequitur felicior. Post tale cauterium imponatur præcæstis particulis catapl. ex porris cum suilla pingued. contusis vel aliud remedium constringendi vel desiccandi facultate præditum, qualia supra proposuimus, & cum ex ustione plerumq; crusta suboriatur, laborandum est ut ea emolliatur & auferatur, id quod commodè fieri potest, si particulis imponatur catapl. ex far. tritici vel hordei cum aq. & buty. rec. q. s. concinnatum. Aut catapl. ex medulla panis cum suc. Apij palustris subactum cui recent. butyri q. s. admiscendum erit. Sublata ex ustione crusta ipsum ulcus rursus aceto rosa. tepido abluatur & sequenti catapl. mundificetur.

R Mellis ℥. s. vitell. ovorum ℥. iij. far. hord. ℥. s. subigantur fiat Catapl. postremo ulcus emundificatum Empl. carnem bonam generantibus & ulcus cicatrice claudentibus, quorum copiam supra in classibus remediorum adnotavimus, instar aliorum ulcerum vulnerumq; perfectò persanetur.

## BILIOSI TUMORES QUI, QUALES & quæ eorum Species?

Ubi sanguinea massa, biliosa colluvie, ultra naturæ modum est diluta, si in aliquam corporis partem confluat & collecta effervescat, tumorem biliosum per cutem expansum excitat ad talem ferventem, & colore ex rubeo ad flavedinem declinantem.

K

Tumo-

Tutia, Es-  
sentia Tbe-  
riac. Bu-  
tyr Anti-  
mon. in  
circuitu  
pennæ  
illitum

Sal cheli-  
don spir.  
vitriol. su-  
liginis, Ol.  
Arsenic.  
quinta Es-  
sent. An-  
tim. Ol.  
succin. Di-  
asulphur  
Rulandi.  
Caute-  
rium.

Que cru-  
stam aufe-  
runt.

Reliquæ  
curatio.

Bilioso-  
rum tumo-  
rum gene-  
ra & spe-  
cies.



Tumorum biliosorum genus est, Erysipelas, cujus species sunt Erysipelas sine pustulis, Erysipelas cum pustulis, sive exulcerans. Herpes miliaris, Morbilli & variolæ. Sed quia de posteriorum specierum curatione supra inter affectiones cutis abunde egimus, hoc loco satis erit de Erysipelate & herpete tractasse.

## ERYSIPELAS QUID, QUÆ EIUS causæ, signa & curandi ratio?

De Erysi-  
pelate  
quid sit.

Ἐρύσιπελας, latinis ignis sacer; das hillige Dinc̄ oder Rose nominatur. Est species tumoris biliosi ubi videlicet biliosus sanguis in aliquam partem subcutaneam confluxit, ibidemq; accensus est, & quia hæc colluvies biliosa valde est tenuis, partem affectam in latum occupat, sed non ita in molem extuberat, quemadmodum tumores reliquorum humorum cum fervore & rubedine ad flavedinem declinante per cutem erumpens: & si biliosa colluvies adusta & retorrida sit, tum per cutis superficiem pustulas excitat, & cutem erodit tumq; Erysipelas exulcerans nominatur.

Ejus causa

**C A U S A** ignis sacri πρῶτον. sunt immoderata alicujus partis constrictio, compressio & diuturna insolatio, vehementer q; calefacientium remediorum applicatio. πρῶτον sunt humores biliosi in sanguinea massa redundantes.

Signa.

Signa sunt, alicujus partis dolor pungens & acris, quemadmodum paulo post subsequitur febris ut plurimum unius paroxysmi, quæ comitatur loci affecti rubedo ad flavedinem vergens, quæ ad digiti impressionem immutatur, sed mox refluit, item dolor mordicans cum fervore; cuius vero non ita intumescit ut in alijs tumoribus. Occupat autem Erysipelas ut plurimum aut crura aut manus aut faciem caputq;. Accidit nonnunquam & in

Quas  
partes oc-  
cupet.

ternis



## DE ERTSIPELATE.

ternis visceribus, Epate & utero. Prasagitionis signa sive Aphorismi in igne sacro hi sunt diligenter observandi. Erysipelas ossium denudationi aut fracturis superveniens malum est indicium, teste Hippo. 7. Aph. 19. Ignis sacer rarissime per supurationem terminatur, sed paulo post per insensilem evaporationem ut plurimum discutitur resolviturque. Ignem sacrum in exterioribus apparentem ad interiora repellere non caret periculo, sed ab interioribus ad exteriora propellere, salutare est. Perniciosior est ignis sacer in facie aut capite obortus quam in alijs externis partibus; Ex levi enim occasione tumore adaucto in Anginam, strangulantem hominem, convertitur. Perniciosus quoque est ignis sacer in epate & utero gravidarum excitatus factum enim interimit & periculosam febrim excitat. Erysipelatis proprium est saepe recurrere quo semel invasit, nisi prophylactica curatione praeveniatur.

Curatio duplex itaque adhibenda est igni sacro; Liberativa una & ne iterum redeat praeservativa altera. Qui itaque Erysipelate corripitur tali liberativa cura utatur. Statim in initio alvus, si est obstructa, glande subducatur & haustulus ex 3. s. Ther. Andro. cum haust. aq. stillati. florum sambuci bibenda praebatur & sudor per unam aut sesqui horam bene obtecto corpore proliciatur. Locus autem affectus mundissimis & molliss. lintis solis contegatur nullo alio imposito pharmaco repellente. Ita enim per sudorem materia biliosa facillime discutitur; intra corpus tamen uti poterit patiens singulis diebus bis haustum aq. samb. aut hord. In simplici & sine pustulis efflorescente Erysipelate affectae parti sunt minime adhibenda temere Topica remedia, praesertim vehementius refrigerantia & repellentia; per ea siquidem pars affecta indurari & livido colore infici potest. Praestat itaque discussionem ejus per insensilem exhalationem

K 2

nature

67.

Prognosis.

Curatio.

Sudorificum.

Refrigerantia intra corpus

Topica in simplici erysipelate.



Chimicis  
in usu est  
Lapis me-  
dicamen-  
tosus Crol-  
lij, sacch.  
saturni,  
Sperniola  
composi-  
tum  
Anodyna.

Topica  
ad erysipe-  
las ulcero-  
sum.  
Chimicis  
sedata in-  
flamma-  
tione com-  
mendatur  
Calx puta-  
minum O-  
porum,  
Magisteri-  
um lubar-  
giry, Lac  
Lune seu  
Agaricum  
petrosum.

Repellen-  
tia.

naturæ relinquere & solis mundis. linzeolis affectam partem  
contegere. Qui vero doloris & inflammationis molestias in Ery-  
sipelate tollere non possunt, sat erit aquam stillatic. ex flor.  
sambuc. linteolis duplicatis exceptam parti affectæ imponere,  
aut dolorem fervoremq; remedijs in phlegmonum Symptomatib.  
curandis commemoratis mitigare, inter quæ primas obtinent  
Catapl. ex fol. & rad. Hyosch. stupis canabinis involutis & sub  
feruentib. cineribus coctis cum unguentoq; popul. vocato contu-  
sis confectum. At si ex acrimonia & urenti qualitate retorri-  
dæ bilis, non tantum rubor, sed & pustula & cutis aliqua exul-  
ceratio in aliqua parte affecta contingat, tum sane non incom-  
mode remedia moderatè refrigerantia ac repellentia imponi pos-  
sunt, cujus impositionis terminus erit coloris cutis alteratio, quo  
alterato statim à repellentib. abstinendū & loco eorum discuti-  
entia & resolventia sunt adhibenda. Inter repellentia & refri-  
gerantia remedia præcipua sunt lentes palustres, Ol Rosa. Un-  
guentum infrigidans Galeni & unguentum è cerusa lota aut  
aliud simile sic concinnari potest. R. Succ. Hyoschi. Solani-  
ana ℥. j. aut succiloco aq. stillat. earundem herbarum Mucag.  
se. Psyllij cum aq. rosa factæ ℥. ij Commisc. fiat Epithe. Aut  
R. Ol. Rosa. ℥. iij Suc. semper vivi maior. Suc. plantag. ana ℥. j.  
pul. Ceruse cum aq. rosa prius elotæ, Lithargy tenuis, contri-  
ti ana ℥. s. Lactis mul ℥. j. Omnia simul in plumbeo mortario  
multum diuq; conterantur donec liquidi Linimenti formam ac-  
quirant & loco affecto illinantur.

Observandum in Erysip. omnia remedia topica debere esse  
tenuia & liquida, & actu frigida semper esse imponenda, crebroq;  
ne nimium in calefiant, renovanda. Mutato jam non nihil cu-  
tis colore & sedato dolore ac inflammatione, Catapl. discuti-  
entia & resolventia tumores quæ supra in phlegmones curatione  
descri-

descri-



DE ERYSIPELATE.

69.

descripta sunt, imponenda erunt. Inter quae convenientiss. hoc habetur. R. Rad. Alb. teneriorum ℥. j. Concisa coquantur ad molliciem & contundantur in mortario, pulpaq; ejus per cribrum transcernatur, cujus libræ dimidiæ admisc. Medullæ panis in aq. maceratæ & rursus expressæ ℥. iiij. pul. lithargy. cerusæ ablutæ æna ℥. ij. suc. plantag. ℥. ij. Aceti ros. ℥. s. contusa & subacta concoquantur fiat Catapl. Porro ex prava curatione Erysipelatos & vehementer frigidantium diuturna applicatione si particula affecta indurescat & livido colore imbuetur, tum ut in phlegmones curatione ostensum est, affecta particula aqua marina aut salsa calefacta diu multumq; perfundatur foveaturq; ac tandem cutis incidatur & sanguis omnis quatenus fieri potest accuratè exprimatur, ac deinde abstergatur & conglutinantibus remedijs aliorum ulcerum modo (ut antea in phlegmones curatione indicavimus) cicatrice vulnus obfignetur. Cum vero Erysipelas crebrò recurrere soleat, prophylactica curatio sive præservatio ejusmodi adesse instituenda.

Restituta sanitate partis affectæ, & depulsis Symptomatibus quæ igne sacro laborantibus contingere consuerunt, si corpus plethoricum, singulis annis ad minimum bis vena secanda erit, In vere quidem Epatica dextri humeri, in Autumno autem si pedes laborent, Thalaris, ejusdem lateris. Deinde per totum anni curriculum declinet victus ratio ad refriger. & humectationem, qualem in phlegmones & in febris curationibus præscripsimus. Vitetq; sedulò omnia quæ bilem commovere sanguinemq; inflammare possunt, ut sunt ira, excandescencia, aromatum creber usus, solis æstus, Balnea æstualia, & laboriosa commotiones corporis atq; alui suppressio. Tandem post detractionem è Venis sanguinis, biliosa colluvies tam in Vere quàm in Autumno convenientibus remedijs subducatur, qualia supra

K 3.

in tabel.

Ad duritiem & livorem remedia.

Præservatione recurrat erysipelas.

Vena; sectio.

Victus ratio.



## FRANCISCI JOELIS

70.  
Purgatio  
Cholago-  
gura

in tabellis remediorum purgantium proposuimus. Hoc loco u-  
nicum adiecisse satis, aut quod tale est R. Rhab, el. ℥. ij. fol. Se-  
nae ℥. j. se Anisi ℥. i. Contusa in linteo Sydoni colligentur & fi-  
at nodulus laxus qui in haust. aq. flo. Sambuci aut Centau. mi.  
per noctem maceretur & mane in duplici vase sive feruenti aq.  
usq. ad oui elixationem coquatur & nodulo expresso liquori ad-  
miscetur aut Syr: rosa. soluti. ℥. ij. aut Cassiae pulpa ℥. vi. fi-  
at haustus qui sumatur sex horis ante prandium aut exhibeatur  
℥. j. Elect. leniti. cum haust. aq. Sambuci resoluti.

### HERPES MILIARIS QUID, Quæ ejus causæ, signa & quomo- do curandus?

Chimici  
in hoc af-  
fectu mire  
commen-  
dant Lsp.  
medicam.  
Croll. sac-  
ch. saturn-  
aurū præ-  
cipitatū,  
Ol. salis,  
tartari,  
Essent.  
plantag.  
salicis ru-  
bi, stro-  
phulariæ,  
  
Exantbe-  
riata  
serpigo

Ἐπίπλοσ Serpens est species Erysipelatos, videlicet in a-  
liqua corporis parte biliosa colluies fervens & venenata per  
superficiem cutis cum rubore instar granorum Milij aut ovo-  
rum piscium effusa & inde Græcis ἐπίπλοσ καὶ χρεῖα nominatur.

Accidit ut plurimum in venenatis morbis. Ejusdem Spe-  
ciei sunt & morbilli & variolæ pustulæ in pueritia omnibus ferè  
hominibus familiares quas Hippocrat. Exanthemata nominat.  
Est & Herpetis species quam Græci ἐρπετιὰς ἐπιπορευῆς, Barbari  
Serpiginem quod serpendo Cutis superficiem exedat ac defendat  
in latumq. exulceret, Latini lichenes De Flechten nominant,  
Familiare Symptoma Gallico morbo infectis. Verum cum nos  
omnium harum affectionum Causas, signa, & curandi rationem  
in superioribus de curatione vitiorum cutis abunde tradideri-  
mus, supervacaneum esse censemus eadem rursus repetere, cum  
hoc loco de grandioribus tantum tumoribus nobis sermo sit in-  
stitutus.

PITU-



DE ERTSIPELATE.

PITUITOSUS TUMOR QUID,

Et Quæ ejus Species?

Ex pituitosa colluvie quæ naturâ frigida est & humida in aliquam partem decumbente pro ratione suæ substantiæ Crassa aut tenuis, tumores excitantur, quorum genus Oedema nominatur, cujus tres sunt species, Una quæ ex moderata pituita generatur communissimum oedema, Altera quæ ex tenui & aquosa producitur pituita, qualis est Hydrops, & Hydrocele; Tertia ex crassa & duriori generatur pituita, ejusmodi sunt strumæ, Scrophulæ & Glandulæ. At si pituita admixtus sit crassus halitus sive spiritus flatulentus, quartam speciem producit, videlicet flatuosum tumorem.

Oedema quid, quæ ejus Causæ, signa & qua ratione curandum?

Oidhµa est tumor laxus & indolens sive rara & doloris expers præter naturalis moles, ex pituitosa colluvie in aliqua subcutanea particula collecta excitata. Omne autem oedema aut est morbus ut qui ex collectione pituitosi humoris, nulla antecedente alia affectione, genitum est; aut est Sympto. ut ubi post diuturnam febrim aut *νεφελίαν* aut tabem, cruræ pedesq; sine singulari dolore intumescunt.

C A U S A E Oedematum *νεογᾶ*. sunt Cibus & Potus refrigerans & pituitosum sanguinem generans; Somnus & Vigilia modum excedentes, Crapula & quicquid nativum calorem in corpore extinguere potest. *νεογῆ* sunt caloris naturalis præsertim Ventriculi & Epatis & alterativæ potentie imbecillitas, ex quibus est & materialis causa interna, nimirum pituitosa colluvies. Omnis autem pituita secundum substantiam

est

71.

pituita  
triplex  
consisten-  
tia Unde  
triplex tu-  
mor.

De Oe-  
demate  
Quid sit

Oedema  
aut mor-  
bus aut  
Sympto-  
ma

Causæ  
Oedema-  
tis



aut est moderata, aut tenuis, & serosa, aut crassa & indurata: pro cuius pituitae constitutione varia, ut diximus, generantur species oedematum.

Signa

**SIGNA** Oedematum sunt, Tumoris laxitas & molities, indolentia vel certe exiguus dolor; Coloris cutis nulla immutatio ac si tumor digitis imprimatur cavitationem relinquit & vestigium digiti diu perseverat, Ut plurimum autem oedema per nondem augetur & dedie remittit, praesertim si Oedema sit in pede, & hyeme ac in senum corporibus quam alijs excitatur.

prognostica.

Prognostica signa observanda sunt ubi Oedema in pedibus incipit & paulatim sursum ascendit, & Hypogastrium ac totum ventrem tandem occupat, & nisi tempestive succurratur, in Hydropem terminatur pernitiemque adfert. Ut autem caetera tumorum genera, ita & oedemata quatuor habent periodica tempora, initium, Augmentum, statum & declinationem, quam subsequitur terminatio. Terminatur autem omne Oedema aut per resolutionem sive exhalationem aut per suppurationem si crassa & putrida est tumoris materia, aut per conversionem in nodos sive indurationem.

Curatio

**CURATIO** generalis omnium Oedematum consistit in quatuor intentionibus, quarum prima est **Victus ratio** 2. humoris pituitosi ad evacuationem praeparatio ejusdemque evacuatio. 3. pituitosae colluviei sive puris in tumore collecti discussio & resolutio. 4. ac postremo **Symptomatum**, quae Oedematibus accidere solent, sublatio, sive remotio. Ad victus rationem quod atinet, esculenta, potulenta, aeris constitutio & corporis exercitium debent talia esse quae calefacere & exsiccare queant, Refrigerantia autem & humedantia studiosè fugere convenit. Itaque edulia omnia aromatibus condienda sunt & po-

victus ratio.



## DE OEDEMATE.

riones calefacientes ut sunt Vinum Rhena. Aromaticæ, & Hydromeli in pituitosis tumorib. conveniunt. Contra piscium, lactis, casei & fructuum horariorum usus & ligenter est vitandus. Et inter alimenta assa semper sunt præferenda elixis. Balnea similiter humectantia & somni longi fugiendi sunt.

Ad secundam intentionem quod attinet, si corpus redundet pituitoso lento humore, primum convenientib. remedijs humor est concoquendus, incidendus & extenuandus; eorum autem medicamentorum syluam quibus hoc perfici queat in tabellis remediorum, humorum coctioni dicatorum, supra tradidimus, qualia sunt Syr. de s. rad. de hysop. oximel diureticum & oxim. scylliticum, quorum ℥. ij. cum convenientium herbarum, rad. sem. decocto trium unciarum mixtæ mane ac vesperi calefactæ ad tres pluresuedies, donec signû coctionis in urina appareat, exhibendæ sunt. Concocto & extenuato sufficienter humore pituitoso pharmacis phlegmagogis ut sunt Elect. Diaphoe. Diaturb. & Hyer. simp. quarum vel singul. vel simul mixtorum ℥. x aut ℥. j. s. cum haust. aq stillati. Absyn. aut Centau. mi. aut card. Bened. aut earundem similiumq. decocto commixta sex horis ante prandium exhibeantur. Interim & ventriculi ratio est habenda, singulisq. dieb. paulo ante assumptionem alimenti rotulis una aut duab. Diambrae, Diagalangæ, devoratis corroborare convenit.

Iuxta tertiam intentionem tumori secundum tempora varia sunt & distincta topica remedia imponenda, quæ materiam in tumore contentam vel discutere vel repellere, vel exiccare que ant. In initio itaq. tumoris satis erit spongiam novam beneq. ablutam & aq. acetoq. simul mixtis imbutam calentemq. imponere duplicatis linteolis mundissimis, eundem liquorem ad-

movere loco affecto, arctiusq. illigare : Debet autem li-

L

gatio

pituitam  
preparan-  
tia.

Purgan-  
tia.

Corrobo-  
rantia.

Topica in  
initio.



gatio à parte tumoris inferiore ad superiorem convolvi, semper ab inferiore incipiendo & in superiore finiendo; Efficacior est eo liquore lixivium ex cinere fagi, cui non nihil aceti sit mixtum si duplicatis linteolis imponatur & alligetur; discutit enim & absorbit tumoris materiam. Aut R. aloes, Myrrha, Acacia, licij, croci, Bol. Arme. ana, ℥. s. quæ pulverisata cum succo brassicæ & aceto rosa. conterantur misceanturq; & in formam Empl. redacta Oedemati imponantur; & his quidem præscriptis remedijs ab initio tumoris & in augmento uti licebit, in statu verò eisdem remedijs plus aceti & non nihil aluminis adijci potest.

In statu.  
 In declinatione  
 Chemicis  
 in usu est  
 Gypsum  
 calcionatum cum  
 lixivio applicatum,  
 & fascijs firmiter alligatum.  
 Magisterium Ammoniaci,  
 Bdellij,  
 Opoponacis.

†

Suppurans.

Porro in declinatione ubi tumor ad resolutionem terminare videatur & paulatim detumescere, tunc magis absumentibus & exiccantibus utendum erit & arctiori constrictione & fasciarum illigatione; Absument vero & exiccant lixivium ex cinere sarmentorum vitis aut quercinis confectum. Aut R. Alumi. Sulph. Myrrha, Salis ana, tenuissimè pulverisata commisc & cum Ol. rosa. pauxilloq; aceti rosa. fiat Unguentum, quod duplicatis linteolis exceptum imponatur tumori Aut R. stercoris porcini aridi ℥. s. Olibani styracis calam. Musci quercini flo. Absinth. spicæ Indicæ ana ℥. s. pulverisata concoquantur cum aceto rosa. & succo Brassicæ ana & in Catapl. formam redigantur Oedematiq; imponantur. At vero si discuti digeriq; Oedematum materia nequeat & à præscriptis remedijs tumor non imminuatur, sed ad suppurationem transilire videatur: tum consultum est ad maturantia & suppurantia accedere, eaq; tumori imponere; maturat autem & ad suppurationem deducit facile Empl. Diachyl. Oedemati impositum, aut imponatur sequens Catapl.

R. pul. Malvæ, Acanti, Rad. Althææ, lill. albo, recent. cap-



## DE OEDEMATE.

75.

*separum sub cineribus assatarum simulq; diligentissime contu-  
 sarum, sem. lini pulveri sati & fermenti acris ana. M. r. confusa  
 & concocta probeq; subacta cum q. s. Axungia porcinae aut buty-  
 ri, redigantur in formam Catapl. Aut R. succ. Ebuli. Sam-  
 buci, Lapatij acuti, Ligustici, Foeniculi ana q. s. quibus ad-  
 misce Unguenti Dialthe. Mellis & buty. rec. ana q. s. simul  
 concoquantur & addita farina triticea q. s. fiat Catapl. Ma-  
 turato tumore & nonnihil, mollito, cum Oedemata raro instar a-  
 liorum tumorum per se & sponte rumpantur, praestat aut auro  
 candente aut caustico remedio imposito inurere ac rumpere.  
 Causticum id egregium habetur. R. pul. cantha. ʒ. ij fermenti  
 acerr. ʒ. s. Mucag. se. lini q. s. fiat Empl. & suppurato Oede-  
 maci imponatur donec aperiatur. Aperto tandem tumore pu-  
 rulenta colluvies exprimatur ulcusq; abstergatur ac mundifi-  
 cetur, apertumq; retineatur, donec pus omne detractum sit, ea  
 autem ratione apertum ulcus permanebit si quotidie licinium  
 Unguento Apostolico imbutum imponatur, aut si crassum est  
 pus & exprimi nequeat, sequenti Empl. eliciendum erit.*

Aperie-  
tis tumo-  
rem.

Reliqua  
curatio  
vulneris.

*R. Galbani, Ammo. utriusq; in aceto rosa. soluti, Tere-  
 bintina, picis, olei vetustioris ana q. s. liquefacta ad lentum  
 ignem redigantur in Empl. formam. Emundata purulenta  
 colluvie, tandem aliorum ulcerum instar carne repleatur, ul-  
 cusq; conglutinetur & cicatrice obducatur, ut paulo post in cu-  
 ratione ulcerum docebimus & convenientia huic rei remedia  
 enumerabimus.*

*Postremo si inter curationem Oedematum aliqua incidant  
 Symptomata, ut dolor & tumoris durities, dolor quidem miti-  
 getur Ol. chamae. cheirino alijsq; anodynis inundis. Durities  
 autem emollientibus remedijs impositis adimatur; emolliunt au-  
 tem medulla cervina, bubula aut alio emolliente supra in ordi-*

Sympto-  
matum cū-  
ratio.

Doloris.  
Durities.

L 2

nere-



78.  
Curatio  
oedematis  
quando  
est sympto-  
ma.

ne remedium emollientium proposito. Porro si Oedema non morbus sit sed Symptoma, ut antea quoque monuimus, morbus semper prius est curandus, deinde Oedema, ejus Symptoma, sponte sublato morbo per se evanescet; sed ubi persistat diutius, satis erit apposuisse loco tumenti quæ discutunt & sine molestia exiccant, quales sunt Ol. rosa. cum aceto & sale commixtum aut oxymel simplex inundatum.

Oedema aquosum sive tumor ex tenui & aquosa pituita generatus qualis, quæ ejus causæ, i-  
gna & curandi modus?

De oede-  
mate a-  
quoso.

Varij tu-  
mores ex  
varia pi-  
uita con-  
sistentes.

Aquosus  
tumor  
quid?  
Quas par-  
tes occu-  
pet.

Οἰδημα ὑδατώδης tumor aquosus vel Aposthema aquosum ein Wasserich geschwulst dicitur. Ex triplici pituitæ constitu-  
tione tres species tumorum pituitosorum excitantur. Ex pitui-  
ta crassa si in subcutaneis partibus per totum corpus diffunda-  
tur, exiatur tumor, qui Græcis λευκοφλεγμῆτια nominatur.  
Si vero ea in aliquam corporis particulam solum confluat, &  
tumorem excitet, Oedema nominatur, de quo jam differuimus.  
Aquosa vero, tenuis ac serosa pituita ubi subcutaneas partes oc-  
cupat, Ascitem hydropis speciem producit. Eadem si in aliquam  
particulam confluat aquosum Aposthema producit, de quo hoc lo-  
conobis sermo habebitur. Contingit quoque ut pituita crassa in a-  
liqua parte collecta concreseat & in lapideam duritiem degeneret;  
Talem pituitam Paracelsi tartarum vocant, de quo tumore  
& ejus speciebus paulò post dicturi sumus. Est autem aquosus  
tumor qui ex tenui & serosa pituita in aliquam corporis partem  
confluente sine singulari dolore & coloris cutis immutatione ex-  
citatur. Colligitur autem ejusmodi aquosa pituita potissimum  
in pedibus & cruribus. in scroto, articulis & non nunquam in ca-  
pitibus puerorum, qui tumor ὑδρωκεφαλον nominatur, de quo in  
curati



## DE OEDEMATE AQUOSA

77

curacione morborum infantium abunde diximus. Ejusmodi autem aquosus tumor nonnunquam morbus est, quandoq; verò Symptoma. Morbus dicitur ubi ex affluxu serosi humoris excitatur; Symptoma est ubi vel hydropem vel leucophlegmatiam aut cachexiam comitatur.

**C A U S Æ** πρὸν ἢ αἰσθητὸν aquosi tumoris sunt frigida intemperies & obstructio Epatis & Lienis & facultatis sanguificatricis in Epate prostratio. πρὸν ἢ αἰσθητὸν sunt Alimenta impensius refrigerantia & humidantia, aut venenum frigidum assumptum, continua belluatio & proluxa pedibus statio, continua vigilia & quicquid cachexiam excitare potest.

Ejg. causa

**S I G N A** aquosi Tumoris per se manifesta sunt; Tumor enim ut plurimum laxior & spongiosior est quàm in Oedemate, doloris omnis expers, atq; si tumori ex opposito lumen collocetur, pellucet & transparet. Prognostica hæc in tumore aquoso sunt obseruanda; Vbi tumor aquosus Symptoma est, morbus ejus primum curandus, quo sublato particularis tumor spontè evanescet. Aquosus tumor negligentius curatus in Hydropem degenerare potest. Aquosus tumor ut plurimum admixtum sibi habet flatulentum Spiritum, sed de flatuosis tumoribus paulo post differemus.

signa

prognostica.

**C U R A T I O** aquosi tumoris consistit in serosi humoris in aliquam particulam confluentis evacuatione, fluxionisque inhibitione & jam collecti in particula tumenti provocatione, & exiccatione; quæ per quatuor media sive vias perfici possunt. 1. Per victus rationem. 2. per viscerum sive Epatis & Lienis refrigerationem concoctionisq; emendationem. 3. per aquosi humoris in corpore redundantis & per aluum & per meatum Urinae & per sudorem expulsionem. 4. per Aquosi humoris in tumore contenti auxilio to-

Curatio

L 3

pico-



Victus ra-  
tio

Medica  
menta al-  
terantia

purgantia

Disretica

Topica  
exiccanti-  
a & dige-  
rentia

picorum remedium evaporatione & exiccatione, aut si id fieri nequeat, aperta cute humoris expressione. Victus ratio debet esse calefaciens & desiccatoria, qualem in curatione Hydro-  
pisis & paulo ante in Oedemate prescripsimus, quae omnia huc accommodari possunt. Et vitentur omnia quae refrigerant & hu-  
medant; imprimis autem nimia potus ingurgitatio. Frigida in-  
temperies Epatis & Lienis emendetur & adjuvetur concoctio re-  
mediis calefacientibus intra & extra corpus adhibitis. Pluri-  
mum autem ad hanc rem faciunt, decocta flo. Rorisma. Car-  
dui. Bened. Bethon. & rad. Foenic. Petroseli. & sem. Anisi ac  
carvi, & ex aromatibus Galanga & Cinamo. & similib. confe-  
cta & Elect. ex zinzib. condito, Cort. Arant. condit. & spe. Di-  
alaccae, Diathamarum & similib. confecta; Nec abs re esset  
in tali casu ʒ. gutt. ol. vitr. probe rectificati, cum iij Vini Co-  
chlear. exhibere; Id enim viscera refrigerata calefacit & per  
urinam serosos humores egregie propellit. Per aluum aquosus  
humor e corpore propellatur decocto rad. Iridis nostrat. Cent au.  
min. Cortic. inter. Sambuci, Herbae graciolae & fol. senae, qua-  
rum rerum decoctum non semel, sed crebro ter quaterq; per septi-  
manam usurpetur. Ex compositis idem praestant ʒ. x. Diaphoen.  
aut Bened. laxati. in aq. sambuci resoluta & ieiuno Ventr. ex-  
hausta aut aliis Hydragogis remediis supra in curatione Hy-  
dropis descriptis. Per urinam vero aquosus humor e corpore  
propellit ʒ. j aq. junip. chimica arte destill. aut gutt. 8. Ol. vitr.  
cum iij vini cochlea. mane ac vespere assumpta. Per sudorem a-  
quosus humor potenter propellitur, assumpta ʒ. j pul. rad. Pe-  
tisitidis cum vino exhausta aut Ther. Andro. ʒ. s. cum haustu.  
aq. scord. assumpta & in balneo vaporario ab ambiente calore su-  
dorem eliciendo. Serosus porro humor in tumore contentus exic-  
cantib. & solventibus topicis remediis tumori applicatis pro-

voca-



## DE OEDEMATE.

vocari & exiccari debet, qualia sunt hæc sequentia. *R. Acetum Rosa. Ol. Rosa. & sal. ana, quæ inter se mixta instar Epithe. duplicatis linteolis excepta applicentur aut alligetur tumori aquoso spongia nova probe elota & acri lixivio ex cinere lignorum quercuum confecto cui nonnihil salis, nitri, sulph. & alum. sit admixtum, imbuta aut imponatur sequens Catapl. R. pul. se. sinapis se. urticæ sulph. spumæ maris, Aristol. rot. ana ℥ j concoquantur in aceto rosa. ad pulvis formam, cui tandem admisc. Bdellij Gum. Animæ in aceto rosa. soluti an ℥ vi. Ol. Chamæmel. ℥ s. fiat Catapl. His si tumor aquosus difficili exiccariq; nequeat, Consultum erit ut tumor ipse in declivore sua parce candenti auro inuratur aut scalpello aperiatur, & aquosa colluvies ex tumore sensim detrahatur exprimaturnq; & ulcus probe abstersum & ab humiditate exiccatum aliorum ulcerum modo convenientibus remediis, qualia in ulcerum curatione præscripturi sumus, conglutinetur & ad cicatricem deducatur.*

## EX CONCRETA IN ALIQUA

Corporis parte pituitosa colluvie, quæ tumorum species progeneratur?

*Ex lenta crassaq; & mucosa pituita inter carnem & cutem collecta & indurata, pro natura & varietate concreti humoris, plures species Tumorum excitantur, mole nunc exigua nunc magna nunc mediocri, quas omnes chirurgi pituitosas excrecentias vocant Germanis gewechse quarum species præcipuæ sunt Græcis κρησίδες Latinis strumæ eine wehne / & quæ κωγγλία Glandula à figura glandium vel scrophulæ, qua potiss. sues afficiuntur, & si sub collo excitentur Βρογχοκνήλη, Hernia gutturis ein Kropf dicitur, quarum curationem nos cum*

79.

*Chimicis. usu est magisterium corticum Ebuli, balsam sulph. Ol. Thereb. Caranna Essentificata, Elementium essentificatum*

*Aperientiæ a tumoræ*

*Tumores ex crassa pituita*

*ab*



ab iisdem causis excitentur ad curationem strumæ referre voluimus; Qui enim unam earum speciem curare novit, is & alias facile curabit.

## STRUMÆ QUID, QUÆ EARUM CAUSÆ, SIGNA, ET QUOMODO curandæ?

De strumis  
Quid sint

strumæ du-  
plices mi-  
nores &  
maiores  
earum

Χοιροδες Ein Whene / sunt pituitosæ excrescentiæ & tumores qui ut plurimum in emunctoriis videlicet, sub collo, alis & inguinibus excitantur & procreantur, quanquam sæpè & in ceruice & humero & genu aliisq; carnosis partibus exoriri conspiciantur, quarum minores, ut jam diximus, aut scrophulæ aut glandulæ nominantur. Majores autem strumæ & sub collo excitatæ Βερυκοκηλη i. e. Hernia gutturis dicitur; ex his pituitosis excrescentiis quædam sunt molliores & à loco mobiles, duriores, & quædam in lapideam duritiem concreta, ad Lunæ motum crescunt & decrescunt.

Causa  
Signa

CAUSÆ προυργα. strumarum cum majorum tum minorum sunt violentes plagæ, casus, percussiones, compressionesq; præsertim partium adænosarum, vitæ intemperies; excitantur quoq; strumæ à proprietate quarundam aquarum Est enim in Stiria inter Alpes regiuncula quæ à fluuio nomen habet pûtskow per quam iter fit ex Austria venetias, ex quo fluuio si quis biberit aut edulia in ejus aq. concocta comederit Βερυκοκηλη statim afficitur ein Kropff. Ideò omnes incolæ istius regionis sub gutture strumas ingentes pondere trium quatuorue librarum gestant, & omnes rauci sunt & grandes habere strumas laudi sibi ducunt, quanquam peregrini eam peragrantes sine strumis, eos per ludibrium Ganschelse vocitant, Non tantum autem hominibus sed & pecudibus ea aqua strumas excitat & quod



## DE STRUMIS.

Et quod majus est, si baculus Corylaceus in fluvium conijciatur per paucos dies in strumas extumescit. *προνυς*. sunt Crassa & lenta pituita ex Capite in adenosas membranosasq; subcutaneas partes defluens, cui nonnunquam terrestris & crassa melancholia admiscetur & scyrrhosas strumas excitat.

**SIGNA** strumarum cum majorum tum minorum h. e. glandularum & scrophularum evidentia sunt, ut plurimum enim dolore carent nisi forte per malam curationem exacerbatae doleant: omnes ferè strumarum species infra cutem peculiari tunica membranæa vestitæ sunt, in quibus materia contenta multiplex & varia habetur, in alijs enim melleus liquor, in alijs serum, in alijs pultis similis materia, & nonnunquam ossa comminuta, in alijs pili convoluti, in alijs arena in alijs carbones & similes materiae reperiuntur; aliæ deniq; molles, & tractabiles sunt, aliæ in lapideam duritiem concreverunt. Prognostica strumarum hæc sunt observanda, recentes & nuper progenitæ strumæ sive sint majores sive minores ac molles & adhuc mobiles existentes, facilius resolui, digeri discuti & extirpari possunt, inveteratæ vero & induratæ difficilimè curantur. Strumarum in collo & ceruice progenitarum curatio per incisionem periculosa est propter nervorum arteriarum & venarum nobilissimarum lesiones. Si strumis dolor & cutis rubedo accedat, suppuratio & exulceratio succedit, & struma ut plurimum in Ulcus malignum, fistulam aut cancrum transmutatur.

**CURATIO** strumarum perfici debet per quinque vias, Primo per victus rationem 2. per pituitosi humoris in corpore evacuationem, quæ per alui expurgationem, per vomitum, per meatus urinæ & per sudorem propellitur. 3. per topicorum remediolorum digerentium discutientium & emollientium applicationem. 4. Per tumoris maturationem & suppurationem.

M

5. Per

81.

Signa.

Prognostica.

Curatio.



Vidua  
ratio.

§. per præcisionem tumorisq; ablationem. Vidua ratio debet esse extenuans exiccans & quidem parcissima, qualem paulo ante in curatione Oedematis præscripsimus. Plurimum facit ad curandas strumas abstinencia atq; inedia, in potu vinum concedi potest, sed nulla potio, ad discutiendas strumas utilior atq; salubrior est quam potus aquarum mineralium, quales sunt quæ in thermis ex sulph. & Alum. constant, & quales esse novimus in Bohemia Carolinas thermas, cujus solius potus & foris collutione strumæ induratæ sunt discussæ, Interim si corpus plurimo redundet sanguine & venæ Epaticæ dextræ sectio non erit negligenda.

Vena  
sectio.

Vomitus.

Purgationes & pituitosæ colluviei evacuationes hac ratione & hisce remedijs persiciendæ erunt. Per vomitum bis terve pituita exturbetur assumpto haustulo vini in quo maceratæ per noctem & incodæ sunt cort. rad. Iugl. sine enim difficultate vomitum excitant. Per aluum fit pituitæ evacuatio decimo

purgantia

quarto quo libet die curationis assumpto pul. Avicennæ qui sic habet R. turbit ℥. s. zingib. semin. anisi. saccha. candiana ℥. ij. tenuiss. mē pulueri sata commisc. dosis est ℥. j. s. aut ad summum ℥. ij. Aut subducatur pituita remedijs laxantib. in Oedematis curatione præscriptis.

Diuretica

Per vias urinarias pituitam egregiè expurgant & materiam pituitosam absument guttæ 7. Ot. vitri. cum ij. vini cochlea. exhibitæ. Per poros autem cutis cum balneo & sudore propellunt strumarum materias, resolvendo, digerendo extenuando potiones præparatæ ex nobiliss. rad. Chinarum & Sarmeni Indici si per mensem decocto earum

China &  
sarsapa-  
rilla.

singulis dieb. utatur & ad sudorem se disponat, quarum decoquendi rationem utendiq; modum nos supra in curatione morbi Gallici luculenter docuimus. Præstat interdum in discutiendis persudorem strumis assumere ℥. j. s. Ther. Andr. cum haust. vini generosi & sudorem procurare. Tertio præmissis

Theriaca.

hisc.



## DE STRUMIS.

83.

his scopis tandem ad topica remedia statim in initio strumarum accedendum erit, quæ talia esse debent, quæ strumarum materiam emollire digerere & discutere vel quæ maturare & ad suppurationem producere possunt. Minoribus itaq; strumis imponatur B delium molle instar Empl. & ubi non nihil molliores redduntur strumæ digitis comprehensæ violenter conterantur ita ut membrana vel capsula earum disrumpatur. Deinde sequenti Linimento quotidie inungatur. R. plumbiusti ℥. s. Fuligi, ex incensis sambuci lignis collectæ ℥. ij. Aceti rosa. parum hæc simul conterantur in plumbeo mortario fiat Linimentum. Post in unctione plumbeus orbiculus satis crassus pro magnitudine tumoris adaptatus imponatur fascijsq; arte alligetur. Aut imponatur sequens Catapl. R. Aloes, Acatia Myrrha, Thuris, sarco collæ. ana ℥. ij. quæ tenuiss. puluerisata cum ovi albumine in plumbeo mortariolo diutissime conterantur addito momento aceti rosa. & in pultis aut unguenti formam redacta, stupisq; mundiss. aut lincinijs sive ramentis abrasorum Lin-teolorum excepta tumori sive strumæ imponantur. Aut R. Salis, Aluminis saccharini ana p. æ. & q. s. conterantur simul cum albumine Ovi, fiat puls, & prædicto modo strumæ imponatur. Grandiores vero strumas simili ratione dum ad huc molliores sunt tractari decet, adhibitis tamen validius discutientibus remedijs qualia sunt hæc sequentia, R. Ol. antiqui ℥. iij in quo concoquantur ℥. iij. cerusæ pulueri satæ deinde admisc. Resinæ piceæ ℥. iij. ceræ ℥. j. ad lentum ignem liquefactæ gummi Ammo. & Galbani in aceto liquefacti Myrrha exactè pulueri satæ ℥. s. fiat s. a. Empl. cuius portio per alutam extensa quotidie imponatur. Aut R. stercoris bubuli pulueri sati ℥. ij. rad. brassicæ capitatæ. rad. cappæ. scyllæ. ficuum ping. ana ℥. s. farinæ lupinorum Bdelij ana ℥. iij contusacoquantur in a-

Topica  
promina-  
ribus stru-  
mis.

Chimici  
commen-  
dant Em-  
pl. stipi-  
eum, cal-  
cem ungu-  
larum ca-  
prarum  
cum melle.

Promajo-  
ribus.



FRANCISCI JOELIS

84.

ceto ad crassitiē pulvis quibus admisc. mellis & ol. veteris ſā q. s. fi-  
 at catapl. Aut R. rad. filicis ebuli, asphodeli vel ejus loco lill. alb.  
 ana p. æ. contusa coquantur in vino ad absumptionē vini ac rur-  
 ſū contundantur in mortario ad pulvis formam, quibus admisc.  
 pul. sulph. vivi quartā partem ponderis totius compositionis fiat  
 Catapl. Aut R. ol. antiquæ ℥. vi. picis siccæ ad lentum ignem  
 dissolutæ ℥. iij. Galbani in aceto resoluti ℥. j. s. Laudani pul-  
 veris sati ℥. j. Lithargy. ℥. v. Ærug. pulverisatæ ℥. j. fiat  
 Empl. s. a. Egregiè quoq; discutit strumas stercus Caprill. anti-  
 quum cum melle & aceto subactum & in formam Catapl. re-  
 ductum. At vero si struma induruit ut discuti tolliq; præscriptis  
 remedijs nequeat, tum emollientia remedia applicanda sunt; qua-  
 lia sunt Empl. Diachyl. magnum aut seq. Catapl. R. fari.  
 faba. hordei ana ℥. x. Rad. Altheæ. Glyceriz ana. ℥. vi. picis  
 ℥. iij. ceræ albæ, adipis anserinæ ana ℥. iij. ol. veteris q. s. fiat  
 Catapl. post qualemcumq; emolliationem strumarum remedia ma-  
 turantia & ad suppurationem deducantia sunt adhibenda, qua-  
 rum copiam supra in tabulis Chirurg. remed. enumeravimus,  
 inter quæ laudatiss. habetur sequens Catapl. R. far. hordei, pul.  
 Olibani. picis, Mirrhæ, & lycij ana q. s. pulverisata conco-  
 quantur cum urina infantis donec ad pulvis formam redeant  
 fiat Catapl. quod calidum tumori imponatur. Apparentibus  
 tandem signis suppurationis incidatur struma & pus ex ulcere  
 abstergatur ulcusq; mundificetur indito unguento Apostol. vel  
 ut seminaria strumæ radicitus extirpentur indatur ulceri Un-  
 guentum Ægyptiac. vel aliud erodens remedium: & postremo  
 ulcus emundatum aliorum ulcerum malignorum more, de quo-  
 rum curatione paulo post acturi sumus, conglutinetur. Solent  
 præterea strumæ quæ præscriptis remedijs dissipari nequeunt  
 Chirurgica industria artificiosè præcidi præsertim ubi molles ac  
 tracta-

Emollien-  
 tia ad du-  
 ras stru-  
 mas

Suppuran-  
 tia

Apertio  
 tumoris &  
 reliqua  
 curatio



## DE STRUMIS.

tractabiles & in carnosâ minusq; periculosa parte corporis hæreant, quæ Chirurgica operatio hac ratione administrari debet. Struma primum emollientibus fomentis colluatur, ejusdem generis Linimentis inungatur, deinde si struma est exigua sive glandula una incisione cum novacula vel transversali vel recta cutis aperiatur, illaesa tamen capsula strumæ, In majoribus autem strumis cutis cruciformi incisione aperiri debet, Sed studiose cavendum ne inter incidendum nervi aut arteriæ subjacentis musculis implantatæ præcidantur. Aperta cute labra vulneris dilatetur & cutis à membrana strumæ spatula argentea aut ferrea undiq; revellatur liberetur & excorietur eandemq; immisso indice in ipsum vulnus aut etiam pluribus digitis si opus sit struma cum cista sua radicibus avellatur & extrahatur tandemq; vulnus molli Spongia abstergatur, sanguinis eruptio convenientibus præsidis, quorum copiam supra in chirurgicis remediis præscripsimus, cobibeatur, vulnusq; aliorum vulnorum modo, quorum curationem paulo post trademus, conglutinetur & persanetur. Porro minores strumæ h. e. glandulæ scrophulæ & nodj, qui remediis præscriptis dissipari nequeunt, si prope glandulæ sunt, & angustas habent radices, subjacentis musculis adherentes, ligationibus commode auferri possunt. Debet autem subligatio glandularum fieri funiculis validis ex filo serico aut ex pilis caudarum equinarum contextis, oportetq; vinculum indies magis magisque constringere donec struma emoriatur & sua sponte exiccata decidat. Tale funiculum si quis erodente linimento illinat, qualia in remediis Chirurgicis descripsimus, eo celerius voti compos fiet. In ejusmodi Chirurgicis curationibus incidunt Symptomata dolor, & inflammatio, quæ subinde mitiganda erunt locum affectum inungendo Unguento popul. aut imponendo Epitbe, ex candido Ovi & aq. rosa. simul

35.  
Chirurgica  
strumæ  
Excisio

Minores  
strumæ  
vincula  
intercipienda



Quarum  
strumarū  
curatio o-  
mittenda.

Reges Gal-  
lie & An-  
glie stru-  
mas curāt

Ex melan-  
cholia  
scirrhus &  
Cancer.

de scirrho

Quid sit

concessis aut impositis remediis supra in phlegmones curatione  
annotatis. At si strumæ potissimum majores in lapideam duriti-  
em degenerarunt, in periculosis partibus ut collo, Axillis, &  
Inguinibus hæreant, & remediis nec emolliri nec discuti nec ad  
suppurationem deduci possunt: ne Chirurgus suam famam  
prostituat, Consultum erit eas Deo & Naturæ curandas relin-  
quere: Aut strumosum ad Reges Gallie & Anglie ablegare,  
quos hoc divino munere curandi strumas per preces & manuum  
impositionem sine aliis præsidis ornatos esse Medici sue gentis  
pro certo prædicant.

## EX MELANCHOLICO HUMORE quæ tumorum species pronascuntur?

Ex impura & terrestri melancholica colluvie in ali-  
quam particulam collecta tumores excitantur, quorum genus  
σκίρρῳ i. e. tumor durus ein harter geschwulst dicitur. Etsi au-  
tem ex alijs quoq; humoribus tumores per malam curationem  
& vehementer refrigerantium impositionem sæpe indurentur;  
tamen Scyrri nomen non assumunt qui; soli tumori melanco-  
lico propriè attribuitur. σκίρρῳ porro unicam habet speciem,  
tumorem nimirum cancrosum ex venenata Melancholia ex-  
citatum. Scyrri divisionem in verum & spurium ut ineptam  
nos consultò rejicimus.

## SCYRRHUS QUID, QUÆ EIUS Causæ, signa & quomodo curandus?

σκίρρῳ Est prædurus tumor doloris expers, non ta-  
men, præsertim in initio, prorsus insensibilis, ex melancholice  
terrestriori parte in aliquam particulam collecta excitatus

CALL.



## DE SCHIRRH. O.

87.

**CAUSÆ** πρῶτα. sunt alimenta Crassa dura & melancholicum succum in corpore generantia. Item ictus aut contactus venenatorum animalium sanguinem in melancholicum humorem commutantes. πρῶτα. sunt redundantia humoris melancholici & affluxio in aliquam particulam & lienis Epatisq; imbecillitas in expulsiua & segregatrice facultate.

Ejus causa.

**SIGNA** scyrrhi sunt excitati tumoris indolentia, sensusq; stupidus & durities cum livido aut fusco colore, in quo ut plurimum & Venæ adiacentes crasso sanguine turgent & livida conspiciuntur.

signa

Prognostica hæc sunt observanda. Scyrrhi ut plurimum in initio exigui fabæ aut pisi magnitudine apparent, qui processu temporis crescunt & majores efficiuntur. Scyrrhus nisi maturè curetur, in cancrum tumorem degenerat, aut in lapideam duritiem concrevit, nec amplius per medicamenta resolvi discutive potest, sed incurabilis permanet.

prognostica

**CURATIO** Scyrrhi per triplicem viam perficienda erit i. per victus rationem, 2. per melancholici humoris e corpore expurgationem 3. per materiæ melancholicæ in tumore contentæ disiectionem & evacuationem. Victus ratio universa sobria & temperata esse debet & ad calefactionem & humectationem declinet. Alimenta itaq; sint boni succi & ex quibus sincerus sanguis generatur inter quæ panis triticeus & Vinum generosum moderatè usurpatum & Caro Caponum vitulorumq;, ovaq; recentia primas habent, Ex oleribus Spinachia, & Borrago concedi possunt. Condiri quoq; alimenta cinamo. & fructibus Capparorum non insalubriter possunt. Contra vitanda sunt quæ crassum & melanchol. sanguinem generant inter quæ carnes & pisces fumo duratæ aut sale macerata Brassica, fabæ & lentes, habentur. Victus ratione ita

Curatio

victus ratio

vene sectio

con.



## FRANCISCUS JOELIS

58.  
Melancho-  
liam pra-  
parantia.  
purgantia  
Topica

constituta corpus universum à melancholica colluvie evacuetur  
ac si corpus plenum sit sanguine, primum sectione venae melan-  
cholicus sanguis evacuetur, Deinde crassa Melancholia con-  
venientibus decoctis concoquatur attenuetur. Melancholiam  
autem concoquentia & ad evacuationem preparantia supra in  
morborum melancholicorum curatione & tabellis remediorum  
praescripsimus unde huc transferri possunt. Post usum decocto-  
rum ubi notae concoctionis ex Urina apparuerint humor melan-  
cholicus per aluum subducatur aut extracto Ellebori nigri pon-  
dere ℥. s. cum ℥. j. Conf. Melissae devorato aut ℥. X Diaca-  
thol. aut ℥. vij confect. Hameeh. aut gr. iij Antimo. rite prep.  
& ℥. j Conser. Borag. admixtis & devoratis. Evacuato corpo-  
re Topica remedia Scyrrhoso tumori imponantur in quibus  
tamen applicandis circumspèctum decet esse Chirurgum, ne ab  
impositis vehementius digerentibus & exiccantibus remedijs  
materia Scyrrhi tenuior pars exiccetur & crassior in lapide-  
am duritiem incurabilemque tumorem convertatur, aut nimi-  
um emolliendo tumor in cancrum convertatur. Cauenda itaque  
in scyrrhi curatione remedia impensius exiccantia & calefa-  
cientia, sed talia remedia eligenda quae moderatè per ha-  
litum digerant & simul nonnihil emollientis facultatis habe-  
ant. Aut alternatim nunc emollientia & post rursus digeren-  
tia & tamen moderatè omnia apponantur. Conferunt itaque  
& sinè noxa imponi possunt haec sequentia remedia. R. Cort.  
rad. Altheae minutissime contusa & cum q. s. ping. Anserinae  
subigantur & in formam Catapl. redigantur Aut R. Gum-  
matum Bdellij, Ammo. Galbani ana p. a. Conterantur in ca-  
lido mortario cui admisc. Ol. Sambucini q. s. & Mucag. ex se.  
lini Foenu graeci & ficub. contusis & simul maeeratis confectae  
ad pon-



## DE CANCRO.

ad pondus descriptorum gummatum contundantur & redigantur in pultis formam fiat Catapl. post prescripta remedia, si Scyrrhus in suppurationem terminari animadvertatur sedulo est cavendum, ne amplius calefacientia remedia eidem imponantur, aut etiam sectione per ferrum irritetur, & scyrrhus in Cancrosus tumorem convertatur: Sed ubi tumor sponte sua aperiat, pus ex tumore diligenter abstergeatur & solo Empl. Diachylo pus eliciatur & persanetur. At vero si scyrrus in lapideam duritiem jam degeneravit, iisdem remedijs procedendum erit quæ à nobis in curatione phlegmones quæ per imprudentiam Chirurghi ex frigidorum applicatione in duritiem conversa est, dicta sunt, nimirum quæ simul moderatè emolliant & digerant, quæ inde huc accommodari & transponi possunt. Quamquam scyrrhus in lapideam duritiem conversus omniq; sensu privatus curationem aut nunquam aut rariss. recipiat. Emollientibus tamen & leviter humectantibus digerentibusq; curatio tentari potest. Emolliunt autem & simul digerunt medulla cervina & vitulina, sebum hircinum, pinguedo anserina & ex gummatibus Galbanum ut Ammoniacum & radix Alth. ex quibus Empl. & Catapl. addito Ol. irino & pauxillo aceti confici possunt. unicè autem commendatur ad duritiem scyrrhorum frequentissimè tumorem fovere & imbucere vapore aceti acerr. in candentem lapidem molarem infusi.

39.  
Curatio  
scyrrhi per  
suppuran-  
tia.

Curatio  
scyrrhi in  
lapidem  
indurati.

Emollien-  
tia & di-  
gerentia.

De Cancro

**CANCER VEL CANCROSUS TU-**  
mor quid, quæ ejus causæ, signa, & qua  
ratione curandus?

Canceri  
vocabu-  
lum dupli-  
citer acci-  
pitur.

Καρκίνος vel καρκίνωμα, Canceri vocabulum duobus generibus affectionum attribuitur ex eadem tamen causa ortis, tu-  
N mori



**Cancer**  
**quid.**

mori videlicet cancroso & ulceri cancroso de quo in ulcerum cura-  
ratione fusius differemus. Est autem cancrosus tumor viru-  
lenta rotunda inæqualis & semper dolens intumescencia, quæ ex  
se tanquam animal cancer pedes, ita venas livido sanguine tur-  
gentes in adiacentes partes projicit & extendit. Excitatur au-  
tem talis tumor nonnunquam in subcutaneis extraneisq; parti-  
bus frequentissimè in mammis mulierum, quandoq; verò in abdi-  
tis & occultis corporis partibus ut in palato, ano, & osculo pu-  
dendi muliebris & circa obscœna loca. Nomen huic malo indi-  
cum est à Cancro aquatico, quia instar pedum cancrorum venas  
atrabile turgidas extensas habet & quia cancrorum fluviatili-  
um colore imbutus est.

**Ejus causa**

**CAUSÆ** αἰσθητὰ. sunt omnes res quæ in corpore atrabilem generare possunt & virulenti contactus. αἰσθητὰ. sunt a-  
trabilis maligna feciq; vini similis in aliquam particulam de-  
fluens, & mensium in mulieribus diutina retentio & consuetu-  
rum hæmorrhoidum suppressio.

**Signa.**

**SIGNA** Canceri tumoris, si non in occultis partibus de-  
litescat, manifesta sunt, tumoris nimirum durities, rotunditas  
& inæqualitas, colorisq; ejus lividitas aut fuscado, & circa tu-  
morem assidui punctivi dolores, venæ in circuitu tumoris tur-  
gidæ ad adiacentes partes protensæ. Præfagia de cancro hæc  
sunt. Omnis cancrosus tumor gravis & perniciosus est morbus,  
qui in initio ut plurimum adeò est exilis, ut vix pisi aut fabæ  
magnitudinem æquet, ideoq; sæpè negligitur, subito increscit &  
in magnam molem attollitur & vix unquam propter humoris in-  
so contenti & imbibiti crassitiem venenatamq; qualitatem con-  
crescit, nec enim repulsivis nec digerentibus remedijs cedit, tan-  
taq; est ejus malitia ut admota ei leniora remedia prorsus contē-  
nat, validioribus autem magis irritetur & exacerbetur, Cancer

itaq;



DE CANCRO.

itaq; in partibus excitatus nihil aliud est quam particularis Elephantiasis. Cancer confirmatus & inveteratus nunquam admittit curationem, nisi miserabilem & crudelem radicatus e-  
pulsionem & unâ cum venis adiacentibus & toto sanguine in parte contento extirpationem; una siquidem guttula sanguinis relicta in parte, novum Cancrum in particula excitat.

CURATIO. In recenter progenito Cancro eadem methodo procedi debet, quam in curatione Scyrrhi præscripsimus 1. victus ratione ad humectationem & refrigerationem declinante; in cibis itaq; conveniunt Ptisana hordei, Pisces squam-  
mosi Ova sorbilia ex eisq; juscula parata 2. Per venæ sectionem præsertim si patientis natura sit sanguinea 3. Per humoris Melancholici crebram & sensim cum convenientibus remedijs concoctionem & evacuationem, qualia remedia in curatione & remedi-  
mediorum tabellis præscripsimus inter quæ laudatiss. sunt Epithymus, Fumaria, fol. senæ & Ellebo. niger in sero lactis concocta, validissimè autem Melancholicum humorem expurgat, extractum Ellebo. nig. pond. ʒ. S. cum Conser. Melis. exhibi-  
tum. Plurimum quoq; confert venenati & Melancholici sanguinis per apertionem venarum Hemorrhoidum aut hyrudi-  
num applicatione. Et si patientis sit mulier & menses habeat re-  
tentos, per incisionem Venarum thalarium subtractione. 4. Venenata atra bilis in tumore collecta & impacta aut repellentibus aut digerentibus medicamentis impositis, qualia in superioribus præscripsimus, retundatur aut digeratur. Hæc omnia in principio tumoris tentari debent. Medicamenta verò quæ can-  
cro imponuntur debent esse temperata & minimè acria aut validius discutientia aut materiam incrassantia, his itaq; sequen-  
tibus commodissimè uti possumus videlicet suc. solatri instar Epithematis imposito aut seq. Empl. R. Ol. Rosa. Cerae albæ

Cusatio

Melan-  
choli-  
am  
prepara-  
tia & pur-  
gantia.

Vacuatio.  
Menses &  
hemor-  
rroides.

Topica ad  
Cancrum.



FRANCISCI JOELIS

92.  
Chimici  
commen-  
dant sper-  
niola cō-  
positum  
bals. An-  
timon. Au-  
rum dia-  
pboreticū,  
Magisteri-  
um testarū  
cancri.

In vetera-  
tus cancer  
non cura-  
tur nisi  
excisione.

ana ℥. ij. s. suc. gran. Solani ℥. iij. cerusa in tenuiss. pul. redac-  
tae, prius in aq. rosa. aliquoties elota ℥. j. Plumbi vsti & loci,  
Tutiae preparat ℥. s. Thuris ℥. ij. Concoquantur ad succi ab-  
sumptionem fiat Empl. Aut R. Ol. Ros. ℥. ij. & in plumbeo  
mortariolo cum pistillo plumbeo tam diu agitentur donec cras-  
sescat, nigrescat & in vnguenti formam redeat quod linicinetis  
exceptum imponatur.

Efficacius fiet illud ipsum unguentum si pul. Lithargij.  
& Cerussae lotae ana ℥. s. admisc. Aut R. cineris cancerorum  
flu. Lap. calami. ana ℥. s. tenuiss. pulverisatæ cum suc. solani  
in plumbeo mortariolo diu agitata in vnguenti formam redi-  
gantur cancrosoq. tumori imponantur. Porro ubi cancer iam in-  
majorem molem excrevit & inveteratus est præstabit Chirurgus  
ab ejus curatione penitus abstinere, quod nimirum, ut an-  
tea diximus, inveteratus cancer in curabilis sit & remedia  
miciora contemnat, validioribus autem exasperetur. Si vero  
Chirurgus urgeatur necesse est eum ad crudele genus curatio-  
num h. e. incisionem ustionemq. accedere; debet autem dare o-  
peram ut cancer radicitus una cum venis adiacentibus evella-  
tur & omnis impurus sanguis ex affecta parte diligenter expri-  
matur, ex una enim infecti guttula sanguinis etiamsi tumor  
persanetur, novus cancer succrescere potest, novumq. vitæ peri-  
culum inferre. Ideo consultius est, præscriptis mitigantibus &  
blandientibus remediis miseram vitam diu producere, quam  
carnificum curatione, videlicet excisione, agrum in citam mor-  
tem conijcere.

De Tumo-  
re flatulen-  
to Quid  
sit & que  
ejus speci-  
es?

Tumor Flatuosus Quid, Quæ ejus Cause,  
Signa & quomodo curandus?  
Αποστήμη πνευμγ. τόδες. Tumor flatuosus vel inflatio cin-  
Auffe



DE TUMORE FLATUOSO.

98.

Auffblaffung oder windich geschwülst. Absolutis nunc 4. generibus tumorum ex 4. humoribus genitorum, curandus quinto loco se nobis offert tumor qui ex halitibus seu vaporibus aut flatulentis spiritibus in subcutaneis partibus aut inter muscutorum membranas collectis excitatur, quæ collectio flatuum vaporumq; si per totum abdomen aut inter peritoneum & Intestina sit facta, eam Hydropis speciem quæ Tympanites dicitur, procreat. Similiter ubi se tales vapores scroto insinuant, idq; in tumorem flatuosum extendunt, inflatio testiculorum nominatur. Si verò in Virgæ meatibus colliguntur, priapismum turpem & crudelem affectionem progenerant, de quarum affectionum curatione in superioribus abunde à nobis dictum est. Etsi autem talium halituum subjectum sit puitosus humor, tamen differt ab Oedemate & diversam requirit curationem.

CAUSÆ tumorum flatulentorum πονγῶν. sunt vitus ratio flatus generans & meatus obstruens nonnunquam & venenatus contactus. πονγῶν sive internæ præcipuæ causæ sunt hæ tres; redundantia materiæ humidæ, caloris nativi imbecillitas & pororum meatuumq; in corpore obstructio. Calor enim natus imbecillior in puitosam materiã agit & vapores crassos excitat, unde flatus generari necesse est. Præterea nec concoctionem perficere nec vapores resolvere & per halitum discutere potest. Quemadmodum enim mediã constitutio aeris quæ neq; extensè calida neq; frigida est, in aere nebulas generat & ventos; Ita calor ubi in corpore imbecillior est, crassos vapores flatusq; generat quos neq; discutere per poros nec resolvere potest.

Ejg Cause

SIGNA inflationis sive flatuosi tumoris sunt, Tumor in aliqua parte sine ulla cutis mutatione ad tactum reni-

Signæ

N 3.

tens,



tens, & si digitis comprimatur non relinquit vestigium, quem admodum tumor Oedematosus. Præterea splendere ac pellucere videtur si ex opposito tumoris lumen collocetur.

prognosti-  
ca.

Præsagium de flatuoso spiritu illud est observandum, ubi corpus flatuosis aut vaporosis spiritibus redundat, & non tempestive carminantibus remediis h. e. quæ discutunt flatum, discutiat, aut flatuosum tumorem excitat aut huc atq; illuc per corpus discurrens dolores tensivos gignit, quos nostri Den gicht vocant; Si præterea vapores venenata aliqua Qualitate sunt imbuti & deferantur ad principes partes, anxietatem & alia plurima incommoda corpori inferunt. Accidit nonnunquam ut ejusmodi flatulenti spiritus inter iuncturas siue articulos corporis se insinuent, qui acerbiss. excitant dolores, & articulos ab invicem divellunt nervosq; resoluunt.

Curatio

CURATIO inflationis siue tumoris sufflati per quatuor ut plurimum scopos perficitur 1. Per caloris nativi corroborationem 2. per materie pituitosæ ex quâ exhalationes excitantur extenuationem & evacuationem 3. per pororum meatuumq; in corpore & Cute dilatationem ac. 4 per vaporum in aliqua parte collectorum dissipationem, quibus adijci potest per Symptomat. correctionem; quæ Chirurgicæ actiones perfici commodè possunt, victus convenienti ratione, remedium Calefacientium, extenuantium discutientiumq; tum intra corpus exhibitione, tum foris applicatione.

Victus ra-  
tio.

Ad vivendi rationem quod attinet vitabit ager sedulo tum in cibo tum in potu omnia quæ crassos viscidos pituitosos & flatuosos in corpore generare possunt humores. Sunt autem talia ut plurimum omnia dulcia præsertim fructus, legumina, Rapæ, pisa & similia, & quicquid melle conditum est; proderit itaq; his contrariis uti, ut aromaticis & flatum discutientibus.

Utile



## DE TUMORE FLATUOSO.

95.

Utile itaq; erit & panem & alia alimenta condire Cinamomo, Cimino, pipere, sem. Carui, Satureja, Majorana & Croco, & inter eduliamagis conveniunt assa quàm elixa. Potus debet esse vinum generosum, Vinum aromatite cum Sacharo & Vinum Græcum sive Maluaticum.

Verum his omnibus moderatè uti oportet. Præterea calor nativus remedijs corroborantibus ad probam concoctionem perficiendam excitari debet, & hujusmodi remedia duabus tribusve horis ante prandium & Coenam & tribus horis à coena assumi debent. Ejus generis sunt; Rotulæ Diacimini, Diac. laminthæ, Dianysi & Aromat. rosati. Præstantiss. quoq; est pro rotulis, sequentis Trageæ sive pul. mensura unius Cochlea. cum vino prædictis temporibus assumere. R. Se. Anisi, Foeniculi, Carui, Cimini præp. Ligustici ana ℥. ij. Rad. Dauci Creti. Pimpinellæ ana ℥. j. Bacc. Lauri ℥. j. s. Garioph. Cubebarum, Piperis longi se. Rutæ ana ℥. s. Saccha. Candi ℥. 4. puluerisat a. omnia commisc. fiat Tragea. In eundem usum quoque exhiberi possunt prædictis temporibus Ol. Anisi vel cumin. gutt. iij. cum vini generosi ℥. ij. Plurimum quoq; crassos halitus extenuat si per octiduum ℥. j. s. Ther. Andro. exhibeatur.

Corroborantia & flatum discutientia.

Inter curandum Ventriculi quoque habenda est ratio & adjuvanda concoctio, id quod perficitur si Ventr. mane ac Vesperti inungatur Ol. Nardi. aut Ol. è Mentha aut Ruta, aut per se aut simul mixtis. Empl. quoque stomachicum, cujus descriptio in antidotarijs libris extat, post inunctionem supra Ventr. gestari potest.

Topica pro ventriculo.

Post ordinatam victus rationem, quoniam, ut dictum est, pituitosa colluvies subjectum est vaporum halituumq; ea itaq; primum

Preparantia pituitam & purgantia.



Chimicis  
frequens  
est Ol.  
Camomill.  
Sapphyri-  
rinum, Ol.  
Anis bac.  
Laur. Ovo-  
rum, cera.

primum per quadriiduum remedijs concoquentibus & evacuan-  
tibus ad evacuationem pręparetur ac tandem phlegmagogis re-  
medijs expurgetur; Remediorum verò tum concoquentium tum  
evacuantium formulas paulo ante in curatione Oedematis & ex  
tabellis remediorum pituitam purgantium supra proposuimus;  
perpurgato corpore Topicis remedijs flatulenti crassiq; spiritus  
in tumore collecti digeri ac resolui debent. Inter ea laudatur à  
Galeno acre lixivium nova Spongia exceptum & tumori sub-  
inde impositum; Ego verò lixivio præfero Vinum tepidum, in  
cujus ℥. i. commixtæ sunt ℥. ij. Ol. vitr. linteolis duplicatis  
exceptum, si tumori imponatur. Aut Oesypum humidum in-  
star Catapl. applicatum, Vel si tumori non sit adjuncta cali-  
ditas Insignis in unguatur tumor sequenti Linimento R. Ol. An-  
nethi. Rutæ Lill. alb. ana ℥. s. Ol. Laurini ℥. ij. Cerae albæ q.  
s. fiat Linimentum. Post Tumoris inunctionem sequens E-  
pithe. aut spongia aut duplicatis linteolis exceptum tumori uti-  
lissimè applicari potest.

R. Flo. Chamom. Melilo. Anethi ana M. i. se. Foeniculi  
Anisi ana ℥. s. Cimini, Bac. Lauri ana ℥. ij. Faba. contu-  
sar. ℥. j. Milij ℥. j. s. Concoquantur aut in vino aut in acri  
lixivio ad tertias; Colentur fiat Epithema. Vbi verò flatu-  
lentus tumor in articulis sive iuncturis hæreat sequentia Ca-  
tapl. utilissimè imponi possunt. R. Medullæ panis furfuracei.  
℥. s. quæ in præscripto Epithe. sive decocto maceretur & expri-  
matur atq; in mortario contundatur atque subigatur cum fari-  
næ fabar. & Orobi ana ℥. j. pul. Chamæ. Melilo. Furfu. siliginei  
ana ℥. j. s. quæ simul commista irrorentur præscripto Epithe.  
cuj admisc. Ol. Chamæ. Ol. lill. alb. ana ℥. ij. fiat Ca-  
tapl. quod subinde moderatè calidum applicetur aut R. Stercor  
Capri.



## DE TUMORIBUS VENENATIS

97.

Capril. pul. ℥. iiij. pul. fl. Chamæ. Melilo. Anethi ana ℥. j. s.  
 Furfu. siligi. farin faba. lentium. Orobi ana ℥. j. commixta o-  
 mnia coquantur in vino ad pultis formam quibus admisc. Ol.  
 Chamæ. Anethi. ana ℥. ij. fiat Catapl. Porro si crassior sit fla-  
 tuosa materia in tumore, quam ut remedijs elici aut dissipari  
 queat, & ab impositis præscriptis remedijs maturationis signum  
 appareat, tumor scalpello incidatur aut acu perforetur, omnisq;  
 materia flatuosa ac vaporosa evacuetur, ulcusq; ipsum aliorum  
 ulcerum modo rursus persanetur ut in sequentibus docebimus.  
 Habenda autem est in flatuosis tumoribus ratio Symptomatum  
 doloris videlicet & inflammationis quæ ante omnia mitiganda  
 & extinguenda erunt, alioquin plurimum impeditur curatio.  
 Et inflammationem quidem extinguunt si præscriptis Catapl.  
 pro oleis commemoratis admisc. Ol. Rosa. Viola. & Nymph.  
 dolorem verò mitigat Catapl. ex pul. rad. Althe. s. Lini & foe-  
 nigræci atq; far. fab. in pultis formam cocta & in Ol. Chamæ.  
 q. s. temperatum.

Tumoris  
incisio.

Sympto-  
matum  
cura.

Dolor &  
in inflam-  
matio.

## TUMORES VENENATI QUI, QUÆ eorum causæ, Signa & quomodo curandi?

Sextum tumoris genus est, quod ex causis venenatis exci-  
 tatur, cujus species sunt Bubones pestilentes, Anthraces sive  
 Carbunculi pestilentes & quæcunq; ex ictu, morsu contactuq; ve-  
 nenatorum animalium venenatarumq; rerum per impruden-  
 tiam assumptarum excitantur. Verum cum nos de pestilenti-  
 bus bubonibus & Carbunculis eorumq; curandi ratione in nostro  
 tractatu de peste, de alijs verò venenatis tumoribus in tra-  
 ctatione nostra de rebus venenatis abundè differuerimus, su-  
 perius

De tumo-  
ribus ve-  
nenatis.

0

peruas



peruccaneum esse iudicamus eadem hic rursus repetere, Ideo ex superioribus petant studiosi.

Quarum partium corporis tumores sint curatu difficiliore, periculosiore & quæ peculiaria remedia eisdem sint abhibenda?

De partium tumo-  
moribus.

De parotide.

Quid sit  
Curatio

Topica.

Adhibent

Chimici

Lapid.

Medica-  
mentos

Croly. Ma-

gister. I-

rid. cerul.

Ol. fetid.

Guajaci,

Empl. Di-

asulph.

Ruland.

eiusdemq;

Oleum.

Doctus atq; peritus Chirurgus qui tumorum genera & causas ex proprijs signis cognitas habet, facile poterit omnes tumores singularum partium per præscripta remedia feliciter curare, negari tamen minime potest aliarum partium tumores alijs esse perniciosiores & curatu difficiliore ideoq; peculiaria requirere remedia, Ejus autem generis tumores sunt Aurium, narium, faucium, Mammarum, Ani, testiculorum, pudendi virilis, ostijq; matricis. In harum itaq; partium tumoribus præter observationem ad quod genus tumoris quilibet referatur & quæ sit cujusq; causa, signa & curandi ratio, peculiaria quoq; remedia requiruntur quæ hoc loco brevissimè subjungam.

Tumori Aurium quæ topica remedia sunt abhibenda?

Parotidis tumor est ponè aures in glandibus aurium excitatus ein geschwulst hinter den Ohren / cui ut plurimum adjuncta est inflammatio & acerbus dolor; curationem Parotidos methodicam, supra in affectionibus aurium proposuimus, hoc loco satis erit Topica tantum pauca adiecisse. Initio itaq; Symptomata, dolor & inflammatio mitiganda sunt, superius recitatis remedijs; deinde hæc sequentia commodissimè tumori imponuntur.  
R pul Rad. Alb. ℥. iij. fl. Chamæ. Melilo. foenugræci. ana ℥. ij. Concoquantur simul in q. s. aq. ad medias; In ejus decocti portione maceretur medulla panis siligi. ℥. s, Reliqua vero in  
in pul



## DE POLYPO.

99

in pultis formam concoquantur ac simul cum pane macerato contundantur per cribrumq; traiciantur, Huic pul. admisc. far. hordea. faba. ana ℥. j. croci ℥. j. vitello. ovo. No. ij. Ol. Chamæ. Anethi. aut si adsit præternaturalis calor in tumore Ol. Rosa. & Viola, ana ℥. ij. fiat Catapl. Aut R. Rad. lill. alb. Rad. Alth. recen. ana ℥. iiij. cum q. s. aq. concisa ad mollitiem concoquantur & per cribrum percernantur cui pulpæ admisc. fari. fœnugræci, se. Lini ana ℥. j. Ping. porcine ℥. iiij. vitell. ovorum No. ij. subacta redigantur in Catapl. formam sine tamen igne & tumori imponantur, quem maturat & ad suppurationem deducit. Aperto tandem tumore purificetur & aliorum ulcerum more ad cicatricem deducatur.

## TUMORI NARIUM QUÆ TOPI- ca remedia conferunt?

Πόλυπός, est carnosâ in naribus excrescentia respiratio- nem intercipientis & suffocationem inter dormiendum minitans ein Gewechs in dem nüstern Polypi curationem supra inter affectiones narium proposuimus hoc loco satis erit pauca tantum topica auxilia demonstrasse. Duplex est autem Polypus si- ve tumor in naribus, Cancrosus & simplex. Cancroso Polypo præstat manum non admoveere sed blandientibus tantum reme- dijs miseram vitam prorogare. Blandientia verò remedia sunt, ferum lactis Caprini in quo lentes & se. plantag. & Bac. solatri sunt incocta quo creberrimè abluendus est polypus. Deinde post lotionem sequenti Linimento obliniatur. R. Ol. è vitellis ovorum ℥. s. suc. plantag. solatri, ana ℥. iiij. pul. Lythargy. ℥. j. quæ simul in plumbeo mortariolo per horas tres cum pistil- lo plumbeo subigantur donèc crassitiem Linimenti acquirant. Vel R. Ol. Ros. ℥. j. s. suc. solatri ℥. j. Ebulliant leniter ad

De polyp  
Quid

Polypus  
duplex.

Curatio.

Topica  
procancro  
so polypo.

Chimici

commen-

dant tro-

chisci. Pa-

racels. ex

calc. viva

& arsenic.

citrin. aq.

arsenic. &

Nuri de-

succi stillat.



Curatio  
polypi sim-  
plicis.

Chimicis  
hic in usu  
est Magi-  
ster. Na-  
sturt. Un-  
guent. Sa-  
turn. cam-  
phorat.  
Mercur.  
Præcipi-  
tat. Mer-  
cur vite,  
Arcanum  
Coralli-  
num.

succi evaporationem deinde addatur parum cereæ albe fiat Li-  
nimentum quod eluatur ter cum aq. Rosa. deindeq. admisc. ce-  
nuiss. pul. Lichargy ℥. s. Tutia præp. ℥. iij. cerusæ ablutæ ℥.  
s. Camphoræ dissolutæ ℥. j. quæ omnia simul mixta in p'umbeo  
mortariolo diu multumq. terantur donec nigrescant. Recens  
vero Polypus, album adhuc aut rubeum retinens colorem, &  
cujus rad. tenuis adhuc existat è naribus propendeat, auferen-  
ans est vel per præcisionem apertis pinnis narium in ea parte  
cui inhaeret polypus. Vel valida subligatione filo serico, in qui-  
bus curationibus observari ubiq. debet methodus curandorum  
vulnerum; Potest quoq. eradicari sed non sine periculo cum cau-  
sticis remedijs, argenteo canali pro narium Capacitate & figu-  
ra polypi adapto impositis. Cavendum est autem in ejusmodi  
curatione ne meatus cerebri & nervi optici per respirationem  
virulentiam causticorum in se recipiant: quæ autem caust. ca-  
remedia sint adhibenda supra in tabellis nostris remed. Chirurg.  
quæ superfluum Carnem erodunt & absument, enumeravimus.

## FAUCIUM TUMORI QUÆ TO- pica remedia conferunt?

De Argi-  
na.

Quid sit.

Curatio.

Κοβάγχη. Angina tumor est in faucibus & deglutitionem  
& respirationem intercipientis & intra paucas horas agrum  
strangulans. Peracuta est & pernicioza affectio tumor fauci-  
um, præsertim si tumoris vestigiū foris in collo nullū appareat,  
sed tota materia intro ad fauces confluat. Anginæ methodi-  
cam curationem supra inter affectiones faucium tradidimus,  
qui locus relegendus erit, nunc satis est pauca topica adiecisse;  
si igitur Anginæ adjuncta sit inflammatio & vehemens dolor  
quod ut plurimum accidere consuevit seq. Gargaris. mitigari  
potest.



## DE ANGINÆ CURATICNE.

potest. R. Aq. Ros. ℥. ij. vini sive suc. malo, granat. acidorum ℥. vj. Aq. Solani Plantag. ana ℥. ij. quibus commisc. Cindonia siccata & concisa Corritumq. granat. Sumah, Rosar. rubear. ana ℥. iiii. Coquantur simul ad tertias, deinde colentur collatoq. iuscula admisc. Diamori ℥. ij. fiat Gargarisma. Quod Si talia remedia præsto non sint gargarizetur tumor colluaturq. subinde tepido lacte Caprillo. Foris porro applicetur collo sequens Catapl. R. Rad. Alb. W. s. Maluæ, Viola. ana M. j. Martub. M. s. Rad. lill. alb. ℥. ij. ficuum siccarum, Dactyl. ana ℥. j. Nidi hirund. contusi No. j. far. se. Lini. scænu græc. ana ℥. j. Concoquantur in q. s. aq. donec ad pulvis formam redeant contundatur diligenter & per cribrum traiciantur. Huius pulvis expressæ admisc. Ol. Viola. Ping. Gallinæ ana ℥. ii. fiat Catapl. Ubi æger superavit quartum diem tum salva res est, & vel ferreo vel arg. instrumento intra fauces aperiatur tumor, mundificetur & consolidetur ut in superioribus dictum est.

### Mammarum tumoribus quæ Topica conferunt auxilia?

Mammæ mulierum cum sint partes glandulosæ atq. laxæ Spongiæ instar, humorum colluviem in se recipiunt nude varij tumores excitantur, Idem fit ubi lac superfluum ab infantibus non esuctum aut expressum in mammis concrevit, ex quo Mammæ aut totaliter aut in aliqua sui parte intumescent quorum eumorum curatio nisi prudenter tractetur vel in Cancrum vel in ulcus immedicabile degenerat. Accidunt ejusmodi tumoribus ut plurimum Symptomata dolor, inflammatio, & induratio, quæ Symptomata omnium primum sunt mitiganda, remediis anodynis refriger. & emoll. quorum formulas paulo ante in tabellis remed. Chirurg. Item in phlegmonis & scyrrhi curatione,

O 3,

propo-

IOI.

Topica

Gargarisma.

Chimici adhibent

sal prunell

spirit. Ni-

ri vitric

li, solutio-

nem Mer-

curij subli-

mati, Aq.

virid. ex

Auripig-

mento,

Magistero-

Tabaci

cum aq.

Prunell.

spirit. salis

Ammoni-

aci.

Remedia

externa.

Tumoris

apertio.

De Mam-

marum

tumoribus.

Ex quibus

causis

mammæ

intume-

scant.

Earum



## FRANCISCI JOELIS

102.  
Sympto-  
mata.

Curatio

Topica  
quedam

Chimici  
commen-  
dant lapi-  
dem Me-  
dicamen-  
tosū Crol-  
lij saccarū  
saturni.

Tumoris  
epectio.

De Anitu  
moribus

proposuimus, & cum de tumoribus Mammarum curandis su-  
pra inter affectiones Mammarum differuimus hoc loco pro tu-  
moris Qualitate, unum & alterum Topicum remedium adieci-  
se satis erit, Initio itaq; si adest inflammatio dolor aut durities  
seq. Catapl. mitiganda emollienda & maturanda erunt. R.  
furfur. triti. contusi pul. chama. Meliloti, Viola. ana ℥. j.  
Fari. faba. ℥. ij. Ol. Rosa. Viola. Chama. ana ℥. j. quæ omnia  
commixta addita q. s. decocti aut mucag. rad. Alth. concoquan-  
tur & in Catapl. redigantur. Porrò si Mammæ tumentes im-  
munes sunt ab inflammatione sequens Catapl. tutò imponi po-  
test. R. far. fœnugræ. se. Lini ana ℥. ij. Rad. Alth. ℥. j.  
s. Mellis q. s. fiat ad ignem Catapl. At vero si Mammarum  
tumor ex concreto lacte sit excitatus imponatur sequens catapl.  
R. pul. sterco. Caprilli ℥. ij, far. faba. Lentium ana ℥. ij. pul.  
Melilo. ℥. j. Medullæ panis in decocto Althe. macerata ℥.  
iiij. subigantur eisdemq; admisc. vitell. ovo. No. iiij. Ol. Chama.  
q. s. fiat Casapl. Maturato jam tumore prudenter aperiatur  
ubi commodissimum esse videbitur instrumento faleato ita ut  
vulnus unguis formā nanciscatur, expresso pure mundificetur,  
sed cavendum ne citius quam par sit vulnus consolidetur, donec  
pus omne expurgatum sit; ne verò cito coalescat vulnus, eidem  
imponenda est aut rad. Gentia. aut dicta. albi, & expurgato to-  
to pure instar aliorum ulc. remedijs carnem generantibus & ci-  
catricem inducentibus consolidetur.

### ANI TUMORIBUS QUÆ TOPICA sunt applicanda?

In plerisq; corporibus potissimum Melancholicis per ve-  
nas Mesaraicas confluit crassus sanguis ad anum, ibidemq; si  
natura



## DE ANI TUMORIBUS.

naturâ venæ hæmorrhoides non aperiantur, & vidos excitant tumores, cum inflammatione & acerbis doloribus ut supra quoq; à nobis dictum est. In ejusmodi mali curatione omnium primum causæ morbi per venæ sectionem & Melancholici humoris evacuationem auferendæ sunt. Deinde & ejus Symptomata dolor videlicet & inflammatio remedijs in superioribus adnotatis mitiganda erunt, ac tum demum ad tumoris maturacionem ac suppurationem accedendum. Cavendum tamen ne vehementer repellentibus & refrigerantibus materia per se crassa magis induretur, aut ne nimium emollientibus per se molliores partes putrescant; proinde in initio inungatur locus seu tumor ani Ol. rosa. & Camæ. commixtis, ac tandem imponatur ex ovorum simul & album. & lutei cum æ. p. ol. Rosa simul concussis Epithem. confectum cui & ℥ j. Campho. sit adjunctus duplicatis linæolis exceptum; Mitigato tandem dolore & sedata inflammatione sequens Catapl. imponatur R. fol. Malvæ Viola. ana M. ij. Rad. Alth. Ellebo. albi an ℥. jv. Contusa coquantur in aq. fluviatili aut fontana ad mollitiem, deinde conterantur in mortario, eisdemq; admisce far. triti. ℥. ij. Ol. Viola. Butyri salis expertis an. ℥. ij. Vitell. Ovo. No. ij. fiat Catapl. quod probè maturat & dolorem mitigat; Maturatus tandem tumor scalpello incidatur, pus omne exprimatur, & aliorum ulcerum modò, prudenter ne in fistulam degeneret, ulcus persanetur.

## TESTICULORUM TUMORI QUÆ Topica conferunt remedia?

Tumor testiculorum ut plurimum calorem præternaturalem vel frigiditatem sibi habet adjunctam, nonnunquam & indurata

703

Curatio  
universalis.  
Topica  
Saccharū  
saturni &  
Lpidem  
medicamē  
tosū Croc-  
lij commē-  
dāt Chirū-  
ci.

Incisio tu-  
moris

De Testi-  
culorum

tumore

Curatio

indurata



Curatio  
plegmones  
testium.

Topica  
Refrige-  
rancia &  
anodyna.

indurationem; quæ Symptomata primum mitiganda erunt & juxta eorum constitutionem, tota curatio & Topica remedia applicanda sunt. Methodus autem curandi eorum Symptomatum ex superioribus peti debet ac imprimis calido testium tumori sequentia remedia commodè applicari possunt R. Ovo. simul. & lutea & albu. quæ cum tantundem Ol. Rosa. conquassentur addito pau. suc. vel Plantag. vel sempervivæ quæ simul commixta & linteolis excepta, instar Epithem. imponantur Aut sequens Catapl. R. Rosa. rub. flo. Chamæ. Melilo. Se. Malvæ, ana M. j. Concisa coquantur in q. s. aq. usq. ad medias, deinde ipse herba & flo. concocta contendantur diligenter eisdemq. admisc. far. faba. ℥. iij. Ol. Chamæ. Rosa. Anethi. ana ℥. j. coquatur simul donec in pultis formam redeant & fiat Catapl. Aut,

Maturan-  
tia.

R. fol. Hyosch. cum rad. M. ij. Se Malvæ. M. j. decoquantur cum q. s. aq. ad mollitiem, deinde conterendo in pultis formam redigantur eisdemq. admisc. far. hord. faba. an ℥. j. Ol. Rosa. Chamæ. ana ℥. s. fiat Catapl. quod & inflammationem & dolorem sedat & duritiem emollit, Postea si ad suppurationem tendere videatur tumori sequens maturativum applicetur. R. Rad. Alth. Lill. alb. an ℥. ij. fol. Malvæ Viola. ana M. j. Contusa coquantur in q. s. aq. ad mollitiem & in formam pultis redigantur quibus admisc. far. hord. se. lini ana ℥. j. Buty. salis expertis ℥. ij. Ol Chamæ ℥. j. Vitell. Ovo. No. ij. Commisc. subiganturq. & fiat Catapl. Tumor maturatus scalpello aperiatur incidaturq. secundum scroti longitudinem & expresso pure mundificetur aliorumque ulcerum modo persanetur.

Aperien-  
tia.

Curatio  
Oedema-  
tis.

Vbi vero tumor testiculorum ex frigida sit causa excitatus præmissa methodica curatione in Oedematis curatione

comme-



## DE TESTIUM TUMORE.

*commemorata tumidum scrotum aut Ol. Chamæ. aut unguento  
 Dialth. ungetur ac statim sequens Catapl. imponatur R. far.  
 fab. ℥. iiij. Medulla panis in vino macerata & expressa ℥. ij.  
 quæ simul subacta & concusa cum q. s. liquoris in quo decoct.  
 sunt rad. Alth. Meli. Anethi & Chamæ. & sem. Cymini fiat Ca-  
 tapl. cui admisc. Ol. Chamæ. Aneth. ping. anatis an ℥. j. cimi-  
 ni ℥. ij. & tepida applicetur. Quod si tumor testium  
 resoluti & discuti nequeat, sequens maturatiuum & suppura-  
 tiuum Catapl. imponatur R. Rad. lill. alb. Rad. Alth. ana ℥.  
 iiij. fol. Brassicæ rub. Mal. an M. j. Concisa coquantur in q. s.  
 aq. ad mollitiem quæ excepta minutissimè corcundantur eisdemq;  
 admisc. far. tritic. fœnugræc. lini ana ℥. j. Buty. rec. sine sale  
 ℥. iiij. Redigantur ad ignem in Catapl. formam & imponan-  
 tur; Maturatus tumor aperiatur, purificetur & consolidetur  
 ulcerum aliorum instar. Ubi vero Scrotum vel ipsi testiculi  
 induruerunt in scyrrhumq; degenerarunt, emollientia & discu-  
 tientia sunt admoventa, quæ supra in Scyrrhi tumoris & in  
 mammæ duritiei curatione sunt commemorata. Contingit  
 præterea ut alterutri testiculorum carnosam quædam materia ad-  
 nascatur indeq; Scrotum intumescat, quam affectionem Græci  
 σαρκωκήλην i. e. carnosam Herniam sive Ramicem dicunt; con-  
 tingit quoq; ut scrotum ipsum aquosa flatuosaq; colluvie infarci-  
 atur & tum Græcis υδροκήλην h. e. aquosa seu flatuosa hernia  
 nominatur; Contingit deniq; ut ex perrupto aut laxato peritoneo  
 particula vel omenti vel intestini in scrotum delabatur, quæ af-  
 fectio Græcis επιδωκήλην i. e. Hernia Omenti & εντεροκήλην in-  
 testinalis hernia nominatur; quæ hisce signis internoscendæ sunt,  
 Sarcocèle & Hydrocèle stabiles sunt & permanentes in scroto  
 tumores; Enterocèle vero & Epiplocele resupinato corpore di-  
 gitis leniter comprimendo rursum intra Peritoneum reponi*

P

possunt

105.

Topica di-  
gerentia.

Maturati-  
via.

Curatio  
Scyrrhi-

De Ramice  
eiusq;  
speciebus.

Sarcocèle.

Hydrocèle

Epiplocele  
& Entero-  
cèle.

Earum  
dignotio-



# FRANCISCUS JOELIS

106.

Curatio  
Σαρχο.

κίλνς

per Cbi-  
rurgiam.

Commen-  
dant Cbi-  
nici Ol.

solis Tar-  
tari, Bals.

sulph. Em-  
pl. Dia.

sulph. Ru-  
land.

Testiculi  
præcisio ut  
molienda.

Hydroce-  
les curatio

Chimici  
viniur

Ol. Sulph.

Bals. sulph.

therebin-  
tinato

Calce gypsi  
cum vino.

Cinerebus  
Bufonum,

Magisterio  
coriic. E-

buli  
Apertio  
superioris

possunt; quarum affectionum omnium methodicam curationem in superioribus tradidimus, hoc loco satis erit singulis herniæ speciebus unum aut aliud topicum remed. præscripsisse.

**TUMOR** testium quem carnosam herniam vocant, nullis ut puto remedijs sed sola illa crudeli per incisionem & testis affecti præcisionem, non sine tamen vitæ discrimine persanari potest. Incisio vero scroti vel capsulae testium fieri debet novacula usq; ad testis, cui adnata est caro, substantiam, quo facto si nondum est corrupta testiculi substantia ex scroto protrahatur & Caro adnata vel digitis vel alio instrumento quam potest lenissimè avellatur, carneq; ablata testiculus iterum in proprium locum reponatur atq; scroti vulnus consuatur, aliorumq; vulnerum modo, quorum curationem paulo infra in tertia sectione morborum Chirurgicorum tractaturi sumus, consolidetur.

At si corruptus & putre factus sit testiculus præstat ipsum omninò præcidere; Præcisio autem ejusmodi erit; primum arctiori vinculo radix testium constringatur & forcipe amputetur & radicis pars supra vinculum auro candenti aut ferro inuratur ac demum aliorum ulcerum modo persanetur. In hujusmodi autem sæva curatione, ut in alia ulla, opus erit Chirurgo singulari prudentia & dexteritate prius, præmonitis diligenter amicis ægri de discrimine vitæ.

Hydrocele vero sive aquosa collectio in scroto Hydropis curationem desiderat, Inter Topica autem hoc sequens Catapl. utilissime imponi potest. R. far. lentium fabarum, Orobi ana ℥ iij. concoquantur cum vini aut lixivij q. s. ad pultis formam fiat Catapl. Hisce remedijs si aqua non exiccetur, scrotum in latere paulo infra ejus medietatem scalpello aperiatur, & aquosa colluvies exprimatur, sed in tali curatione solet in scroto

rursus



DE HERNIARUM CURATIONE.

rursum aqua colligi. Ideò singulis mensibus perforandum scrotum & aqua evacuanda erit, habita interim ratione Epatis à quo aqua in scrotum demittitur ut ejus intemperies corrigatur, Vbi verò scrotum intumuerit à flatuosis spiritibus, quod ex leuitate testiculorum & tumoris renitentia ac Diaphonia, si ex opposito lumen opponatur, facile dignosci potest, tum methodica curatio Tympanicidii erit instituenda & sequentia Topica applicanda.

Primum inungatur Tumor scroti Ol. Chamæ. Anethi Rutæ simul commixtis. Deinde imponatur sequens Catapl. R. Pul. Cimini ℥. j. s. Bac. lauri. ℥. vi. far. faba. Orobi, cicerum fursu. triti. probè contriti ana ℥. j. commixta vel cum vino vel cum acri lixivio decoquantur ad pultis formam eisdemq; admisc. Ol. Chamæ. Anethi ana ℥. ij. Cheirini ℥. s. fiat Catapl. Aut R. Pul. Rutæ, Chamom: Melilo. Anethi fursu. tritit. ana ℥. j. Se. Foenic. Coriand. ana ℥. vi. stercoris Caprilli ℥. j. s. concoquantur in vino ad pultis formam quibus admisc. Ol. Chamæ. Aneth. Rutæ ana ℥. j. Ol. Lauri ℥. s. fiat Catapl. Porrò ubi per rupturam aut relaxationem peritonei, Omenti vel Intestini particula in scrotum est devoluta, hujusmodi tumoris curationem in superioribus tradidimus In curatione Herniæ, & paulo infra in postrema sectione morborum Chirurg. de rupturis curandis fusius docebimus. Est & Hernia species tumor Umbilici & ultra modum prominentia quam Græci, ομφαλοκηλην i. e. extumescentiam umbilici sive Herniam Umbil. nominant quæ ut plurimum excitatur in puerulis quidem à nimio ploratu, in adultis à flatuosis spiritibus circa Umbil. collectis, cujus quoq; curationem in superioribus docuimus unde remedia sunt petenda.

P 2

PVDEN-

107.

Chimici  
adhibent  
Ol. Anis.  
bacc laur.  
Magister  
Taps Bar.  
bas.

Curatio  
Epiploce  
& En-  
terocele  
De Om-  
phalocel.

Chimici  
utuntur  
Bals. salis  
gemm. Es-  
sentia con-  
solid. Vn-  
guent. ex-  
fungis nu-  
cum vete-  
rum, Ol.  
axungie  
Erinacci



PVDENDI SEV VIRGÆ VIRILIS  
Tumor Quæ Topica remedia ef-  
flagitat ?

De Virgæ  
tumore

priapismo

Quid

Historia  
priapismo  
laborantis

Topica  
ad parti-  
cularem  
Virgæ tu-  
morem

Commen-  
dant Chi-  
mici Essēt.

Ol. Ruta  
Mentib.

Bals. sa-  
turni, Sal.

Saturni  
Ol. Campb

*Intumescit non semel & virgæ virilis & quidem aut tota  
aut ejus pars, vbi tota intumescit & extenditur sine venerea  
appetentia, hanc foedam affectionem & Græci & Latini Pria-  
pismum nominant, Unicum ea affectione laborantem per totam  
meam vitam vidi virum nobilem Casparum Mellentin, qui  
cum à quodam sacrificulo, quem Den Papey Van Der Put-  
ten nominant, per impositionem cicuta & Hyosch. curatus fuit,  
ita tamen tota virgæ propter frigiditatem herbarum enervata  
usq; ad mortem permansit, ut amplius coniuge nunquam uti  
potuerit, & paulo post scyrrhum circa Hypochondria contraxit  
& ab eodem curatus, miserè est extinctus. Huius quoque mali  
curationem methodicam in superioribus tradidimus; Aut, ut  
dixi, excitatur tumor in Virgæ, in aliqua eius parte ac præci-  
pue in glande aut præputio atq; ut plurimum cum inflamma-  
tione, cuius curatio ex Phlegmones curatione sumenda est,  
Hoc loco satis erit Topica exquisitiora adnotasse, In initio  
itaq; Ovi vnius albumen unâ cum luteo & Ol. Rosa. ℥. i. &  
suc. Plantag. ac Solani ana ℥. s. concussum instar Epithem. im-  
ponatur, Sedato dolore & mitigata inflammatione, Virgæ, si ad  
suppurationem tendere videatur tumor, maturans Catapl. tale  
imponatur. R. Se Maluæ viola. ana M. ij. concisa conco-  
quantur ad mollitiem ac contendantur in pultis formam eisq;  
admisc. far. hord. ℥. ij. Ol. Viola. Butyr. rec. sine sale  
ana ℥. j. Lutei Ovorum. No. ii. Subigantur fiat Catapl. Ma-  
turato tumore secundum longitud. Virgæ scalpello incidatur  
vel*



## DE TUMORIS CURATIONE.

109.

vel novacula prius eximatur, mundificetur & aliorum ulcerum modo consolidetur; Si vero Oedematosus erit tumor ex frigida materia, eius curationem ex Oedematis curatione petere licebit, Reliquæ exulcerationes virgæ & aliæ pustulæ quæ ratione sint curandæ, paulò post in proxima sectione explicabimus.

### TUMOR UTERI QUÆ TOPICA requirit?

Plura genera Tumorum excitantur in utero, quandoque enim tota matrix & unâ cum ipsa totum Abdomen intumescit, veluti fit in mola in utero generata, cujus curationem in superioribus absolvimus. Aut ubi capacitas uteri vel aquosa colluvie vel crassis flatibus referta distenditur, cujus quoque affectionis curationem ex Hydropis curatione petere licet: De hisce tumoribus hîc nobis sermo non est, Excitatur præterea nonnunquam & tumor in uteri Cervice, phlegmonosus i. e. inflammatus tumor ex adfluxu, ferventis & putrefacti sanguinis in substantiam uteri defluens; Oritur ibidem & scyrrhus ex Melancholico sanguine excitatus; Phlegmone ex calida intemperie & dolore acri, scyrrhus autem ex duritie & subobsuro colore dijudicari potest. Vtriusq; autem tumoris & phlegmones & scyrrhi methodicam curationem paulo antè proposuimus Vbi & remedia enumeravimus convenientia quæ & in uteri tumoribus usurpari possunt, nisi quod applicandi modus & remedium substantia est immutanda; Refrigerantia itaq; remedia in phlegmone, & emollientia in scyrrho Matricis, foris quidem Hypogastrio instar Catapl. & Emplastra applicanda sunt.

De Tu-  
more ute-  
ri.

Multipli-  
ces uteri  
tumores.

Curatio  
Modus  
applican-  
di reme-  
dia.

P. 3.

sunt.



Topica.

sunt. Intra vero uterum in forma liquoris per siphonem sive Clysterem infundenda sunt; Aut per balnea & infusiones, aut per pessos iniicienda erunt; Inter ea autem quæ inflammationes uteri restinguunt, duritiemq; emolliunt & dolores mitigant prodest si ægra in decocto rad. Althe. Herb. Malvæ, Chamæ. Meliloti Viola, se. Lini & foenugræc. insideat aut subjectum vaporem intra uterum recipiat; Tandem plurimum conducit & ad dolorem sedandum & inflammationem restinguendam & duritiem emolliendam sequens pessus utero inditus;

De ulceribus.

R. Ping. Anatis, Medullæ crurum Cervi, vel bovis (si cervi haberi nequit) Bdellij liquefacti ana ℥. s. Lutei unius Ovi assati atq; probè contriti, Ol. lill. alb. Lini ana ℥ vi. Croci ℥ vii. Ex his omnibus commixtis simul fiat Linimentum quo infarciatur sacculus ex syndone instar pesti vel pudendi virilis & filum appendatur, ut ubi necessitas exigit procrabi & rursus indi queat. Catapl. vero & Empl. imo Ventri applicanda ex Scyrri & phlegmones curatione huc transponi possunt.

Porro reliquarum partium tumores qui non sunt tam difficilis curationis quàm præscriptarum, facile ex superioribus tumorum curationibus remedijs ibidem enumeratis à perito Chirurgo foeliciter curari possunt.

## CHIRURGICARUM CURATIONUM De ulceribus,

### SECTIO SECUNDA.

Et si vulnerum curandorum doctrina ut simplicior tractationem de ulceribus ordine Naturæ præcedere debebat; tamen eam nobis vulnerum curationi præmittere placuit, eam  
nimirum



## DE VLCERIBUS.

I III

nimirum ob causam quod ulcera ut plurimum soboles sunt tumorum ex eisdem causis intrinsecis generantur. Ut enim tumores ex collectione humorum, ita ulcera ex eorundem erosione & malignitate excitantur: & quanquam utraq; affectio & vulnus & ulcus continuitatis in aliqua parte sit solutio & divisio; Differunt tamen quod continui solutio in vulnere ab externis causis casu illatis cum sanguinis eruptione inferatur, ulcus vero ut plurimum ab interna causa erodentibusq; humoribus producitur, ex quo non sanguis ut ex vulnere sed vel sanies vel pus vel putrida colluvies emanat; Quanquam ab externis quoq; causis ut applicatione causticorum remediorum aut morsu ictuq; virulentorum animalium paulatim ulcera excitari possunt.

Vulnus  
& Ulcus  
ut differant

### VLCVS QVID ET QVÆ EX- crementa ex ulceribus pro- manant?

Et nos ein Eiterich swehr oder ein alter schade est conti-  
nuitatis divisio in aliqua molli & carnosa parte corporis, in  
qua ut plurimum colligitur ex eaq; profluunt excrementitii  
humores aut saniosi aut purulenti aut putrilaginosi sordities  
cum variis affectæ partis dispositionibus præternaturalibus.  
Quia vero excrementorum ulcerum saniei, puris & sordium  
in tota tractatione de ulceribus crebra futura sit mentio. & ex  
eorum qualitatibus de sanationis facilitate ac difficultate non  
obscura sumi possunt indicia, signaq; prognostica, eorum diffe-  
rentias breviter subiicere placuit.

Ulcus  
quid sit.

Excrementa  
Ulceris  
tris

**SANIES** Græcis ἰχμῆ Das Blutwasser; Quan-  
quam autem saniei vocabulum vulgus pro omni impura humi-  
ditate

Sanies



ditate ex ulceribus & vulneribus profluente usurpet, propriè tamen & Græcis & latinis excrementum est tenue & aquosum quod ut plurimum ex vulneribus crudis in principio curationis præsertim si nervi aut ligamenta in vulnere sunt læsa, profluerè consuevit, quemadmodum etiam ex plerisque ulceribus imprimis malignis: Colore vel albo aqua vel sero simili; Aut colore rubeo tanquam aqua sanguine pauco diluto, quod ut plurimum acre est & erodens, & cum in Ulceribus tum in vulneribus dolores acerbos excitat, Illud ipsum excrementum in malignis ulceribus propriè non sanies sed latè parenti vocabulo virus seu virulentia nominatur, & nisi sanies omnis primum in ulceribus exsicceetur & absorbeat, impossibile est vlcus aut vulnus ad sanitatem perducì. Sanies itaq; per se semper mala est & quanto ab aquea qualitate magis discessit ut colore livida, odore foetida & substantia serosa, tanto peior est.

**Pus.**

**PUS** πῦος Etter est excrementum tum & in Ulceribus & Vulneribus sanie quidem crassius, sorde vero mollius; Optimum & exoptatiss. pus est in vulnere ac vlcere Hipp. testante & experientia comprobante, quod est albidum æquale h. e. sibi undiq; simile, leue & quàm minimè foetidum, Tale enim pus ex sanescente jam vlcere vulnereq; profluit & curationis foelicem successum promittit. E contra ab hoc dissidens pus ut iusto liquidius, feculentum, colore cinericeo livido aut nigro & foetidum, pessimum censetur.

**Sordes**

**SORDES** γῶπιος: ein Wüst / vauler vnd stinkender etter est ulcerum vulnerumq; excrementum præternaturale, crassum glutinosum & tenacissimè ulceribus inhaerens, ac plerumq; foetidum, aut nigro aut livido aut vario colore. Tale excrementum ex malignis putridis difficulterque curationem admittentibus ulceribus prodit. Horum malorum excrementorum, saniei & sorditiei,



## DE ULCERIBUS.

*Sorditiei, causæ sunt pravitas tertiæ concoctionis & partium affectarum intemperies. Boni vero excrementi, quale est pus laudabile, causa est bonitas tertiæ concoctionis & partis affectæ iuxta.*

### ULCERUM DIFFERENTIÆ ET species quæ?

*Plurimæ ulcerum differentiæ earumque species à Galeno & alijs Chirurgiæ Professoribus qui Galeni placita pro Evangelio habent, & ab ejus verbis ne latum pili decedere volunt ad nauseam usque enumerantur, Nos verò brevitatis studentes, omnes ulcerum præcipuas species in tres tantum differentias cum singularum speciebus redigere conabimur, singulis speciebus brevem definitionem subiicientes. Prima divisione sumpta differentia ab ulcerum Natura; omne ulcus dicimus esse aut simplex aut complicatum. Simplicia ulcera sunt quibus nullus alius morbus aut Causa morbifica aut aliud Symptoma est adjunctum. Complicata ulcera sunt quibus vel morbus aliquis vel causa morbifica vel Symptomata aliqua sunt admixta. Complicatorum ulcerum per subdivisionem species sunt,*

*Ulcus dyscratum h. e. intemperatum, cui nimirum aliqua Intemperies calida frig. hum. vel sicca vel etiam ex secundis à Qualitatibus durities aut molities copulata.*

*Ulcus Rheumaticum h. e. fluxioni obnoxium, cui videlicet alicujus vitiosi humoris affluxio, molesta est, & sanationem impedit: Ad hoc genus ulcerum referuntur ulcera saniosa sive virulenta & sordida.*

*Ulcus Aposthematosum est cui aliqua species tumoris*

*Ulcus aut  
simplex*

*Aut com-  
plicatum*

*Cum intē-  
perie*

*Cum fluxō-  
ne*

*Cum tumo-  
re*



moris est adjuncta cujus species sunt *Vlcus phlegmonosum*, *Oedematosum*, *Erysipelatosum* & *scyrrososum*.

Cū putre-  
dine.

*Vlcus putridum* est quod cum subiecta partis putrefactione ac corruptione est copulatum, & ex quo ut plurimum foetor exhalat, Ejus Species sunt *Vlcera Gangrenosa* *Das Kalte Feser* seu cadauerosa. In ijs enim extinguitur Calor natus; Item *Cariosum* ulcus in quo subiectum Os corrumpitur, nigrescit & in *Cariem* resolvitur, & *Vlcus verminosum* dictum quia vermibus scater.

Cū dolore

*Vlcus dolorificum* sive *Crucians* Græcis ἔλκος ὀδυνηγόν cui videlicet copulatus est atrox & continuus dolor.

Cū mali-  
gnitate.

*Vlcus malignum* quod καρκίνος h. e. *Contumax* & *malignum*; Ejus species sunt *ulcus sordidum* & *ulcus depascens* quod Græcis νόσος dicitur, quod nimirum non modo subiectam Carnem affecta partis, sed & sanas adjacentes partes circumquaque depopulatur. Item *ulcus phagedæna* Græcis dictum sive *ambulatorium*, quod serpendo per cutem circumiacentes partes depascitur & erodit: Hoc si ad summam malitiam peruenit *ulcus* καρκίνος & πλεσιον nominatur, Item *ulcus virulentum* & *sordidum*; Eorundem malignorum *ulcerum* species sunt *Vlcus canerosum*, quod ex *Cancro* tumore exulcerato progeneratur, & *fistula* seu *ulcus fistulosum* de quo paulo post.

Differen-  
tia ulcerū  
a figura

Secunda differentia *ulcerum* sumitur à figura *ulcerum*, quorum aliud est *Sinuosum* sive *Cuniculosum*, quod sinus inde in subiectam carnem extendit; *Vlcus fistulosum* vel *fistula*, quod unicum habet constrictum & rotundum orificium instar rimarum *fistulae*, & recta in carnem descendens magis magisque amplior evadit; Item *ulcus Canerosum* quod visu horridum est & foetidum; labra hujus tumida ac prædura nonnun-

nonnun-



## DE VLCERUM DIFFERENTIIS.

115.

nonnunquam inversa, colore livido seu instar Caneri aquatici fusco, venas lividas venenato sanguine turgidas ex se in partes adjacentes protendens instar pedum Cancrorum. Vlcus circulare seu rotundum quod dysepuloricum est & difficillime curatur.

Vlcus supercrescens in quo ferina caro succrescit & luxuriat. Vlcus varicosum est in quo venae quaedam sanguine turgentes protuberant & curationem impediunt.

Tertia differentia ulcerum sumta à curationis facilitate & difficultate. Vlcera alia sunt curatu facilia, alia difficilia, alia nunquam aut raro sanabilia.

Vlcera curatu facilia sunt simplicia recentia, in superficie haerentia & quae cum mitissimis Symptomatibus sunt complicata, ac in quibus laudabile pus conspicitur.

Curatu difficilia sunt vlcera omnia quae graviores morbos aut causas morbificas aut Symptomata secum habent copulata, ut sunt vlcera cum insigni Intemperie, vlcera cum maligno humore affluente, vlcera saniosa sive virulenta, Vlcera sordida, vlcera putrida, vlcera cum labiorum duritie. Vlcera verminosa, vlc. cavernosa, vlcera erodentia & Cariosa, & quaecunque ad has species referri possunt & ἄρρηκτον nominantur.

Nunquam aut raro perfectè sanabilia sunt fraudulentata & venenata qualitate complicata vlcera, qualia sunt ὄμμα & Φαριδανὴ Gangraenosa & Cancrosa.

## CAUSAE VLCERUM GENERALES

Quae?

Vlcerum in univèrsum duo sunt causarum genera, πρῶτον

2<sup>o</sup>

28.

Causae Vlc-  
cerum ge-  
nerales

Vlcera  
alia cura-  
tu facilia  
alia diffi-  
cilia



## FRANCISCI JOELIS

116.  
 Continen-  
 tes

γα. unum & πρῶτον. alterum, Tertium enim genus quod ο-  
 υεντιόν h. e. causam continentem, vocant, nos consulto præce-  
 rimus cum à πρῶτον μὲν non nisi loco & materiei alteratione  
 differat, nisi forsitan quis inter continentes causas recensere  
 velit & Symptomata quæ ulceribus sunt complicata, & sana-  
 tionem ulcerum impediunt, ut sunt Dyscrasia, Os corruptum  
 Labiorum durities aut molities in Ulceribus; Caro succrescens,  
 figura ulceris rotunda & similes.

Antece-  
 dentes.

πρῶτον μ. ulcerum causæ sunt vitiosorum humorum aut co-  
 pia aut qualitate erodente & corrumpente Carnemq; exulceran-  
 te confluxio, & collectio, Tales autem vitiosi humores conflu-  
 unt in aliquam particulam aut ex universo corpore aut ex Ie-  
 cinore lieneq; uitiatæ. πρῶτον. sunt Vulnus perperam curatum  
 aut Tumor aut pustula in superficie cutis excitata, semper e-  
 nim ulcus recens præcedit aut Vulnus aut tumor aut virosa pu-  
 stula; His adijci possunt vitiosa alimenta, ex quibus humo-  
 res acres & erodentes generantur, Contusio alicujus partis,  
 Caustica remedia, morsusque & contactus venenatorum ani-  
 mantium.

Procatar-  
 tica.

### VLCERUM SIGNA VNIVER- salia quæ

Signa uni-  
 versalia

Signa ulcerum manifesta sunt; cutis enim & Carnis  
 Continui solutio & visu & tactu depræhendi potest, ex quo ut-  
 plurimum non sanguis sed aut sanies sive ἰχὼρ aut pus aut  
 sordes profluunt, Per quæ autem indicia singulæ species ulce-  
 rum dignosci debeant, partim in earum descriptionibus paulo  
 ante ostendimus, partim in earum curationibus commemorabi-  
 mus. Hoc loco satis erit signa prognostica præcipua observasse.

QUÆ



DE VLCERUM PROGNOſI.

117.

QUÆ PROGNOſTICA SIVE

Aphoriſmi judicatorij in vlcerum  
curatione ſunt obſervandi?

*Vlcus carne completum citò ſaneſcit, Sed ſi paulo poſt ſubito renovetur ut plurimum in fiſtulam degenerat.* Prognoſt.  
ca.

*Vlcera omnia viridi, livido aut nigro colore imbuta duraq; labra habentia, mala ſunt; caloris enim nativi in affecta parte extinctionem ſignificant corruptionemque minitantur.*

*Vlcera Frigida, albedine & mollitie dignoſcuntur quæ ut plurimum calidis juvantur, contra*

*Calida vlcera ex rubore, loci affecti Caliditate agnoſcuntur & frigidis remediis gaudent.*

*Sicca vero vlcera ſimiliter & humida viſu tactuque dijudicari poſſunt.*

*Color niger Melancholici humoris, Flavus Citrinus bilis flavæ. Albus pituitæ ex lecinore ad vlcus profluentis eſt indicium.*

*Vlcera alijs morbis ſuccedentia vel in ipſis morbis excitata difficilis ſunt curationis.*

*Vlcus omne ſive in ipſis morbis ſit excitatum, ſive ante morbum, ſi in ipſo morbo aridum aut lividum aut flavum reddatur, in ipſo morbo moriturum ægrum portendit.*

*Si in pilofis partibus vlcus excitetur & pili circum vlcus deſtillant, materiam vlceris venenatam eſſe oſtendunt.*

*Si vero pili novi regenerentur, bonum ſignificat.*

*In vlcere ubi poſſe ſaniem aut ſordem puriſſimam laudabile appareat, bonum; ſanationem enim ſignificat.*

Q3

Ulcera



## FRANCISCI JOELIS

Ulcerarotunda tardissimè ad cicatricem deduci possunt nisi cauterio h. e. candenti auro in triquetram aut linsarem figuram deducantur.

Extremitatum ulcera, pedum videlicet aut Manuum aut capitis, tumorem glandularum concitant. Pedum quidem circa Inguina, Manuum sub alis, Capitis circa collum auro pone aures.

Cum in ulcerum curatione medicamenta applicata conferunt, aut saltem nullam noxam inferunt, indicium est remedium conveniens & rectè applicatum esse;

Ubi vero ulcus ipsum aut humidius aut siccus aut calidius aut frigidius reddiderunt aut dolorem excitarunt, eadem remedia non esse idonea nec ritè applicata significat, & statim mutanda innuunt.

Curatio  
generalis.

### CURATIO ULCERUM GENERALIS qua methodo perficienda?

Excrementa  
aut re-  
movenda.

In curatione omnium ulcerum Chirurgus statim in primo intuitu ulceris, tria accuratè considerare debet. 1. Quale nimirum sit excrementum in ulcere hærens, num sanies, sordes aut pus. Sanies enim omnis ad sui curationem exiccationem, sordes abstersionem, pus vero sui remotionem exigit. Quibus vero remedijs resiccantibus saniem & absorbentibus utendum sit, partim inter medicamenta Chirurgica, partim in sequentibus in ulcerum complicatorum curatione simul & in vulnerum curationibus aperiemus.

Similiter quæ medicamenta sordes abstergant in iisdem locis commemorabimus, ita & pus generantia remedia in superioribus commemorata sunt, cujus remotio non aliud remedium nisi manuum industriam desiderat. 2. Studiosè observandum est,

utrum



## DE ULCERUM CURATIONE.

119.

utrum ulcus sit simplex aut cum aliquo Symptomate aliaq; affectione complicatum. Simplex siquidem ulcus & ab omni morbo gravioriq; Sympto. liberum facile per sola Topica remedia moderate exiccantia & carnē generantia cicatricemq; inducentia per sanari potest. Ejusmodi autem remedia sunt à nobis supra commemorata, & qualia sunt ea quibus hoc tempore tonsores utuntur in curandis vulneribus & ulceribus, ut sunt Empl. Brutenicum, ex oleo lithargir. & pauca. æruginis confectum, Braunzuch dicitur, vel Empl. ceraneum seu citrinum, ex Ol. cera, & Terebinth. concinnatum Germanis Scelzuch dicitur vel Empl. ex Lap. Cala. Ol. & sevo cervino aut caprino coctum, quod in officinis dicitur Emplast. Grysum, & Germ. grawzuch oder graw plaster. At si ulcus sit complicatum cum aliquo vel morbo vel Sympto. ut cum acerbis dolore, cum aliqua excellenti Intemperie, cum affluxu alicujus vitiosi humoris cum tumore, cum carnis subjæctæ contusione, cum carnis in ulcere succrescentia, cum varicibus turgentibus, cum ossis subjæcti ulceri corruptione, cum virositate & cum venenata aliqua abdita Qualitate, cum corrosione exesioneq; affectæ partis alijsq; pravis dispositionibus. Ibi sanè varianda est curatio, cum impossibile sit ulcus ullumquatenus est simplex, curari posse, nisi prius morbus aut Symptoma ulceri conjunctum removeatur aut mitigetur saltem, Semper itaq; prima curatio in complicatis ulceribus debet Symptomati aut morbo adjuncto, quo sublato ulcus ipsum non difficulter moderate siccantibus carnem generantibus & cicatricem inducentibus remedijs, ut diximus, per sanari potest.

Quibus autem remedijs singula enumerata Sympto. ulceribus complicata corrigi aut profligari debeant, paulo post in ulcerum speciebus curandis recensebimus. III. In ulcerum curatione studiosè observandum est utrum corpus ulcere labo-

Simplicis  
ulceris cu-  
ratio.

Topica sar-  
cotica &  
epnlotica  
quibus  
tonsores  
utuntur.

Complicati  
ulceris  
curationi



Curatio  
universa  
lis pervi-  
ctus rati-  
onem ve-  
niat scilicet  
nem &  
purgatio-  
nem.

cere laborans sit plethoricum, aut  $\alpha\gamma\alpha\chi\upsilon\mu\iota\alpha$  & quis vitio-  
forum humorum in corpore redundet. Plethora enim san-  
guinis missionem,  $\alpha\gamma\alpha\chi\upsilon\mu\iota\alpha$  evacuationem expostulat. Hu-  
mores autem vitiosi sanationem impediunt ut plurimum ad ul-  
cus confluunt, aut ex toto corpore, aut ex lecinore, aut ex  
liene vitiatis. Proinde vitiosus humor crebro inter curandū ex-  
purgari debet, si copia peccet; si verò acris & præternaturali qua-  
litate impedit sanationem, alteratione opus habet, Quin & vi-  
sceribus vitiatis debilitatisq; subinde emendatio & corroboratio  
debetur.

Quibus autem remediis quælibet species vitiosi humoris  
evacuanda sit, quibus item qualitas præternaturalis eorum  
humorum corrigenda & quibus vitiata viscera corrigenda corro-  
borandaq; sint, supra in tabellis remedium singulos humores  
concoquentium & evacuantium dicatis abunde proposita sunt &  
in sequentibus à nobis proponuntur. Hisce tribus dictis regulis  
probè cognitis, curatio generalis omnium ulcerum methodo per  
hasce vias, fœliciter perfici potest. Per victus rationem, ulce-  
rum naturæ contrariam. Per humoris redundantis præpara-  
tionem, & evacuationem, eorumq; alterationem ad quam & san-  
guinis missio si necessitas postulet & hyrudinum applicatio re-  
ferri potest. Et per topicorum remedium impositionem. To-  
pica autem remedia ut sunt Empl. & Ung. in omnibus ulceri-  
bus (ut iterum atq; iterum jam diximus) debent esse pro tem-  
peramento ulceratæ particulae, mediocriter exiccantia cum mo-  
derata vel calefactione vel refrigeratione. Refrigerantia enim  
calidiusculis ulceribus, calefacientia frigidioribus magis sunt  
apta. Ejusmodi remedium genera supra inter medicamenta  
Chirurg. abunde sunt enumerata & in sequentibus latius osten-  
duntur. Excipienda tamen sunt ulcera cum siccitate, duritie,  
cum

In topicis  
remediis  
quis dele-  
ctus ha-  
bendus.

cum



## DE ULCERE DOLOROSO.

cum tumoribus & ex contusione excitata, quæ sibi semper contraria media expostulant, ut siccitas ulceris humectationem, durities emollitionem, tumores & contusiones suppurationem, ut in sequentibus adnotabimus.

### ULCUS CUM VEHEMENTI DOLORE complicatum quid, quæ causæ doloris, & quomodo curandum?

ἔλκος ὀδυνηρόν est quod dolore affectam partem excruciat, & sanationem impedit, doloris autem acerbitas tam in ulceribus quam vulneribus unum est ex ijs quæ non tantum curationem invertunt, sed & vitiosos humores e toto corpore ad ulcus alliciunt, inflammationem inferunt & vires brevi prosternunt; Quare in omni dolorifico ulcere quam fieri potest citissime dolor est auferendus aut saltem mitigandus ac demulcendus, cavendumque diligenter ne Chirurgus ulceri remedia imponat quæ atroces & duriores dolores excitare queant.

Doloris porro causæ in ulceribus sunt aut excellens & insignis Intemperies calida vel frigida, aut vitiosorum humorum erodens exurensque qualitas, sæpe & deligationis violenta & inepta constrictio, aut remediorum acrimia impositio dolorem excitat. Cognita causa doloris in ulcere ita instituat Curatio, Si ex intemperie extensa calida excitatus sit dolor, ea remedia adhibeantur, quæ supra in curatione phlegmones sunt proposita. Si vero frigida excellat intemperies, calida moderatè remedia imponenda sunt, quæ in tumorum frigidorum curatione descripsimus. Ubi verò acres humores & erodentes excitant dolorem, ibi ipsi statim sunt evacuandi aut ℥. j. s. Cassiæ aut El. Lenit. aut Diacathol. ℥. x. exhibitis, statimque applicanda ulceri Anodyna remedia doloremque mitigantia quorum copiam

R

paulo

121

De ulcere  
doloroso.

Doloris  
effectus.

Causa do-  
loris in ul-  
ceribus.

Curatio.



Anodyna  
quot mo-  
dis dolores  
sedant.

Eorum  
formula.

Chimici  
utuntur

Empl. Sti-  
ptic. Cro-  
lij, Ex-  
tract.

sang. hum.

Cl. vitriol.

nitri, Alu-

min. Am-

moniac.

salis cum

spir. vini

mista, Ol.

ovor. Ma-

gister.

Croci.

Reliqua  
ulceris cu-  
ratio.

paulo ante in tabellis remed. Chirurg. & in curatione proposui-  
mus. Si vero ex prava ulceris deligatione aut acredine remedi-  
orum dolor sit exortus, ea removeantur, & anodyna ut dixi-  
mus imponantur. Hoc loco unam & alteram remediorum for-  
mulam dolorem in ulceribus mitigantium subjecisse satis erit.  
Porro diximus ante omnia remedia dolorem mitigantia effica-  
cia esse, operariq; aut intemperiem corrigendo, aut materiam  
erodentem resolvendo, aut dolentes partes stupefaciendo, dolo-  
risq; sensum extinguendo; Dolorem itaq; ulceris hac sequentia  
refrigerando mitigant R. Ol. Ros. ℥. ij. Ovor. alb. No. ij.  
suc. plantag. ℥. j. Concussa & linteolis excepta instar Epith.  
ulceri imponantur, aut R. Rad. Hyosch. q. s. conterantur  
cum axung. porc. q. s. fiat Catapl. Dolorem vero mitigant mo-  
deratè calefacientia R. Fol. Mal. cum rad. aut Alb. cum rad.  
concosa coquantur ad mollitiem, conterantur & per setaceum  
cribrum instar pultis trajeciantur, eiq; admisc. Ol. Chamæ q. s.  
& tepida dolenti ulceri imponantur. Dolorem in ulceribus mi-  
tigant resolvendo & acrimoniam excrementorum retundendo  
R. Medul. pan. similagi. q. s. quæ in ferventi aq. vel lacte ma-  
ceretur, & expressa dolenti ulceri Catapl. instar imponatur.  
Aut pulmentum Raporum decoctorum cum Ol. Chamæ. aut  
Aneth. commixtum, applicetur. Stupefaciendo autem doloris  
sensum inhibent Unguentum Popul. illitum cui non nihil Opij  
Theba. cum aq. Rosa. soluti est admixtum. Quæ autem do-  
lorem leniant, ex erosione in ulcere collectum humorem excita-  
tum paulo post suo in loco commemorabimus. Reliqua anodyna  
extabulis Chirurgicorum remediorum supra propositis peti pos-  
sunt. Sublato aut saltem mitigato dolore in ulcere tum tandem  
ipsius ulceris curatio auspiciari debet, & quidem Topicis reme-  
dijs ac maxime Empl. paulò ante in simpl. ulc. curatione de-  
scriptis.



DE ULCERE DOLOROSO.

123.

scriptis, quæ omnia moderatè exiccando, ulcus mundificando, & carnem bonam generando in cavitate ejus, cicatricemq; inducendo, omne ulcus liberum à Symptomatibus persanant. Quin & subseq; Empl. non vulnera tantum omnia sed & ulcera non prorsus maligna, virulenta & contumacia, ex voto persanare possunt, quorum tres tantum formulas exquisitiores, hoc loco subjecisse satis erit, quæ quia sunt salutaria & usitatiss. eorum in sequentibus sæpe mentionem faciemus ad eaq; studiosos Chirurgia ablegabimus, ne nobis identidem subinde repetere sit necessum, ex his autem primum vocabimus Empl. de Ærug. secundum Emp. aureum Mes. tertium Empl. de vernice.

Emplast. de Æruginè in hunc modum concinnari potest. R. Cera novæ Terebinth. an ℥. 4. quæ simul sensim liquefiant ad lentum ignem eisdemq; admisc. ærug. tenuiss. pul. ac per noctem in aceto rosa. macerata, rursusq; pulveri sate ℥. j. & ubi color rerum liquefactarum remisit, tandem admisc. & seq. tenuiss. pul. Thuris & Mastic. ana ℥ s. Quibus omnibus probè commixtis, in aquam frigidiss. imponantur & ambabus manibus diu multumq; subigantur, donec elegantem acquirat & tractabilem substantiæ equalitatem.

Empla-  
strum de  
erugine.

Empl. Aureum Mesuræ sic confici potest. R. Tereb. ℥ s. Mellis virgi. ℥. ij. ceræ puræ ℥ ij. s. Resinæ pini ℥. j. s. liquefactis simul & non admodum calentibus admisc. tenuiss. pul. Thur. Myrrhæ, Aloes, Croci ana ℥. j. s. fiat s. a. Empl.

Aureum  
Mesuræ.

Emplastrum de vernice pictorum ita confici potest, id prius de vernice observato, quod nos per vernicem hoc loco minime intelligamus vernicem Græcorum authorum, quam sandaracam esse putant, sed illum tenacem liquorem ex succino & Ol. lini confectum, quem nostrates sermiss nominant, & quo pictores in illustrandis nitoremq; inducendis suis tabellis utuntur.

De ver-  
nice.

R. 2

R. Ol.

†



R. Ol. veteris, cera novæ ana ℥. vi, quibus simul ad lentum ignem resolutis admisc. tenuiss. pul. Litharg. aurei ℥. vi. Lapi. Cala. ℥. ij. concoquantur simul perpetuo agitando, donec justam duritiem Empl. acquirat & contrectata inter digitos, à digitis sine commaculatione detrahi queant, deinde remisso ejus calore, admisc. quoq. Tereb. ℥. j. vernicis pictorum ℥. ij. & pul. tenuiss. thuris, Mastich. myrrhæ ana ℥. ij. Camphoræ ℥. j. subigantur manibus Ol. Chamæ. illitis, donec tractabilem & æquabilem substantiam consequatur; His ut diximus & ulcera & vulnera omnia facile persanari possunt, si Symptomata curationem impediencia prius removeantur.

**Ulcus cum aliqua Excellenti Intemperie complicatum quid, quæ signa Intemperiei in ulcere ac quomodo persanandum?**

De ulcere  
cum in-  
temperie.

Intempe-  
riei effe-  
ctus.

Intempe-  
riei digno-  
ssio.

Ελκος δὲ σκροτον, distemperatum ein hixig oder verfaßter Schadel est ulcus in quo caro exulcerata & nonnunquam tota particula ulcere affecta excellenti aliqua Qualitate vel calida vel frigida vel sicca vel humida aut cum duritie aut scabritie imbuta est; à qua sanatio ulceris præpeditur, Excellens ulceris & partis caliditas, ulcus phlegmosum, Erigiditas ut plurimum Oedematosum, siccitas scyrrhosum, Humiditas sordidum vel saniosum, nisi naturæ succurratur, efficit; & calor quidem atq. frigiditas extensa in ulcere dolorem excitant, Sicca autem duritiem, quorum Symptomatum removendi rationem paulo post suis in locis ostendemus. Hoc loco satis erit excellentium qualitatum emendationis alterationisq. rationem ostendisse, Dignoscitur vero excellens aliqua ulceris qualitas, & visu & tactu & laborantis sensu, caliditas enim fervoris sensum infert, & caro cutisq. in ulcere rubedinem præ se fert, frigiditas vero

vero



## DE ULCERE CUM INTEMPERIE.

vero excellens ad tactum frigidi sentitur & alba colore conspici-  
tur. Omnis autem intemperies sua contraria qualitate, calidi-  
tas frigiditate, frigiditas caliditate, siccitas humiditate, humi-  
ditas siccitate, corrigi debet.

Si itaq; calida Intemperies vel inflammatio ulceri est co-  
pulata & corpus sit plethoricum venæ sectione præmissa & re-  
frigerante victus ratione imperata, ulceri totiq; parti inflam-  
mata ea imponantur Topica quæ supra in curatione phlegmo-  
nes & in curatione ulceris cum dolore a nobis sunt proposita,  
quale est Epith. ex Ol. Rosa. & suc. plantag. commixta. Im-  
ponenda autem ea sunt eo usq; donec caro ulceri subiecta idioxæ-  
ciav nativamq; temperiem recipiat. Extincta præternaturali  
qualitate ulceris curetur ulcus & ad cicatricem deducatur aut  
Empl. Gryf. sive de lap. calam. aut Empl. de vernice pictorum.

At si frigida intemperies ulcus ipsum infestet quod ex fri-  
gидitate ad tactum & ex albedine cutis carnisq; ulceri adjacen-  
tis dignoscere liebit, moderate calidis remedijs est corrigenda;  
affectaq; pars ad temperiem nativam reducenda. Post ordina-  
tam itaq; calefacientem victus rationem, ulcus si aut pinguis  
aut acria remedia tolerare nequeat, ut plerumq; non fert, locus  
affectus vel ulcus ipsum Ceroto simpl. contegatur, & affecta pars  
vino generoso calefacto foveatur & instar Epith. linteolis im-  
ponatur, in quo incoqui utilis. possunt flo. Chamæ. & Anethi  
& fol. Agrimo. Aut inungatur affecta pars, Ol. Cham. aut  
Ung. Dialth. cum gummat. aut Balsamo vulnerario, ejus  
conficiendi rationem suo loco descripturi sumus, ac restituta  
tandem nativa temperie ulcus ipsum persanetur Empl. aureo  
Mesu. aut Empl. de Ærug. paulo ante descripto.

Sicca intemperies ulc. complicata dignoscitur ex carnis  
cutisq; adjacentis squalore & ariditate, siccitas itaq; in ulcere hu-  
medan-

125

Curatio  
calida in-  
temperies.

Frigida.

Sicca.

R3

medan-



medtancibus corrigenda est, in quibus non postremum locum obtinet focus & multa perfusio aquæ moderatè calidæ Talis autem focus ac perfusionis terminus esse debet, ubi locus circa ulcus rubescere & attolli incipit, tunc enim statim à focu est cessandum, aut applicetur Epithe. ex decocto Mal. & Alth. confect. aut ex cremo. ptis. vel Avenæ linteolisq; excepto; Cavendum autem est in humectatione, ne modus excedatur, & putrefactio ex nimia humefactione subsequatur; Remota siccitate ulcus facile persanari potest Empl. vel aureo, Mes. vel de vernice.

*Humida.*

*Qualis  
humida  
intemperies  
hic intelligatur.*

Humidiore existente temperie carnis in ulcere, paulo validiora siccantia pharmaca ulceri sunt imponenda; hoc autem loco per humidam intemperiem non humores affluentes, de quibus paulo post in sequentibus differemus, nec saniei aut sordium redundantiam intelligimus, sed talem humiditatem ubi caro in ulcere madidior, laxior, mollior & flaccidior existat, quemadmodum Chordæ in fidib. etiamsi non madeant, tamen ab humiditate aeris ambientis, flaccidiores redduntur; Talis madidum ulceris exiccantibus lotionibus pulveribus inspersis & Empl. ad nativam temperiem reducendus erit. Prodest itaque ulcus madidum flaccidumq; subinde elvatur vino austero calefacto, in quo veronica herba, aut Agrimon. aut Rad. Asclep. seu vincetox. & parum Alum. sunt in cocta; Sic & conjugatæ intemperies per sua contraria, inter se mixta, revellendæ ac tollendæ erunt, ac post abluionem inspergatur tenuiss. pulvis Coral. albi adusti, aut terræ candidæ quam vulgus cretam vocat; aut Aloe. Epat. ac tandem sublata flacciditate carnis in ulcere Empl. aut Bruten. aut uno ex trib. paulo ante descriptis, quod omnium aptissimum & ulceri convenientissimum videbitur; ulcus persanetur ac consolidetur.

Ulcus



DE ULCERE CUM INTEMPERIE.

127.

ULCUS CUM AFFLUXU ALICUJUS  
vitioli humoris quid, quæ humoris Spe-  
ciei signa, & quæ ratione curandum?

Ελκος ρευματικόν ein fließender Schwade / est tale ulcus  
ad quod aut ex Epate aut Liene aut cerebro aut ex toto corpore  
presertim κραιχθυμικῶ humor impurus sanationem impediens  
confluit; Id autem hoc loco notandum est, nos non differere, de  
ulcere sanioso ad quod ἰχθῆρες profluunt, aut sordida humiditas  
colligitur; sed de eo duntaxat ad quod vitiosi in corpore redun-  
dantes humores continuè adfluunt. Humor autem ad ulcus  
fluentis species dignoscenda est aut ex totius corporis constituti-  
one & colore aut ex imbecillitate viscerum.

Prognosticum signum in ulcere cum adfluxione. id  
studiosè observandum est, ulcus ρευματικόν curari non posse ni-  
si adfluens humor ex corpore & visceribus expurgetur exicce-  
turq;. Nam etiamsi remedijs tale ulcus persanetur & congluti-  
netur, processu tamen temporis & paulo post aut denuo disrum-  
pitur ulcus aut rezurgitans vitiosus humor in viscera & prin-  
cipales partes aegro certissimum interitum adfert; Ideo ubi flu-  
ens ulcus diuturnum in senibus vel sua sponte vel remedijs con-  
solidetur, paulo post exitium parit.

CURATIO consistit in crebra humoris adfluentis è  
corpore evacuatione & exiccatione; quibus autem remedijs quæ-  
libet vitiosi humoris species sic evacuanda, supra in tabulis re-  
med. purgantium proposuimus. Post evacuationem humoris  
vitioli reliquæ nullo magis salutari remedio purificari & exic-  
cari possunt, quam usurpatione decocti Rad. China vel sar-  
menti Indici, cujus decocti præparandi & utendi rationem su-  
pra in curatione Morbi Gallici & in peculiari libello luculenter  
propo.

De ulcere  
cum fluxi-  
one.

De qua  
fluxione  
hic agi-  
tur.

Prognos-  
tica.

Curatio.

China &  
sarzopa-  
rilla.



proposuimus; Exiccata adfluente in ulc. colluvie facilis sanatio  
& consolidatio in ulcere subsequitur, si ulceri adhuc non nihil  
madenti inspergatur tenuiss. pul. vel fol. Aristo. long. vel cro-  
cus martis, cujus parandi rationem paulo post tradituri sumus,  
& imposito ulceri communi Empl. aut Brutenico aut de Lapid.  
Calam. aut Aureo Mes. aut quod ulceri maxime conducere vi-  
debitur.

### Ulcus cum tumore Partis affectæ quid, & qua ratione curandum?

De ulcere  
cum tu-  
more.

Ulcus aposthematicum est tale cum quo adiacentes partes  
vel phlegmone vel Erysipelate vel Oedemate vel scyrrho duri-  
tieq. infestantur, & tales quidem cum ulcere tumores excitantur  
ex adfluxu alicujus vitiosi humoris, phlegmone quidem ex  
impuro & accenso sanguine, Erysipelas ex biliosa colluvie. Oede-  
ma ex pituitoso; scyrrhus ex Melancholico sanguine. Quomodo  
autem singula Tumorum genera dignoscantur & quibus reme-  
dijs curanda sint, paulo ante in tumorum tractatione declara-  
vimus, unde & remedia & curandi Methodus peti, & ad ulce-  
ris humores accommodari debent, ac possunt; hoc enim loco ea  
repetere nimis foret tædiosum: Inter curationem autem tumo-  
rum simul & curatio ulceris est adhibenda. Sublato itaq. con-  
venientibus præsijs, tumore, ulcus ipsum facile curari potest  
remedijs paulo ante descriptis, Empl. Bruten. E. Lapid. ca-  
lam. Empl. de Ærug. de vernice, vel quod naturæ ulceris o-  
mnium videbitur commodiss. In specie autem ulcus Oedemato-  
sum quod ex collectione pituitosæ colluviei excitatur & quidem  
in tibijs sub genu cum uno aut pluribus perforationibus, quod  
ein Bruch oder ein ölschen heil dicitur, talis Curatio est insti-  
tuenda. Post humoris pituitosi crebram evacuationem exulce-  
rata

Curatio  
Oedema-  
tosi tumo-  
ris in ti-  
bijs.

rata



## DE ULCERE CALLOSO

129

*exata & tumida Tibia subinde fomentetur vapore calido & sudorem proliciente vini, in quo decoctæ sunt rad. Asclep. Sani- cula herba & flor. Sambuc. & Chamemeli ana M. ij. Fimi aut fercor. columbi. & Gallin. ana M. j. Fomentatio vero debet fieri mane ac vesperi; Post fomentationem ad tumorem aufe- rendum tibie tumenti circumquaq; sequens Catapl. imponatur.*  
*R. Flor. Tapsi Hyperic. ana M. ij. Flor. Sambuci M. iij. simul contrita coquantur in vini & aceti p. æ. & fortiter ex- pressa & contusa quàm ferre potest eger calidissima tumenti tibie imponantur; sublato tumore, ulceri imponatur mundifica- tionis causa cum Linicinijs aut Ung. Apostol. aut Ægyp. aut inspergatur crocus Martis & mundificatis ulceribus applice- tur, Empl. aut de Ærug. aut de vernice pictorum quibus ulcus consolidetur & ad cicatricem deducatur. His si potio ex Rad. Chin. addatur ejusq; decocto ulcus indies abluatur, brevi pro vo- to felix sanatio consequetur.*

”

”  
NB

”

”

”

”  
Chyria

### Ulcus cum labiorum Duritie quid, quæ ejus causæ & quomodo curandum?

*Σκίρρωμα τὸν χείλεων ἐλκῶς Durities labiorum in ulcere,*  
*ein harter randt in den offenen Schaden / est ubi caro & cutis*  
*circum ulcus exaruit, squallidoq; colore nigro vel livido infecta*  
*est, consolidationem remorans; Talis ariditas in circumferen-*  
*tia ulceris contingit, ex adfluxu & impactione feculenti*  
*sanguinis; admiratione dignum est sapientiss. Hipp. in cu-*  
*ratione labiorum duriorum ulceribus spongiam siccam & desic-*  
*cantia Pharmaca imponenda esse præcipere, cum durities sicci-*  
*tatis sit soboles, & ad curationem sui moderatam humecta-*  
*tionem postulet; nisi forsan verba sua de remedijs causticis duri-*

*De ulcere*  
*cum labi-*  
*orum du-*  
*ritie.*

”  
NB

”  
Curatio.

S

riemq;



# FRANCISCI JOELIS

130.

Hume-  
stantia &  
emollientia

Chimici  
utuntur

Ol ping.  
taxi, Gal  
banco.

Ol. adip.  
human.

Scarifica-  
tio & hi-  
rudo.

Calli pra-  
cisio aut  
exustio.  
Caustica.

Reliqua  
ulceris cu-  
ratio.

Empla-  
stum de  
Lithargi-  
ro seu Bru-  
senicum.

tiemq; exedentibus intelligi velit. Ego vero in curatione duri-  
tiet labiorum ulceris, initio humectantia, qualia sunt aq. cal.  
spongia excepta, & subinde ulceri applicata, aut cremor pulsq;  
avenaceus aut decoctum Cham. Mal. Alth. & sem. Lini, im-  
ponenda & emollienda esse consulerem, ac tandem si cutis are-  
facta color vel subniger vel lividus conspiceretur, malignum  
sanguinem vel per scarificationem curcurbitularumq; appositio-  
nem, si loci situs admitteret, aut hirudinibus applicatis subtra-  
hendum suaderem, ac si ea ratione nec durities emolliretur nec  
pravus color remitteret, juxta sententiam Galeni, callum om-  
nem & induratas labiorum circumferentias usq; ad sanam  
carnem excidere juberem, aut violento caustico remedio ulceri  
imposito duras uiceris partes auferendas censerem, in quem u-  
sum praestantiss. sunt Troch. de calce viva quorum preparatio  
ita habet R. calc. viva ℥. ij. redigantur in tenuiss. pul. & cum  
q. s. Mellis in Troch. conformentur ac in furno calido exiccen-  
tur, ac ubi necessitas expostulat, cum aq. rosa. aut plantag. in  
qua non nihil Mercurij subl. sit solutum, resolvantur & labijs  
induratis illinantur; sed in ejusmodi curatione adjacentes ulce-  
ri partes ne inflammatione infestentur oblinenda & munienda  
erunt Linimento ex ol. rosa. & bois germa. simul commixtis  
confecto; Remota duritie & sublatis crustis ex ulc. aliorum ul-  
cerum more remedij moderatè exiccantibus mundificantibus  
& carnem generantibus & Empl. ad cicatricem deducatur, E-  
jusmodi autem remedia esse diximus Empl. de Lithar. & de lap.  
Calam. & de Erug. Quia vero jam crebro Empl. de Lith. & lap.  
calam. facta sit mentio & deinceps eorum crebra fiet usurpatio  
eorum preparandi rationem breviss. subijciam.

Empl. de Litharg. quod & Brutenicum dicitur in hunc  
modum habet. R. Litharg. tenuiss. pulu. ℥. j. aceti vini ℥. viij  
ol. vet.



# DE ULCERE CUM CONTUSIONE.

ol. vec. ℥. ij. quæ simul commixta ad lentum ignem perpetuo  
agitando leniter concoquantur donec justam crassitiem conse-  
quatur & digitis contrectatum non adhareat.

Empl. de Lap. cala. quod & Griseum dicitur sic concin-  
nari potest: R. lap. cala. ℥. j. Lithar. ℥. ij. cerusa ℥. s. Tu-  
ria ℥. v. Thur. masc. ℥. vj. Masti. ℥. ij. Myrr. ℥. ij. Camph. ℥.  
j. s. cera alba ℥. j. s. sevicervini ℥. ij. tereb. ℥. vj. cera & Te-  
rebinth. & sebum cervinum ad ignem lentum liquefiant & li-  
quefactis reliqua omnia tenuiss. puluerisata admisc. quod in  
frig. aquam injectum manibus diu multumq; subigatur & in  
formam Empl. reducatur.

De lapide  
calamina-  
ri seu Gri-  
seo.

## Ulcus cum Contusione carnis subjectæ ul- ceri quid, & quomodo curandum?

Ulcus ex contusione vel contritione carnis in aliqua parte  
ein offener Schade vom stossen oder zerknischung des Flei-  
sches. Nisi in ulcere ex contusione caro contusa & cruor suffu-  
sus per putrefactionem in pus convertatur, ulcus persanari ne-  
quit, quam primum itaq; contusio seu contritio carnis in aliqua  
particula intumescit & ulcerationem minatur, statim loco af-  
fecto remedia suppurantia & putrefacientia quæ tempera mento  
calida & humida esse debent, sunt imponenda, qualia reme-  
diorum genera supra in tabulis remed. Chirurg. & in curati-  
one tumorum passim supra à nobis proposita. Et primum itaq;  
contusus locus aq. cal. Spongiâ exceptâ diu multumq; foveatur;  
deinde sequentia Catapl. imponantur R. far. hord. ℥. iiij. aq.  
q. s. quæ subacta concoquantur in pultis formam ac deinde Ol.  
Cham. q. s. admisc. fiat Catapl. & singulis diebus bis calide im-  
ponatur Aut R. Medul. pan. tritic. q. s. quæ subacta conco-  
quantur in pultis formam & deinde Ol. Chamæ. q. s. admisc.

De ulcere  
cum con-  
tusione.

Curatio.

Suppu-  
rantia.

Chimici  
utuntur  
Emplastr.  
stipt. Crol-  
lij, ex Me-  
l. loto Pa-  
racelsi.



## FRANCISCI JOELIS

fiat Catapl. & singulis diebus bis calidum imponatur. Aut R. Medull. pan. tritic. q. s. & in ferventi aq. in qua rad. Alch. & Malv. sunt incocta maceretur & exprimatur cui admisc. Ol. Chamō. q. s. fiat Catapl. Aut R. herb. Malv. viola. ana M. j. Rad. Alch. ℥. s. concisa coquantur in lute carniū bovillarum sine sale ad mollitiem quæ expressa conterantur in mortario & per cribrum instar pulvis excernantur cui admisc. far. hord. ℥. ij. Ol. Chamē. & Buty. sine sale ana ℥. j. s. vitell. ovo. No. ij. fiat Catapl. Hisce remedijs contusa carne in pus conversa mundificetur ulcus aut Ung. Apost. aut Egypt. linamentis excepto & ulceri imposito, Deinde exicceatur in sperso pulv. croci Martis, & nova caro producat per sarcotica remed. & ulcus ad cicatricem deducatur Empl. de Lithar. aut de vernice pictorum imposito.

Reliqua  
curatio.

Ulcus cum carnis superflue excreſcentia quid,  
quæ causæ, & quomodo curandum?

De ulcere  
cum Hy.  
perſarcoſi

Causæ hy-  
perſarcoſis

Curatio

Causticia.

Chimicis  
in ijsa est  
Mercuri-  
us subli-  
matus &  
Ol. e jus;

ὑπερσάρκωσις. ἐν τῷ ἔλκει Inmoderata excreſcentia carnis  
in ulc. Wild Fleisch in dem offenen Schaden est tale ulcus in  
quo caro luxurians & supra modum excreſcens consolidationem  
impedit & sæpè nisi tempeſtivè removeatur deformem eminenti-  
am & vestigium extuberantis carnis, post inductam cicatricem  
relinquit; luxurians autem ejusmodi caro in ulcere producitur  
aut ob largiorem affluxum inculpatis sanguinis, aut ob sarcoti-  
corum remed. validiorem attractionem præſertim in parum be-  
nè emundatis ulceribus; statim itaq; ubi vel in ulcere vel vulne-  
re caro extuberans conſpiciatur remedijs moderatè causti-  
cis & erodentibus caro luxurians liqueſiat & abſumatur an-  
tequam ulcus ad cicatricem deveniat. Exedunt autem carnem  
superfluam Ung. Egypt. aut Apostol. cum linicinijs exceptum  
& im-

& im-



## DE ULCERE VARICOSO

& impos. aut ablutione cum Muria aut inspersa carni luxuri-  
 anti tenuiss. pul. aut Ærug. aut alum. usti quibus si domari e-  
 radicariq; luxurians caro nequeant, præstat ipsam auro canden-  
 ti si æger tolerare velit, inurere. Obseruandum autem in causti-  
 corum remed. impositione, ne eorum usurpatione adiacentes  
 partes inflammentur doloresq; excitentur, ideò adiacentes par-  
 tes ante impositionem Causticorum utilis. inunguntur Ung. ex  
 cerusa aut ung. ex bolo vulgato cum Ol. Rosa. temperato Ex-  
 stirpata carne super vacanea ulcus ipsum mundificetur & exic-  
 setur præscriptis remed. impositoq; aut Empl. de Ærug. aut de  
 Litharg. aut alio aliquo quod ulcus ipsum familiariter tollera-  
 re queat, consolidetur & ad cicatricem deducatur.

## ULCUS VARICOSUM QUID, ET qua ratione curandum?

ἑλκος μετὰ κίρσιν ulcus cum varice copulatum, ein offener  
 Schade darin de Aderen geschwollen heraus stehen. Varices  
 κίρσιν sunt venæ dilatatae impuro melancholico sanguine refer-  
 te extra cutem præsertim in cruribus protuberantes, inde ul-  
 cus uaricosum nominatur in quo venæ sanguine turgidæ  
 extuberant, ex quibus semper tenuior & aquosior sangui-  
 nis pars in ipsum ulc<sup>o</sup> persudat ulcerisq; curationem remoratur;  
 in quocūq; ulcere ejusmodi tumida vena conspicitur, nisi maturè  
 excindatur ulceris sanatio sequi minimè potest: in curatione  
 itaq; varicosi ulceris necessum est ut ipsum ulcus juxta extube-  
 rantem venã ab utraq; parte nouaculâ simplici incisione incida-  
 tur & venæ turgentis utraq; pars à carne connexa scalpello ar-  
 tificiose liberetur, & hamo obtuso vel volsella instrumento sur-  
 sum ex ulcere trahatur, & binis funiculis ex serico filo contex-

S 3

tis sub

133.

dem, Ol.  
 Vitriol.  
 Auripi-  
 gment. Ar-  
 timon. Ni-  
 tri, salis  
 sulphuris,  
 spir sapo-  
 nis, salsis

De Ulcere  
varicoso

Varices  
quid

Curatio  
varicis



Ulcus subligetur atq; ex intercepta vinculis parte scalpello incisa sanguis subtrahatur; atq; tota tandem pars inter utrumq; vinculum quod ulceri incumberebat excindatur ac postea ulcus ipsum vino tepido cui Ol. Hyperici. est commixtum à sanguine & omni impuritate eluatur & spongia molli abstergatur & convenientibus Empl. consolidetur. At vero ubi venæ pars ex ulc. extuberans propter ægri impatientiam præcidi nequeat, tum ulceri suppurantia & putrefac. remed. qualia inter Chirurg. pharm. & paulo ante in ulcerum excontusione carnis curatione præscriptissimus imponantur, donec subligata illa pars venæ una cum funiculis putrefacta spontè procidat, id quod per dies aliquot fieri consuevit, quo peracto tandem ulcus mundificetur Unguento Egyptiaco. & sarcoticis remed. Emplastrisq; aut de Lithar. aut de Erugi. aut de vernice aut quod ulceri accommodatissimum esse videbitur, consolidetur & ad cicatricem deducatur.

Ulcus denuò disruptum quid, quæ disruptionis causæ, & quomodo curandum?

De ulcere denuò disrupto.

Due cause cur ulcera recrudescant,

Ελκος ἐξ ὑπαρχῆς ῥαγὲν ulcus renovatum aut denuò disruptum ein alter Schade von new auffgebroschen / est ulcus quod antea persanatum & ad cicatricem deductum processu temporis sine ulla evidenti causa iterum disruptum & excoriatum est. Due sunt potissimum causæ renovationis persanatorum ulcerum; una est alicujus vitiosi ac virulenti humoris irruptio & collectio in locum affectum, & ulceris in priori curatione à virulentis humoribus parum bona & sufficiens mundificatio; Quibus autem remedijs virulenti humores in ulcere expurgandi absorbendiq; sint; paulo post in virulentorum curatione docebimus. Secunda causa denuò disrupti ulceris est ossis ulceris subjecti corruptio & in cariem conversio. Quemadmodum enim in vulnere si ossis

si ossis



## DE ULCERE DENUO DISRUPTO.

135

Si ossis particula à suo toto dirupta & resoluta etiam minutissima contineatur, eo usque remoratur vulneris consolidatio donec ossiculum vulnere in hærens vel à natura protrudatur vel arte eximatur. Ita in ulcere si os ulceri subjectum sit corruptum aut cariosum effectum ejus curationem remoratur, vel etiam si ad tempus cicatricem admisit & cute sit contextum, paulo tamen post denuo dirumpitur ulcusque renovatur. In ejusmodi itaque ulceribus persanandis prima cura esse debet ossis corrupti remotio, quo sublato ulcus ipsum præscriptis remediis facilem consequitur sanationem. Ex quibus autem causis os in ulcere corrumpatur cariosumque efficiatur & qua ratione removeri ulcusque curari debeat, nunc breviter declarabitur.

Curatio

Os ulceri subjectum quibus ex causis corrumpitur, quibus notis deprehenditur & qua ratione & os corruptum & ulcus inde renovatum curari debet?

De Ossis  
corruptio-  
ne in ulce-  
re.

Corruptio ossis in ulcere verolmung oder verbrennung der Knaken in dem offenen Schaden. Est autem ossis corruptio ubi ossis cui ulcus incumbit pori h. e. exilia foramina fæda & virulenta colluvie maxime in malignis & dururnis ulceribus infarciuntur & imbuuntur, quæ sua maligna & venenata qualitate os ipsum instar cariei in lignis exedunt & resoluunt atque exurunt. Tale enim corruptum os suo tandem virulento madore quem subinde in carnem incumbente persudat ac profundit, carnem ipsam inficit & cutem ulceri obductam exedit & dirumpit. Porro ossis corrupti in profundis ulceribus constitutio non prius dignosci potest quam ubi ulcus per artificiosam incisionem dilatetur & ab incumbente carne denudetur, vel ubi ulcus amplum sit & os ipsum visui conspicuum, tum hæc signa ossis corrupti

διαφθορῆ  
ὀστέων ἐν  
ἐλκεσιν

Dignotio  
ossis cor-  
rupti.



Curatio  
per Chi-  
urgiam

rupti se offerunt, ossis nigrities & pinguedo apparet quasi Olee  
esset oblinita, item mollities ac caries ita ut quovis acuto instru-  
mento tanquam creta facilimè abradi & in pulverem redigi  
queat. In curatione ulceris cui os corruptum & cariosum sub-  
jacet, omnium primum quicquid in osse corrupto & carioso con-  
spicitur, id omne à carne & adjacentibus partibus artis indu-  
stria liberandum & denudandum erit, moxq; adaptato ferreo  
instrumento omnis putredo & caries usq; ad duras albasq; ossis  
partes deradenda erit, vel donec sanguinolenta quadam ru-  
bedo in abrafo osse apparet, & ita tandem ut omnis viru-  
lensus humor ossi imbutus radicitus absorbeatur, ad ul-  
ceris amplitudinem ferrum foramine amplo pervium corru-  
pto ossi imponatur quod ulceris labia invicem distende-  
re & undiq; vallare queat, carnemq; adjacentem ab ustione  
communire, in cuius foramen aliud ferrum densum & ad am-  
plitudinem ossis corrupti adaptatum candens imponatur, ossiq;  
ipsi semel atq; iterum imprimatur, osq; corruptum inuratur,  
ita enim omnis virulentus humor ex osse à cādenti ferro absor-  
betur. At ubi ossis vitium & caries altius in os penetret, quàm  
ut abradi queat, ferreo terebello perforando usq; ad sanum &  
durum os corrupti ossis altitudo exploretur, & ipsum vitia-  
tum os multis foraminibus terebello perforetur & quasi exca-  
vetur, ac demum candenti ferro cum suo ferreo vallatorio inu-  
ratur; Si vero totum & integrum os cui ulcus incumbit jam  
Sphacelum patitur, non antea est speranda ulceris sanatio, do-  
nec illud totum os corruptum sit præcisum exemptumq;. Sunt ta-  
men qui corruptum os exstirpare conentur remedijs; quæ sanè  
mibi videntur imbecilliora esse, quam ut aliquid stabilis sana-  
tionis ulceri adferre queant, (nisi fortè in superficiali ossis cor-  
ruptione) eorum nos hoc loco pauca recitabimus.

R. Pul.



## DE OSSIS CORRUPTIONE

**R** Pul, sem. Hyosch. Attramenti Sutorij, Pul. Peucedana a. p. commixta ulceri & ossi corrupto imponantur. Ego efficacius remedium esse judico Ol. Vitr. Ossi corrupto & Carioso eo usq; illitum, donec os corruptum exedatur & album durumq; appareat, & tum quidem ab illinitione olej statim est abstinendum; quod non modo corruptum, sed & sanum os resolvit & instar calcis friabile efficit, ideo parum bene consulunt qui Ol. Vitr. crebrius dentibus illinire docent, Etsi enim eos candidissimos efficiat, tamen crebrior usus eos calcinat & friabiles reddit, Osse corrupto in ulcere remoto & per candens ferrum inusto & exiccato, ossis cavitati per triduum Ol. Rosa. & albu. ovi simul concussa infundantur, ac iterum sequentibus tribus diebus Ol. Rosa. cum luteo ovi commixtum eidem imponatur, ac postea Linimento ex buty. rec. & melle rosa. contemperatis irrigetur & illinatur. His probe peractis securè tandem ad curationem ulceris animus convertitur, quod mundificando, carnem bonam generando, ulcus conglutinando & cicatricem inducendo remedijs jam toties commemoratis ad sanitatem perfectam facile deduci potest. Hoc loco satis erit Empl. Avicennae ad ulcera ex ossis corruptione excitata adjecisse, quod is mirabile Empl. nominat, cujus formula sic habet; **R.** Aristol. long. Ireos, Myrrhæ, Aloes. Oppopo. Thuris, Terræ ex fornacibus pistorum scorie aris, cortic. pini, vel earum loco nucum pini ana z ij Tenuiss. puluerisata subigantur cum q. s. mellis fiat Empl. vel imponatur Empl. de Ærug. vel de vernice pictorum.

**Ulcus verminosum quid, quæ causæ generationis vermium in ulcere, & quomodo vermes extirpandi, ulcusq; curandum?**

*ελκος σκωλικόν, ein offener schade darinne Würme gewachsen*

**Curatio**  
per medicamenta  
Chimicis  
prater Oleum Vitrioli lapis  
corrosivus  
aq. inferorum seu  
spiritus vini Mercur. sublimat. mistus in usu est.  
Oleum vitrioli ossa reddit friabilia.  
Osse corrupto remoto quid faciendum.  
Emplastrum Avicennae ad ulcera ex ossis corruptione nata.

*De ulcere verminoso*



## DE ULCERE DOLOROSO.

wachsen sein / est *ulcus* in quo *vermiculi*, *similes* *ijs*, qui in carne putrefacta generantur, scatent, & curationem ulceris impediunt.

Cause generationis vermium.

**C A U S A** generationis *vermiculorum* sunt humores crassi & putridi in loco calido conclusi; sic *pediculi* in poris cutis exsorde; Sic *Sirones* vocata *animalcula* sub *cuticula* *die* *Suren* sic *Lumbrici* in *Intestinis*, & ita omnis generis *vermes* in cæno-  
sis & humidis locis pronascuntur, teste *Aristotele*; De putrido-  
verò *ulcere* ejusq; causis & curatione paulo post in malignorum

Cura ulceris verminosi.

*ulc.* tractatione, fusius differemus. Satis hoc loco fuerit *vermi-*  
*um* *ulceribus* exterminationem duntaxat per convenientia re-  
media indicasse: ubi itaq; in *ulc.* aliquo *vermes* scatere conspici-  
untur, excrementitium humorem corruptum & putrefactum eo  
in *ulcere* redundare statuendum est, quod in curatione *vermi-*  
*culorum* tanquam eorum materia omnium primum abstergen-  
dus & evacuandus erit.

Quæ vermes interficiunt & educunt.

Absterfo *ulcere* instillanda sunt remedia quæ *vermiculos*  
interimere & ex *ulc.* protrahere queant; inter quæ non modo  
*vermes* interficiunt, verum & putrefactam colluviem abster-  
gunt & emundant succ. & decocta *Centau. Min. Absinth. Eu-*  
*pat. sive Agrimo. Marrubij & Sabina*, si hæc vel singula vel  
simul mixta *ulceri* infundantur subindeq; instillentur & cum *ijs*  
abluatur.

Chimici  
commen-  
dant lapid  
medica-  
mentosum  
Crollij, spi-  
rit. mellis  
& salis  
spirit. vini  
cum Egy-  
ptiaco,  
balsam. sa-  
lis, sul-  
phur. Ru-  
landi, sac-  
ch. saturni

Efficaciora tamen hæc efficiuntur si decocto aut succo non-  
nihil *Ol. Vitr. admisc.* & *Empl.* aliquod attractivum quale est  
de *Lithargir.* aut simile imponatur. Exstirpatis *vermibus* ul-  
cus ipsum, ut jam in putridorum *ulcerum* cura-  
tione edocebimus, persanari  
potest.

DE E



DE ULCERIBUS MALIGNIS ET  
CURATU DIFFICILIBUS.

Malignorum ulcerum nomenclaturæ, causæ  
generales & differentiæ sive Species atq;  
curatio generalis quæ?

*Omnia maligna ulcera curatu sunt difficilia, & omnia quæ  
difficulter curationem recipiunt inter maligna referri debent.  
Maligna verò ulcera generali vocabulo Græcis κρηθή &  
δυσεπλόια i. e. difficulter cicatricem admittentia nominantur.  
Ne autem varietate Synonimorum quæ malignis ulc. cum à  
Græcis tum à Latinis attribuuntur, animi Chirurgiæ studioso-  
rum distrabantur, ea hoc loco breviter enumerabo. Ulcera κρηθή  
nominantur & ulcera ferocia, rebellia, dolosa & curatu  
difficilia, ac ubi ad summam malignitatem pervenerunt & vel  
rarò vel nunquam humana industria curari possunt, nominan-  
tur ulc. Chironia & Telephia.*

*Porro malignorum ulcerum generales causæ sunt aut for-  
didi aut virulenti acresq; & erodentes humores, vel ex toto cor-  
pore Cacochimico, vel ex viscere vitiato, cerebro, Iecinore, Lie-  
ne, Matrice & ad locum sive particulam aliquam defluentes &  
collecti, non obstante quod Paracelsus hanc veram opinionem  
derideat & alia quædam salsamenta fingat ulcerum causas esse,  
& ridiculam quæstionem contra nostram opinionem opponat in-  
quiens; Si vitiosi humores ex Epate aut Liene profluentes sint  
causæ ulcerum, cur ipsi humores non potius in Iecinore aut Lie-  
ne quam in pedibus aut alijs externis partibus ulcus ipsum effo-  
diunt; quam ridiculam quæstionem ut responsione in dignam,  
pueris solvendam committimus. Item est quoq; ulcerum causa*

T 2

imbe-

De Ulceri-  
bus malignis & cu-  
ratu diffi-  
cilibus.Maligno-  
rum ulce-  
rum appel-  
lationes.Causa eo-  
rundem.



Differen-  
tia.

imbecillitas ac vitiosa constitutio affectæ partis vel pars aliqua venenata qualitate imbuta. Augent autem malignitatem humorum & remorantur sanationem ulceris ut in superioribus dixim<sup>o</sup>, prava illa Symptomata cum ulc. copulata, ut est dolor, inflammatio labiorum ulcerum callositas ac durities rotunditasq<sup>ue</sup>, varix, os corruptum in ulc. totius corporis plethora & cacochymia, de quorum Symptomatum sublatione, paulò ante tradidimus. Differentias autem sive species ulc. malignorum ut perspicuitati serviamus, nos in tria genera cum suis Speciebus distribuemus; videlicet in ulcus simpliciter malignum, cujus Species sunt, in ulcus putridum & sordidum: & ulcus profundum; cujus Species sunt ulcera fistulosa & cuniculosa 3. in ulcus virulentum, cujus Species sunt ulcera depascentia, exedentia, & Cancrosa; quarum specierum curationem sigillatim in sequentibus tradituri sumus; nunc generalem curationem subjungere satis esse arbitramur.

Curatio  
generalis  
& uni-  
versalis.

In generali curatione omnium malignorum Ulcerum initio diligenter consideranda sunt cause singulorum malignorum ulcerum & si quæ sunt copulata Symptomata, statimq<sup>ue</sup> victus ratio causis ulcerum contraria instituenda, ac medicatio tali methodo molienda Si corp<sup>o</sup> ægri sit Phletoric, per venæ sectionē, se Cacochymicon per convenientia humorib. vitiosis remed. evacuandum, præmissis vitiosorum humorum concoctionibus & extenuationibus. Si verò defluxio ad ulc. maligna ex uno duntaxat viscere imbecilli incumbat, illud ipsum viscus obstructum quidem aperire & colluvie humorum gravatum abstergere ac corroborare oportet; per quæ autem remediorum genera hæc sint peragenda, in superioribus abundè demonstravimus.

Tandem si Ulceri maligno Symptomata sunt connexa, ea quam primum auferenda aut saltem mitiganda veniunt: ac ita tandem

tandem



## DE ULCERIBUS MALIGNIS.

zandem ad Topica remedia accedendum erit; Eorum autem remedi-  
 orum habendus est delectus, non enim omnia remed. qui-  
 busvis ulc. convenientia sunt; Sed alia alijs magis sunt salu-  
 taria, alijs vero noxia. In genere autem omnia maligna Ulc.  
 ad sui curationem valde exiccantia & abstergentia, omnis ta-  
 men acrimoniae & mordicationis expertia postulant, quae aut  
 in forma liquoris lavamentiq; aut pulv. aut Empl. applicari  
 possunt ac debent; Quae porro Topica remedia quibus ulceribus  
 magis sint salutaria, id Medicus siue Chirurgus experiundo  
 dignoscet, & ex ijs ea tantum usurpabit, quae juvant pluri-  
 mum, aut saltem nullam inferunt noxam; Ex quibus autem  
 ulcus vel sordidius vel malignius & quasi à Cane erosum reddi  
 conspicitur, ea protinus removebit abijcietq;. Convenientissi-  
 ma autem cuilibet ulcere maligno remedia sunt, quae, ut diximus  
 probè exiccant & abstergunt, carnemq; bonam generant; ul-  
 ceris labia contrahunt, conglutinant & Cicatricem inducunt;

Inter hæc ex simplicioribus nobiliora habentur  
 Pul. tenuiss. Antimo. præp. Sarco. Plumbi vsti, squamma  
 eris, & ferri; Uocamus autem squammas, quae ex metallis du-  
 rioribus violenta percussione siue malleatione decidunt; hæ au-  
 tem præparandæ sunt prius & extinguendæ candentes in aceto  
 rosar; ejus quoq; generis sunt pulvis Cort. granator. combustor.  
 & rad. Aristo. utr. & fol. Centau. min. Veron. & Millefol. Ex  
 quibus & decocta siue lavamenta & pul. confici possunt, ulcere-  
 busq; instillari atq; inspergi. Ex remed. compositis malignis ulc.  
 nobiliora sunt quae nunc subijciemus. In primis autem aq. stilla-  
 tit. sequens. R. Therebinth decies elotæ ℥. j. s. Vernicis pi-  
 storum ℥. j. Pul. Olibani ℥. ij. aq. Iunip. ℥. j. Commisc. subi-  
 ganturq; & in Vitrea cucurbita in arenam aut cinerem colloca-  
 ta lento igne, Chimico artificio destillentur, cujus stillaticei li-

T 3

quoris

141.  
 Topica es-  
 rumq; de-  
 lectus.

Topico-  
 rum ma-  
 teria.

Simplicia.

Composita.



quorū malignis ulc. crebro q. s. instilletur vel linteolis exceptus  
 instar Epithematis imponatur. Aut R. pul. nitrati pro arbitrio  
 & in Vini q. s. resolvatur linteolisq; exceptum ulceribus mali-  
 gnis imponatur, abstergit enim & mundificat atq; consolidat  
 ulc. maligna curatuque difficilia, cum ratione Nitri tum ratio-  
 ne Sulph. Aut in Mense Majo sudo Coelo & ante ortum  
 Solis mundis. linteolis Ros matucinus colligatur in locis trifo-  
 lio luxuriantibus. Sit autem roris satis magna copia in quo de-  
 coquantur in duplici vase pul. thuris Mastich. ana in singulis  
 roris libris Camph. ℥. ij. Alum. ℥. j. atq; eo liquore indies bis-  
 terve abluatur abstergatur & linteolis excepto imbuatur ul-  
 cus malignum.

Laudatis. quoque habetur sequens Empl. R. Cadmia,  
 Chrysocollae ana ℥. β. Aerug. usti ℥. j. Nucis Cupressi ℥. ij.  
 Ol. rosa. & Cerae ana q. s. fiat Empl. Aut. R. Vitr. ℥. j. Alum.  
 plumosi, Calcis viuae, Cort. malo. granat. ana ℥. s. Thuris,  
 Gallarum ana ℥. j. ℥. j. Cerae & Sevi vitulini ana q. s. Fiat s.  
 a. Empl. Aut R. Plumb: usti ℥. s. Cerae purae ℥. j. Ol. vete-  
 ris ℥. iij. Sevi Taur. Terebinth. ana ℥. s. fiat Empl. Aut  
 juxta Galen. R. ol. rosa. Cerae novae ana ℥. iij. Ceruse lotae ℥.  
 ij. Pul. salis Ammo. ℥. j. squamae aris praep. ℥. s. Thur. Alum.  
 Calc. viv. Aerug. Cort. granat. Cadmia ana ℥. ij. fiat Empl. Cū  
 autem in malignis ulc. omnibus curandis nihil magis sit neces-  
 sarium purificatione sanguinis, non potest salutaris cum ad  
 purif. tum ad per sanationem ulc. remedium excogitari quā  
 decoctum rad. vel Chynae vel sarmenti Indici si agro indies po-  
 tandum exhibeatur sudorq; excitetur. Quorum parandi & u-  
 tendi rationes in superioribus praescripsimus, plura remedio-  
 rum Topicorum genera in speciebus ulc. malignorum com-  
 memorabimus.

Sarza &  
 ebina.

ULCUS



DE ULCERE SORDIDO.

ULCUS FOETIDVM QVID,

& Quæ ejus Species?

Ελκος δυσωδές graveolens / ein stinckender Wöster / offener fauler schade / est in quo sordida excrementa per negligentiam computruerunt, & putrefacta sua venenata qualitate, ambientem quoq; carnem putrescere coegerunt, quæ ulcera tetrum exhalant odores. Fœtidi ulc. duæ sunt species, sordidum & putridum; Cum verò omne ulcus sordidum neglectum degeneret in putridum, & utrumq; ex iisdem proveniat causis eandemq; subordinatam habeat curandi rationem, nobis utriusq; curationem conjungere placuit.

De ulcere foetido.

Fœtidi ulceris duæ species.

ULCUS SORDIDUM ET PUTRIDUM

quid, quæ putrefactionis ulceris causæ &

quæ utriusq; curandi ratio?

Ελκος ρυπαρόν καί σειπρόν, est ubi ulcus sordido excremento imbutum & infarctum diutiusq; neglectum est Tumq; primum ipsæ sordes putrescunt & ulceri circumpositas carnes secam putrefaciunt, ac tandem qualitas putrescens latius serpens nisi tempestivè succurratur totam partem affectam in Gangrænam tandemq; in Sphacelum conijcit. Sordidum itaq; ulcus in specie dicitur Cavitas sorde h. e. crasso tenaci & fœdo excremento infarctâ. Est enim sordes, ut in superioribus adnotavimus, nutritivis humoris in assimilatione in crassam & lentam tenacem adeoq; fœdam materiam in partibus exulceratis conversio, quæ colore nonnunquam tetro, livido aut nigro conspicitur, ejusmodi in ulceribus sordes si tempestivè non eluatur abstergaturq; processu temporis venenatam concipit qualitatem, & suo contactu carnem propinquam unâ putrefacit, & rursus Caro putrefa-

De ulcere sordido & putrido.

Sordidum ulcus quid.

Sordes quid.



putridum  
Ulcus  
quid.

Cause pu  
trefactio-  
nis

Sordidi.  
Ulcus  
Curatio

Que sor-  
des eluunt  
& abster-  
gunt.

trefacta propinquam donec tota pars corrumpatur & emoriatur, veluti enim pomum putrescens suo contactu propinqua poma inficit ac putrefacit, ita putrida pars corporis semper propè adjacentes partes per consecutionem putrefacit & mortificat. Est itaq; putridum ulcus in quo non tantum excrementa sordida & Caropariis affecta putrescere & emori incipit, atq; in Gangrenam & cadaver terminatur.

Cause putrefactionis in ulceribus est 1. sordium Crassities & ad putrefactionem aptitudo 2. Loci siue Cavitationis ule. humiditas cum imbecilli caliditate; carnis autem exulcerata putrefactionis cause sunt contactus sordium putridarum & venenata Qualitate imbutarum 3. Obstructio arteriarum in partibus affectis per crassitiem sordium qua spiritus & Calorem innatum ne ad partes exulceratas profluere queant, intercepto enim vel extincto nativo calore in aliqua substantia partis, necessario subsequitur ejusdem partis corruptio, putrefactio & mortificatio.

Curatio itaq; sordidi ulceris nondum putrefacti magna ex parte consistit in sordium remotione, & accurata deterfione: Quamprimum itaq; sordes in aliquo ulc. comparuerit, statim diligenter abstergi & emundari debet. Quibus autem remediis deterforiis sordidum ulcus emundandum sit, jam antea non semel in superioribus tradidimus, ex quibus hoc loco probatio- ra tantum recensebimus. Initiò crebrò eluatur ulcus sordidum aut aq. mar. aut salsuginosa aut Hydrom. & decocto Veron. cujus decocti singulis libris si ʒ. i. Ol. vitrioli admisc. magis abstergit & mundificat; post ablutionem illinatur ulceris sequens linimentum. R. lixiu. acerr. ʒ. iij. Mercur. præcip. ʒ. j. Mellis rosa. ʒ. ij. leniter concoquantur ad Linimenti formam, aut sordido ulceri imponantur unguenta Egypt. & Apost. linea-  
mentis



## DE ULCERE SORDIDO

148

mentis carptis excepta. Ea ratione sorde absterfa imponatur se-  
quens Catapl. R. far. hord. ℥ iij Pul. Myrrha ℥ j s. Succ.  
Centa. mi. Absinth. ana. ℥ ij Mellis rose. q. s. Coquantur ad  
succ. absumptionem fiat Catapl.

Sed omnium præstantiss. poss. ulc. ablutionem sordes mun-  
dificat & expurgat ipsumq. ulcus persanat pul. Merc. præcip. in-  
spersus; Est autem Mercur. præcip. argentum Vivum cum  
aq. forti Chemicorum in calcem adustam calcinatū. Sorde probè  
absterfa carnis generatio, ulceris conglutinatio & Cicatricis in-  
ductio per impositionem Empl. de Erugi. aut de Vernice aut de  
Litarg. molienda est. Porro ubi jam sordes eò malignitatis per-  
venit ut in Ulc. non ipsa tantum sordes sed unâ & circumiacens  
caro corrumpi & putrescere incipiat, id quod ex fædo  
ulc. colore & fætoe facile dignosci potest, tum ulcus putri-  
dum nominatur, cujus curatio tali methodo institui debet.  
Primum præscribatur agro victus ratio pro Natura & tem-  
peramento corporis humori in corpore redundantanti adversans  
probumq. generans sanguinem, parca autem & tenuis, inter  
quæ laudabilia sunt alimenta Caro pull. gall. Caro vitulina,  
Ovella, Oua sorbil. & juscula ex præscriptis desumpta, potus  
esto aut Vinum aut Hydromel. 2. Corpore plethorico exi-  
stente ex Vena Epatica dextra sanguis detrahatur; Cacochimico  
verò existēte corpore redundans & vitiosus humor convenienti-  
bus remediis subducatur, quorum sylvam in superioribus tra-  
didimus. 3. Præclarè facit ad universam malignorum ul-  
cerum curationem usurpatio decocti rad. Chynæ vel sarmen-  
ti Indici, cuius & præparandi & utendi rationem supra in cu-  
ratione morbi Gallici proposuimus. 4. His omnibus ita per-  
actis ad Topica sordes putridas ex ulc. detergentia & putrefa-  
ctam Carnem à sanis partibus resolventia & extirpantia acce-  
dendum

Curatio  
Ulceris  
putridi.  
Univer-  
salis

Topica

V

dendum



Vtile e-  
tiam in  
hoc affo-  
Etu est Ma-  
gister Per-  
ficaria,  
Essent. Ly-  
thargiry.  
Solutio  
Mercur.  
sublimat.  
cum aq.  
Plantag.  
attempe-  
rata, Mū-  
dificativ.  
Paracels.  
cum vel si-  
ne Preci-  
pitato, O-  
podeloch.

dendum erit, Resolvunt autem & abstergunt sordes putridas ex ulc. quæ subijciemus remedia. Initio itaq; crebro eluatur ulcus sordidum acris. xij. vis ex sarmento Vitis confecto, aut salis-  
gine piscium, ablutoq; ulceri imponatur sequens Catapl. R. Carnium halecum salitorum probè contus. Scyllæ aut ejus loco Ceparum contusarum ana ℥ ij Pul. Aristo. long. farinae Oro-  
bi ana ℥ j Mellis ℥ j. s. Vini austeri q. s. Concoquantur in formam pultis fiat catapl. Reliqua deterfioria remedia ex ta-  
bel. remed. Chirurg. peti possunt.

Porro ubi jam non solum sordes in Ulc. sed & caro circum-  
iacens computruit, tum validiora & quæ carnem putridam à sana separare queant, qualia in Gangrenæ curatione proposui-  
mus, applicari debent; Inter quæ celebriora adnotabimus. In putrido itaq; ulc. curando, primum abluatur detergaturq; fœda sordes, & ut ex carne iam putrefacta circum ulcus omnis sanguis infectus malignusq; elici & extrahi queat, applicare debemus vel Hirud. vel Cucurb. cum scarificatione, moxq; per ulceris ambitum sana pars & nondum corrupta caro inungatur defensorio Linimento ex Ol. Rosa. vel Nymph. & Bolo Ger-  
ma. confecto, ac tandem ut putrefacta caro sine noxa à viva separetur extirpeturq;, unum ex seq. causc. remediis quod convenientiss. videbitur corruptæ carni imponatur. R. Pul. Calcis vivæ Alum. Cort. granat. ana ℥ vi. Thur. Gallarum ana ℥ s. Tragac. ℥ j. Ol. Veteris & Cere q. ad excipien-  
dum sufficiat. fiat Empl. Aut. R. Vitriol. ℥ i s Calc. vivæ ℥ i z ij. Trag. ℥ i z i. Aceti vinacei q. s. Commisc. & in Linimen-  
ti formam reducantur, Linamentis carptis excepta putre-  
factis partibus imponatur; quibus si putrefactæ carnes ex-  
stirpari separariq; à sanis nequeant sed putredo virulenta latius  
latiusq; serpat, validiora imponi debent Caustica, in Gan-  
grena:



DE ULCERE SORDIDO

147

grenæ curatione proposuimus 3. qualia sunt Arsen. sublim. aut Mercur. sublim. vel potius sublevatum. Sublevatur autem Arsenicum arte Chym. per violentiam ignis.

Pul. Arse. in Cucurb. vitream imposito & supra Cucurb. Galea sine rostro quam Alembicum Coecum artifices uocant, in ignemq; collocata; vapor enim Arsenici ascendens in galea instar fuliginis colligitur & adhærescit, quod Arsen. subleuatium dicitur; eadem ratione & Mercurius h. e. argentum vivum & sulphur sublevatur præparaturq;, Utrumq; autem & Mercur. & Arsen. tenuissime pulverisatum aut cum aceto in Linimenti formam redactum & carni putridæ impositum, emortuam carnem à viva potentissimè revellit & funditus extirpat, Sed non sine ingenti cruciatu. Sublata carne putrida omniq; deterfa sorditie, dolor in ulcere mitigari debet anodynis remedijs, quæ supra in Chirurgicis remedijs & curatione Tumorum proposita sunt; tandem ulcus subinde mundificetur imposito seq. Linimento R. Mellis rosa. ℥j. Terebinthine lotæ cum aq. Plantag. ℥ij. Succij Apij, Plantag. Absinth. ana ℥ij lento igne resoluta coquantur ad succorum evaporacionem & percolentur hisq; admisc. far. hord. Orobianæ ℥iij Sarcocol. ℥i fiat linimentum; postremo imponantur ulceri carnem generantia simul conglutinantia & cicatricem inducentia, qualia sunt Empl. de Litharg. de Ærug. de Vernice &c. quibus perfecte persanabitur ulcus. Verum ubi tota pars affecta conputruit, nec restauratio sperari potest, tum ad extremum carnicum sævum remed. descendendum erit, & emortua pars juxta præscriptum Poetæ, ense rescindendum est ne pars sincera trahatur. Rescissa parte putrefacta reliqua sana pars instar ulcerum debito modo persanetur.

Ar senicū  
& Mercurij  
Sublimatio

2 V

ULCUS



FRANCISCI JOELIS  
 ULCUS PROFUNDUM QUID  
 & Quæ ejus Species?

De Ulcere  
 profundo  
 seu fistulo-  
 so & sinu-  
 lofo

Ελκος βάθειον ειντεϊφ löchrich / offener schade. Profun-  
 da ulcera dicuntur in quibus sordida excrementa generata &  
 collecta sua maligna qualitate carnem ulceris altius effodiunt  
 & dilatant & inter κρηίθη & δυσπείδη h. e. maligna & dif-  
 ficilis curationis referuntur. Duas constituunt Chirurghi pro-  
 fundorum ulc. species, ulcus fistulosum & sinuosum, siue cunicu-  
 losum, quæ quia easdem habent causas & similem curandi ratio-  
 nem, nos nullam inter ea ponimus differentiam, nisi fistulam  
 simplicem & cuniculosam & utriusq. tractationem simul con-  
 jungemus.

De sinu &  
 Fistula

Fistula & Cavernosum Ulcus quid est, quæ  
 causæ, quæ differentiæ, quæ prognostica, ac  
 qua ratione curandum?

Fistula  
 quid?

Σύειγξ κὶ κρηπίδες ἔλκος, eine fistel oder röhrlöcheriger  
 schade. Hac duo, fistulosum & cuniculosum ulcus, ut diximus,  
 non differunt, etiamsi ex alterius videlicet fistulæ à duritie &  
 callositate differentiam ponant, ex iisdem enim causis generan-  
 tur & iisdem remediis curari possunt. Est autem Fistula vel fi-  
 stulosum ulcus ex malignorum & non facile curationem admit-  
 tentium genere, quod orificium habet angustum constrictum cal-  
 losum & ut plurimum rotundum. In fundo autem sese expandit  
 atq. dilatat, ex quo aut sordida aut saniosa colluvies sine dolore  
 emanat ac profluit. Cuniculosum itaq. ulcus à fistula non dif-  
 fere, nisi quod fistula unum ac profundum habet sinum, cuni-  
 culosum verò plures habet cavernulas & ex singulis meatus ad  
 orifi-

Cuniculo-  
 sum Ulcus  
 quid?



## DE FISTULIS.

orificium ulceris procedit. Fistulosum ulcus plures habet differ-  
 rentias à situ & protensione Ulc. sumptas; aliud enim sub cute  
 per transversum producitur; aliud recta introrsum in subje-  
 ctam carnem effoditur, quod nonnunquam usq; ad ossa vel usq;  
 ad nervos vel usq; ad ligamenta, membranas & quandoq; usq;  
 ad interna viscera penetrat, Item aliud sursum aliud deorsum  
 aliud ad latera vergit.

*C A U S Æ* tum simplicium tum cuniculosarum fistularum  
 sunt aut sordidæ aut saniosæ colluvies in aliqua corporis parte  
 collectæ, vel in tumoribus non tempestivè apertis diutius reten-  
 tæ, aut aperto tumore & cicatrice obducto prius, quam probè ab  
 excrementis abstersus & expurgatus est, Itidem contingit &  
 in vulneribus perperam & malè curatis.

*S I G N A* fistularum cum Simpl. tum sinuosarum mani-  
 festa sunt, videlicet ulcus angusti & ut plurimum, rotundi ori-  
 ficij cum duritie sive callo, simile fistulis arundinaceis ut *Ægi-*  
*netæ* refert, ex quo aut sordes aut sanies tetra nunc spicea, nunc  
 livida, nunc nigra, nunc crassa crudaq; nunc tenuis ac serosa,  
 rubicunda aut alba aut feci similis profluit. Utrum autem fistu-  
 la sit simplex aut cuniculosa, exploratione indiget; exploratur  
 autem immisso specillo aut immissa candelula cerea, quæ facile  
 & sine impedimento ad cuniculos ulceris protrudi potest, & inve-  
 stigari ad quam partem & ubi finiatur ulcus, & quam multas  
 habeat cavernas, quin & ex compressione partis affectæ parti-  
 amq; ulceri circumiacentium facile deprehendi potest, ubi la-  
 teant sinus; compressa enim parte cuniculosa statim per osculum  
 fistulæ erumpit excrementum; qualitatem verò excrementi ex  
 ulc. profluentis visu deprehendere possumus, crassum enim sor-  
 ditatem denotat, tenue verò saniei in ulcere hærentis est signum;  
 quod si autem foetidum simul sit profluens excrementum, putre-  
 factionem ostendit.

149.

Fistula-  
 rum dif-  
 ferentia

Causæ  
 fistularum

V 2

Sig-



## FRANCISCI JOELIS

150  
Signa fistularum.  
Prognostica.

Signa prognostica in curatione fistularum hæc sunt observanda, Fistulosa ulcera in omnibus corporis partibus mollioribus excitari possunt, sed omnium maximè familiaria sunt partibus adenosiss & articulis, ut sunt Guttur, Mamma, Axilla, inguina; perniciosissima & curatu difficilia sunt ulcera fistulosa, quæ externas partes perforantes usq; ad viscera interna penetrant, ut thoracis fistula ad pulmones vel ad membranas costas succincentes, vel ad Epar aut Lienem, vel quæ in ventre & alijs excitata ad intestina & ad Matricem pertingit, similiter & periculosa est in gutture excitata fistula, ijs enim neq; sectio neq; adustio nec caustica remedia tuto adhiberi possunt. In senili, imbecilli & cacochimico corpore fistulosa ulcera ut plurimum incurabilia esse solent. Ulcus fistulosum sua sponte nunquam persanatur, & nisi callus destruat & maligna excrementa ex ulcere penitus emundentur, frustra tentatur curatio. Pus laudabile in fistuloso ulcere generatum ubi sine dolore profluere cœpit, ulceris conglutinationem & felicem persanationem promittit.

Curatio.

**CURATIO** fistulorum ulcerum perficitur per vitiosam rationem, Redundantis in corpore humoris evacuationem, per potiones, vitiosos humores exiccantes, per manuales operationem & per topica remedia ulcerum mundificationi conglutinationi & cicatricis inductioni convenientia, de quibus ordine breviter differendum nobis est.

Vitiosam  
ratio.

Vitiosam rationem præsertim in esculentis & potulentis in fistulosis ulceribus ejusmodi instituenda erit, quæ redundantibus in corpore humori quod ex habitu corporis deprehendi potest, causisq; ulcerum adversetur, & contraria sit, & quæ quam puriss. generet Chylum, qualem supra in morbi Gallici curatione & alibi passim abunde præscripsimus & talia quidem sunt ova sorbilia, carnes pullorum, galli, perdicum, vitulorum & juscula carniū bovilla-



## DE FISTULIS.

151.

bovillarum & juscula ex ovis. In potu conducit Vinum Rhenan. Hydromel & cerevisia clara perfectèq; concocta: ira, Venus, Mæror animi & crapula studiosè sunt fugienda. Quod ad vitiosorum humorum evacuationem attinet, si corpus sit plethoricum vena est secanda; si fistula sit supra Diaphragma, Epatica; si infra vena thalaris affecti lateris, sanguisq; largiter detrahendus. Si vero corpus cacochimū esse deprehenditur, redundans vitiosus humor ante evacuationem præparari & extenuari debet convenientibus remedijs supra in tabellis remediorum singulis humoribus concoquendis dicatorum enumeratis; ac tandem non semel tantum sed iterum atq; iterum interjectis tantum paucis diebus evacuetur. Corpore probè evacuato tandem reliquie vitiosorum humorum in visceribus venisq; capillaribus contenta sequentibus potionibus per totum curationis tempus exiccantur ac purificantur; ex ijs autem & colluviem in ipso ulc. exiccant & carnem bonam generant ulcusq; ipsum conglutinant hæc sequentia. R. Agrimon. cum rad. quæ Diosc. est Eupator. Plantag. ma. cum rad. fl. Centaur. min. Cardui benedicti, fol. Olive ubi haberi possunt, sin minus ejus loco herbæ veronic. ana M. s. Rad. Gentia, Asclep. Filicis. Herbis simul concisis & rad. crassulcule contusis macerentur per noctem cum vini Rhenan. ℥. iij. & altero die in Cantharo concoquantur per duas horas fiat potio, cujus ℥. v. mane & vesperi tepidæ exhibeantur.

Vena se-  
ctio & pur-  
gatio.

Potiones  
exiccantes.

Paracelsus in sua parva Chirurgia gloriatur se fistulas quasq; feliciter curasse sequenti decocto, ejus haustulo mane, vesperi & meridie propinato. R. Ciclamini, M. ij. Saniculæ M. j. Sophiæ herb. (quæ qualis sit per invidiam non explicavit Paracelsus, sed dicit tantū flores proferre cæruleos & in Illyria nasci. Ego autem cum nesciam quid sit Sophia, ejus loco veronicam herbam substituendam esse judicavi) M. s. Concisa deco-  
quan-



FRANCISCI JOELIS

152.

Chirurgia.

quantur cum vini Rhena. ℥. ij. in duplici vase fiat potio. Quibus admiscere jubet Paracelsus singulis Libris Ol. Garioph. stillat ℥. β. At ego his omnibus præfero usurpationem decocti rad. Chinæ vel sarmenti Indici, cujus parandi & utendi rationem in curatione morbi Gallici studiosis liberalissimè communicavi. His itaq; provisus ordinatisq; mox ad Chirurgiam h. e. manualem operationem, quæ circa ulcus fistulosum peragenda est, accedendum erit, omnium primum inspecta fistula si ulcus sit in parte libera & aperta, specillum aut Candela Cerea ulceri inseratur & accuratè exploretur sinus ulceris & amplitudo, cavernarumq; numerus & constitutio, ac utrum fistula sursum, deorsum, introrsum, vel ad latera se protendat, quin & excrementi in ulc. contenti consistentia, color & qualitas observanda erit, utrum videlicet sordidum sit aut saniosum aut ex his simul mixtum, deinde quæ Symptomata fistulæ sint copulata, plerumq; enim conjunctam habent aut duritiem aut præternaturalem calorem, quæ nisi prius removeantur, frustra tentatur curatio: Quibus autem remedijs singula Symptomata sint removenda, supra in curatione ulc. cum Symptom. copulatarum abunde proposuimus. Ubi itaq; fistulosum ulcus in aliqua parte ita sit dispositum, ut ejus orificium deorsum, fundus autem sursum vergat, tantum os fistulæ si angustius & justò strictius est scalpello aperiatur dilateturq; ut omnis colluvies ex ulc. liberè profluere queat, & retineatur apertum inferto orificio frustulo rad. Gentianæ fistulæ adaptato aut rad. Brion. aut inseratur orificio fistulæ frustū. Spongiæ cui filum est appensum; ita enim dilatatur orificium fistulæ ut commodius collyria aliaq; remedia fistulæ convenientia injici possint; pars autem affecta si ulla ratione fieri potest, ita disponatur & configuretur ut Orific. fistulæ deorsum spectet, Verum si id ulceris situs & partis affectæ constitu-

rio



## DE FISTULA.

153

zio non permittat, aut si fundus fistulae deorsum vel in trorsum vel ad latera vergat, tum industria manuum operatione ex opposita parte caro & cutis usq; ad sinum perfodiatur ut colluvies profluere queat, vel quod nobis magis aridet, ulcus ipsum ab ejus orificio usq; ad fundum & terminos finuum novacula incidatur aut auro vel ferro candenti usq; ad sinus incuruetur & omnis in ulc. callus exstirpetur; non enim alia ratione curari potest nisi exstirpatur callus, nec alia ratione callus exstirpari potest quam vel per incisionem vel per adustionem vel per causticorum remediorum violentam erosionem; At vero si fistulosum ulcus in aliqua nobili parte corporis, aut ubi venaerum & arteriarum est concursus abdito aliquo loco sit constitutum, ut sine periculo nec incidi nec inuri nec causticis remediis callus tolli queat & praescriptis vulnerariis potionibus non persanetur; tum factis fuerit Orificium ejus quatenus fieri potest dilatate & rebus jam dictis insertis apertum retinere, ut sordida colluvies libere profluere atq; collyria & liquores instillari queant, & tamen in ejusmodi fistulis calli exstirpatio molienda est, inserta si fieri potest, post elutionem ulc. quotidie nova radice Ellebori nigri.

Cum autem ex ejusmodi manuali operatione incidendo adurendo & caustica remedia imponendo ut plurimum haec Symptomata excitari consueverint, sanguinis eruptio dolor, & inflammatio, statim sanguinis fluor compescendus erit ovi albuminibus concussis & stupis mundis. exceptis fluentique ulceri impositis, aut alijs remedijs sanguinis eruptionem sistentibus quae supra inter remed. Chirur. & paulo post in curatione Ulc. commemorabuntur. Dolor similiter anodynjs remedijs dolorem mitigantibus quae supra in tumorum curatione proposita

Symptomatum  
Cura.

X

sunt



Topica

sunt, compressendus erit, Ica & inflammatio refrigerantibus sedari mitigariq; debet, ex quibus utilis est ut ulcus inflammatum eluatur decocto hordei aut hydromel. in quo concocti sunt flo. Rosa. & fl. granatorum; his omnibus rite & artificiosè peractis ad Topica remedia deveniendum erit, ac primum quidem in expurgando ulc. & abstergenda omni colluvie, si ve ea sit sordida si ve saniosa, hæc semper regula est observanda, quod omnibus ulceribus sordities abstersoria, sanies vero ad sui sanationem exiccantia desideret, Sordes quidem probè abstergit inter cætera Ol. Vitrioli; Saniem egregiè exiccant inter alia,

Confert  
hic Magi  
ster. Minij,  
Essent. be-  
deræ sani-  
cule. foli-  
or Rubi,  
consolid.  
vegal.

Ol. stillatit. ex Sulphure. Quotidie itaq; eluatur ulcus fistulos. aut Hydro. aut Vino rubeo in quo incoctæ sunt rad. Asclep. Aristol. longæ, Herb. Veronica, Agrimo. Thus & Myrrha prolibitu artificis, Aut decocto solius sarmentum Indici; Verum si sordes in ulc. tenacius inhaereant, acrioribus lavamentis est utendum, ut sunt acre lixivium cui mel rosa. est admixtum, aut ulc. imponantur linamenta inuncta Unguento Aegyptiaco aut Apostol. quibus si admisc. Ol. Vitr. efficacius fiet medicamentum; Quin & ipsum solum Ol. Vitrioli illitum omnem sordiciem egregiè abstergit.

Aut R. Terebinth. lotæ ℥. iij. Mel. ros. ℥. j. s. Pul. Aristol. rot. ℥. ij. Farinæ lupin. ℥. s. Succ. Apij, Cynogl. ana ℥. vi. coquantur fiatq; Unguentum. Aut imponatur ulceri sequens liquor si ve collyr. R. Vini sublimati si ve destillati ℥. ij. Vini Maluati. ℥. j. Mel. ros. ℥. s. Myrrh. ℥. ij. Sarcoc. Aloes ana ℥. j. s. Decoquantur leniter fiat Collyr. Et hæc quidem omnia aut per Syringam infundi aut linamentis Carptis ulceri imponi possunt; Eloto probèq; ab omni impuritate fistuloso ulcere mundificato, si adhuc sanationem Ulc. impediatur Callus, is, ut diximus, vel nevacula exscindatur vel adurendo destrua-

destrua-



## DE FISTULA.

55

destruatur vel impositis Causticis remediis mortificetur, Verum  
antequam Caustica remediis indantur, pars ulceri circumiacens  
illiniatur inungaturq; Unguento defensorio ex bolo German.  
& ol. rosa. parato, ac tandem hac sequentia remedia Callos  
tollentia inferantur, ut sunt rad. Ellebo. nig. aut glans sive  
tenta hac ratione parata;

R. *Aerug. Gum. Ammon. ana* ℥. ij. cum acerrimo  
aceto vini, conterantur in calido mortario, & formetur glans.  
Aut repleatur ulcus cinere rad. lill. alb. His validiora sunt  
ad exstirpandum callum pulv. Troch. de Asphodel. aut Troch.  
de Arseni. subli. cum aceto resolutus & instar Collyrij. aut Lini-  
menti cum penicillo illicus vel per siphonem impulsus. Eiusdem  
efficaciae sunt & trochisei de Minio à Vigone descripti, qui hac  
ratione concinnari possunt. R. *Mercu. sublimati tenuiss. contri-*  
*ti* ℥. j. *Fermenti acerr.* ℥. ij. *Minij. pictorum* ℥. x. *Mucag. se-*  
*Lini* q. s. Condundantur exactiss. & conformentur. trochisei ac  
in furno Cal. exsiccentur & necessitate postulante drachma ejus  
cum aq. rosa. & plantag. ana ℥. ij. resolvantur & per Siphonem  
instar Collirij ulceri imponantur, Aut R. *Unguent. E-*  
*Gypti.* ℥. j. s. *Mercu. & Arse. sublimatorum ana* ℥. ij. aq.  
*Plantag. Rosa. ana* ℥. ij. resoluta ebulliant ad tertias, fiat  
Collyr. & per Siphonem ulceri imponatur. Ulcus autem si non sit  
incisum, ejus orificium imposito Linimento obstruatur, ne ex eo  
liquor impulsus effluere queat, Idem praestat & aq. fortis auri-  
ficum per Siphonem ulceri impulsus: Sed ego in ijs callosis  
ulc. ol. *Vitr. illitum* aut ol. è sulph. Chimica atre destilla-  
tum longè praefero;

Callo omni ex ulcere eradicato, si per Caustica remedia do-  
lor denuo in ulc. esse excitatus, Catapl. imponatur ex Ovorum

2 X

lute-



luteis & ol. rosa. confectum. Si denique rursus sordida colluvies in ulc. sit collecta, Post ablutionem cum prescriptis lavamentis seq. Catapl. imponatur. R. Terebinth. cum Vino stillatit. elotæ ℥. iij. Mell. rosa. ℥. i. Myrrh. rad. Peucedana ℥. ij. Sarcocollæ, Aloes, ana ℥. j. s. Absterfo ex ulc. fistuloso omni sordida colluvie ubi jam pus laudabile in ulcere generari incipit, remedia imponantur carnem generantia, conglutinantia & Cicatricem inducentia. Carnem autem generant inculpatam in ulc. hæc sequentia. R. Terebinth. Mell. rosa. ℥. j. Sarco. ℥. iij. Icthiocollæ, Tragacanth. ana ℥. iij. Antimon. præp. Plumbi usti ana ℥. ij. Suc. Centaur. mi. ℥. iij. Croci ℥. j. fiat Empl. Aut imponantur prescripta Empl. de Ærug. aut de vernice pictorum aut de Litharg. aut de Cadmia.

De ulce-  
ne virulen-  
to.

## ULCUS VIRULENTUM QUID & quæ ejus Species?

Virus  
quid?

Ελκος ἰχθυόδες ulcus saniosum ein infressender offener  
Schade est ulcus ferociss. à tenui ac erodente & Venenato ex-  
cremento sanguineæ massæ in aliqua corporis particula collecto  
excavatū & exulceratū. ἰχθυος enim sive sanies sive virus ut in-  
superioribus diximus, nihil aliud est quàm tenuis acris & erodens  
humor, vel ex corrupto bilioso sanguine, vel ex falsugine pituitæ  
in massa sanguinea, vel ex corrupto melanch. sanguine collectus &  
effusus, tale virus & tenuis sanies sæpè in concreto sanguine è se-  
dâ vena detracto conspici potest: qualis autem sit sanguinea mas-  
sa ex qua virus generatur, ex colore saniei facile dignosci potest.  
nam si sanguis simplex corruptus est, loturæ carnis recenter ma-  
data sanies similis est, flavus verò ejus color biliosum sangui-  
nem, sed instar aq. vel seri tenuis sanies falsuginem pituitæ  
ostendit.

Melan.



## DE ULCERE VIRULENTO.

157.

Melancholici vero sanguinis sanies fusca aut subnigra apparet, inter has maligniss. est sanies atrabilaria; omnes autē hae saniei species naturam proprietatemq; obtinent erodendi & venenata sua qualitate corrumpendi exulcerandiq; & ex ijs omnes ferè scabiei pruritus & exulcerationis species in corpore excitantur. Sunt autem ulc. virulentorum tres species ferociiores. Ulcus depascens ulc. erodens sive devorans & ulc. cancriformum: Paracelsus Chimista excellens qui se Monarcham in arte Medica esse gloriatur, magister obscuritatis, tria nova principia contra Aristotelem, Platonem & omnes Medicos finxit & excogitavit, Sulphur, Mercurium sive argentum vivum & Salem, ex ijsq; & non ex elementis omnia corpora consistere asseverat, & horum trium symmetriam & inculpata commistionem sanitatem esse, & non ex temperamenti aut humorum puritate & aequabilitate sanitatem ut Medici putant pendere, & ex eorundem condensatione & resolutione in corpore, omnia morborum genera excitari: Et hæc magna contentione contra evidentiss. rationem & demonstrationes defendere conatur. quid autem per sulphur Mercur. & salem in corpore intelligi velit, in suo monstroso paramiro explicat inquit; Quicquid in corporibus igneum est & apertum promptumq; ad ceteram inflammationem, id omne sulphur est, & quicquid aqueum à calore agitato in funum vaporemq; resolvitur Mercurius, & quicquid ab igne in cinerem aut calcem convertitur id omne sal erit; jam quaeso quantum reipsa à Galeno Paracelsus discedat, nimirum sola vocabulorum commutatione, certum enim est in humano corpore nec sulphur nec Hydrargirum nec salem materialem contineri aut reperiri, etiamsi negari nequeat inesse corporibus quiddam naturam sulphuris potentiã habens & Salis & Mercurij; cum autem nil sit in corpore quod promptius inflammetur

X. 3.

quam

Ulceris virulenti tres species.

Principia paracelsi sulphur.

Mercurium & sal



quam bilis flava, quid aliud erit sulphur Paracelsi quàm bilis flava Galeni? Et cum nihil in corpore citius effumet atq; evaporet à calore quàm pituita, ipsa pituita erit Mercurius Paracelsi, nihil autem in cinerem calcem vè celerius ac promptius atrabile convertitur, ideò Sal erit Paracelsi: & tamen Paracelsus hisce præstigijs & Philosophorum & Medicorum principia tollere & universam artem Medicam evertere conatur. Sed nunc redeo unde digressus sum, & dico sæva illa ulcera Græcè Nomodem & Phagedenam & Carcinodem, ex virulentis & tenuibus excrementis vel biliis vel pituitosis vel Melancholici sanguinis corrupti generari, sive quis ea saniem sive virus sive sulphur sive salem sive cinerem calcem vè appellet, etiamsi Paracelsus omnia ulc. ex salium varietate generari dicat, Hæ verò duæ ulc. ferocium species Depascens & erodens non nisi malignitatis ac ferocitatis extensione & remissione inter se differunt, utriusq; itaq; curationem nobis conjungere placuit.

### DE PASCENS ET EXEDENS UL- cus quid, quæ utriusq; causæ, signa & quo- modo curandum?

De ulcere  
exedente  
& depa-  
scente.

Nomi sive  
lupus quid

Nóμῆν sive νομῶδες ulcus depascens vel Lupus (Ein tieffer fressender schade oder Wulff. Quanquam Lupi vocabulum à quibusdam cancroso ulceri tribuatur, tamen non ineptè omnibus tribus virulenti ulceris speciebus attribui potest, cum omnia instar lupi famelici exedant, erodant, & depopulentur; Est igitur Lupus ulcus quod sua virulenta maligna & venenata qualitate non solum affectam carnem excavat & erodit, sed & vicinas & circumjacentes partes exedendo depopulatur, Phagedena erodens & exulcerans ulcus (Ein vmb sich fressender schade in der Haut / Phagedena paulò mitior est nomode, & est ulcus quod serpen-



## DE ULCERE DEPASCENTE.

serpendo & obambulando cutem erodit, & aucta ejus malignitate tandem in Nomodem degenerat, & non modo cutem erodit sed & carnem subjectam excavat. Phagedena species sunt impetigo & Serpigo, cutis exulceratio, de quibus in curatione affectuum cutis differuimus.

**C A U S A** & depascentis & exedentis ulceris est, ut paulo ante diximus, virus sive sanies venenata à corrupta massa sanguinea cui vel bilis retorrída vel falsugo pituitæ aut cinis atræ bilis adustæ est admixta, & quidem postrema causarum omnium sævis. & ut plurimum cancrosa ulcera excitat.

**S I G N A** tum exedentis tum erodentis ulceris evidentia sunt, in Nomode enim non tantum caro ulceris subjecta sed & circumiacens sana pars excavatur & absimitur; in Phagedena verò initio quidem sola cutis veluti in herpete sive serpigine eroditur & exulceratur, serpendoq; se magis atq; magis dilatas ac expandit, cujus venenata qualitas processu temporis adaugeta & carnem tum subjectam tum ambientem exedit & in Nomodem degenerat.

**C U R A T I O** virulentorum ulc. Nomodes & phagedena quatuor adminiculis peragenda est. 1. victus ratione, 2. redundantis vitiosi humoris in sanguinea massa expurgatione, 3. reliquiarum saniei in venis exilib. partium affectarum exiccatione. 4. ipsius ulceris per topica remedia persanatione. Victus ratio quantum ad alimenta attinet, talis esse debet, ex cuius usurpatione inculpatus generetur Chymus, & qui corporis intemperiei & vitiosorum humorum in corpore redundantia per omnia aversetur, sive vitiosus humor sit bilis retorrída sive pituita falsa sive atra bilis adusta. Quæ autem esculenda & potulentia singulis intemperiei speciebus & vitiatis humoribus conferant, passim in particularibus & in tractatione de alimentorum

159.

phagedena  
a Nome ut  
differat.

Causa  
Nome &  
phage-  
dena.

Signa.

Curatione.

Victus ratio.

rum.



Vena se-  
ctio & pur-  
gatio.

rum temperamentis supra proposuimus. Post ordinatam victus rationem diligenter consideretur affecti corporis intemperies & humoris in corpore redundantis species, ac mox cum per venesectionem si necessitas expostulet, tum per convenientia pharmaca cathartica semel atq; iterum ac etiam sepius vitiatu humor subducatur & evacuetur. Si itaq; corpus sit plethoricum venasecetur, & si quidem ulcus sit supra Diaph. situm vena cubiti, si infra vena thalaris & semper affecti lateris. In evacuatione autem corrupti ac vitiosi humoris ea remedia deligenda sunt, quæ singulis humoribus evacuandis sunt dicata & longa experientia comprobata. Quorum copiam & formulas passim in particularibus curationibus, partim etiam in tabellis remediorum purgantium abunde commemoravimus, hac tamen observata regula, quod si vitiosus humor crassus sit, lentus aut concretus, qualis esse solet pituita salsa & atra bilis, ut is ante evacuationem per convenientes potiones & decocta concoquentia extenuetur, & ad educationem aptus habilisq; reddatur; quibus autem remedijs singuli crassi & crudi humores sint concoquendi & fluidi efficiendi, ex tabellis concoquentium remediorum peti debent. Reliquias à purgatione vitiosorum humorum, & saniei ad ulcus fluentes & in ipsis parvis venis partis affectæ hærentes potentissimè exiccat & ipsa virulenta ulcera abdita proprietate mirificè conglutinat & persanat decoctum rad. Chynæ aut sarmenti indici si per tres septimanas singulis diebus mane una Libra exhauriatur, cum eoq; sudor ad spaciū sesqui horæ aut amplius propellatur. Ejus medicamenti parandi utendiq; rationem in superioribus liberalissimè docuimus. Verum si per decocti hujus usurpationem ulcus sua sponte non coalescat ad topica remedia quæ astringentia & refriger. sine mordicatione tamen esse debent, confugiendum erit, inter quæ omnia virulenta ulcera egregiè desiccatur,

Sarsa &  
China.

siccatur,



## DE ULCERE DEPASCENTE

162

ficcet, constringit & conglutinat sanieiq; reliquias prolicet, vapor vini rubei in candentia ferri excrementa instillati & cō-  
 spersi, debet autem vapor fervens, quantum fieri potest, in ipsum  
 vulnus recipi, partem affectam & exulceratam in vas aptum  
 collocando, in quo reposita sunt Candentia excrementa ferri,  
 ac diligenter pulvinaribus obtegendum vas, quò commodius ul-  
 cus ipsum vapore imbui queat. Hoc unico duntaxat remedio  
 creberrimè ego Herpetes, Lichenas & alia erodentia ulc. fœli-  
 cif. persanavi: Talis autem vaporatio per plures dies ad spaci-  
 um unius horæ continuari debet, Excremento ferri refrigera-  
 to subinde mutato, exiccato tandem sua sponte ulcus abluatur  
 aut liquore qui initio in destillatione Ol. vitrioli profluxit aut  
 liquore qui in præparatione florum Sulph. emanavit: qua au-  
 tem ratione & Ol. Vitr. & flos Sulph. sunt conficienda in no-  
 stra jatrochimia, Deo volente, sine ænigmatibus edocebimus.  
 Quæ remedia si in promptu non sunt utilissimum erit omnium  
 primum Nomodem aut phagedænam abluere aq. stillatit. Plan-  
 tag. aut rosa. in quibus non nihil aluminis sit resolutum, aut  
 abluere vino styptico in quo decocta sunt Cort. & flor. granator.  
 & rad. plantag. fol. veronic. aut decocta sarmenti Indici. Ab-  
 luto ulcere si adsint Symptomata, videlicet dolor, inflammatio  
 durities aut varix ea sunt diligenter amovenda & sedāda, ejus-  
 modi remedijs quæ partim in tabellis remed. Chirurg. partim.  
 in Symptomatibus tumorum sunt enumerata; Ne autem viru-  
 lentus humor latius serpat ambientemq; carnem sanam deua-  
 stet, per circuitum ulceris prodest cutem incrustare, & inungere  
 unguento ex bolo Arme. ovi album. & pauxillo Ol. rosa. confe-  
 ct. Cavitati autem ulc. exiccandæ virulentie causa impona-  
 tur tenuiss. pul. aut Croci Martis aut pul. Antimon. vitrifi-  
 cati aut Merc. præcip. aut flo. Sulph. aut Plumbi usti quæ  
 Chi-

Optimè  
 hic facit  
 Ol. Petrol.  
 Bals. indic.  
 Ol. Campb.  
 Magister.  
 Ocul. can-  
 cri.

Y

Chi-



Chimica remedia qua ratione sint paranda in iatrochimia de-  
 scripturifumus. Hæc si in promptu non sint cavitati ulceris im-  
 ponere licebit linamentum carptum sive ramos floccos ex linteo-  
 lis mundis convolutos & imbutos, aut unguento albo Rha-  
 sis aut ung. Diapompholigos à Gal. descripto aut ung. refri-  
 gerante Galeni; aut imponatur sequens unguentum R. Ol. ro-  
 sa. viola. ana ℥. j. s. Medulla crurum vitulinorum ℥. j. Succo  
 Plantag. Solani ana ℥. ij. concoquantur leniter ad absumptio-  
 nem succi & colentur eisq; admisc. Cerusæ ℥. vj. Litharg. ℥. j.  
 & Cerae albæ dissolutæ ℥. s. quæ simul commixta in mortario  
 plumbeo diutissimè subigantur ut plumbeum acquirant colo-  
 rem, deinde admisc. Camphoræ ℥. s. fiat unguentum: præscriptis  
 remedijs repleto ulcere superimponatur pulvinar ex complicatis  
 linteolis ulceri adaptatus, ac deinde fascijs convenientibus leni-  
 ter cōstringatur, aut loco pulvinaris ulceri commodissimè im-  
 poni potest lamina plumbea foraminibus exiguis per via, ut vi-  
 rus evaporare queat. De deligatione ulceris, quæ diligenter  
 in ulceribus & vulneribus curandis est observanda, paulo post  
 in curatione vulnerum edocebimus. Porro si virulenta ulcera  
 inflammatione tententur, quod nonnunquam contingere consue-  
 vit, refrigerantia supra in curatione phlegmones commemora-  
 ta imponenda erunt; similiter si adsit ulcerum durities emolli-  
 entibus remedijs, paulo ante in ulc. cum duritie curatione com-  
 memoratis, durities tollatur; Ita si varix insit ulceri abscin-  
 denda erit, ut in superioribus docuimus. Hisce remedijs si ulcus  
 non conquiescat ab erosione & exesione, sed pergat instar Lupi  
 famelici sanas partes absumere, ad miserabile & ultimum præ-  
 sidium est confugiendum & pars affecta erit exscindenda aut pe-  
 nitus amputanda, vel remedijs causticis caro ulceri subjecta pe-  
 nitus exurenda, id quod in superioribus præstare diximus pul-  
 trocha

Sympto-  
 matum cu-  
 ra.

Caustica:

trocha



## DE CANCRO EXULCERATO.

163.

*troch. ex Arsen. Calcinato aut Mercur. sublim. ulceri inspersis, ac ita exstirpata carne infecta facilius ulcus cum Empl. de lithar. aut lap. Calam. ad sanitatem deduci potest.*

## CANCER EXULCERATUS SIVE

ulcus cancrosum quid, quæ ejus causæ, Signa,  
& quomodo curandum?

De cancro  
exulce-  
rato.

*Καρκίνωμα* ulcus cancrosum ein offener Krebscher Schaden est inter ulcera virulenta omnium malignissimum, ex cinere atræ bilis sive adusto Melancholico sanguine proveniens. Canceri nomenclatura duplici affectioni tribuitur; Cancro tumori, cujus curationem inter tumores tradidimus, & ulc. cancroso sive tumori cancro exulcerato, cujus causas, signa & curandi rationem hoc loco quam brevissimè perstringemus.

Cancer  
accipitur  
pro tumo-  
re & ulce-  
re.

**C A U S Æ** exulcerati Canceri sive ulceris cancrosum, ut diximus, est cinericea colluvies atræ bilis sanguineæ massæ admixta, sive sanguis Melancholicus retorridus ad aliquam particulam confluens tumoremq; excitans primum, ac tandem virulento suo excremento erodens & exulcerans.

Causa ul-  
ceris can-  
crosum.

**S I G N A** cancri exulcerati evidentia sunt; nam inter omnia ulcera acerbissimos excitat dolores & ut plurimum tumor cancri exulcerationem præcedit, in exulcerato autem cancro caro erosa inæqualis & subnigra sorde madescit & horrida apparet, ex qua continuè subnigrum aut fulvum virus h. e. tenuis & erodens humiditas emanat, quæ ut plurimum gravi odore adstantium nares ferit, & labra habet prætumida.

Signa.

**C U R A T I O** exulcerati cancri eadem ferè est, quam supra in cancri tumoris descriptione proposuimus. Tota autem curatio cancrosum ulceris consistit in victus ordinatione, in Melancholiæ adustæ præparatione & evacuatione & reliquorum

Curatio.

Y 2

semina-



seminariorum ejus per sudorificas potiones extirpatione, ac postremo in Topicorum remediorum applicatione.

Vitius ratio.

Alterantia epatis intempericm.

Purgatio.

Vene se-  
Bio.

Vitius ratio melancholici humoris adusti qualitati contraria esse debet & totius corporis intemperiei, quæ ex superioribus Melancholicorum morborum curationibus, & potissimum excuratione tumoris cancri peti & huc transponi potest, hoc tamen observato quod si Epar agrotantis aestuet, refrigerantia alimenta, quale est cremor ptisanae & juscula cum Vis immaturis cocta & serum lactis offerenda erunt, additis inunctionibus refrigerantibus dextri Hypochondrij quales supra in inflammatione Epatis sunt proposita. Simili ratione & remedia, quibus Melancholica impuritas in sanguine extenuatur & expurgatur, ex superioribus curationibus cancri tumoris & insanie Melancholicæ huc transferenda erunt: & expurgationes quidem retorridæ Melancholicæ non semel duntaxat, sed crebrius etiam reiterandæ erunt; inter ea autem remedia quæ Melancholicum humorem exactè evacuant, ego primum locum tribuo succo Ellebo. nigri quem extractum Ellebori vocant, quod nihil aliud est quam maceratarum rad Ellebo. in aliquo liquore decoctum expressum quod tandem percolatum leniter tantisper decoquitur donec condensatur, qua ratione & succus Glyzir. confici solet, ejus condensati succi si ʒ. s. aut integer in forma pillularum trium aut quatuor exhibeatur, Melanchol. humorem & retorridam bilem valide expurgat, Idem quoq; præstat & cinerosum sanguinem purificat, gemma Antimon. quam vitrum Antimon. vocant, si ejus tria grana cum conf. Rosa. commixta exhibeantur. Ad evacuationem Melancholici sanguinis si corpus sit plethoricum. plurimum facit & venæ Epaticæ, ulcere supra diaph. existente, infra vero venæ thalaris ejusdè lateris in quo cæcer hæret. Ita quoq; magnoperè confert, si in mulieribus

con-



## DE CANCRO EXULCERATO

165

consueti menses suppressi promoveantur, & in viris consuetæ  
 Hemorrhoides suppressæ aperiantur. Reliquias à purgatione  
 melancholici cineris absumit mirificè & ulcus ipsum persanat, si  
 per tres septimanas sudorifica potione ex rad. Chinæ aut sarmē-  
 ti iudici æger quotidie utatur, & eodem decocto crancrosum ulcus  
 indies bis abluatur. Præparandi autē & utendi hujus decocti ra-  
 tionem in superioribus tradidimus. Quod ad topica & chirurgica  
 remedia attinet, dixim⁹ in superioribus, nēpe in curatione cancri  
 tumoris, cancri excisionem & inustionē parum præsidij ejus cu-  
 rationi adferre, nisi enim cancer venenosus unâ cum adiacenti-  
 bus Venis penitus radicatusq; extirpetur & omnis sanguis me-  
 lancholic⁹ exprimatur & emulgeatur, id quod vix sine vitæ di-  
 spendio peragi potest, Cancrosum tumorem & ulcus sanari non  
 posse, Nam ex una gutta infecti sanguinis in venis relicta fa-  
 cile rursus Cancer suppullulat & recrudescit, tam immanis  
 belua est Cancer, ut leviora quoq; Topica remedia prorsus con-  
 temnat, validioribus autem ferocior magis reddatur. Præsti-  
 terit itaq; in Cancro curatione præsertim si inveteratus est  
 Cancer, blandientibus & dolorem mitigantibus virosæq; col-  
 luviei acrimoniam confringentibus ulceri impositis miseram  
 vitam prorogare, quam veram ac integram curationem sperare,  
 nisi summi Medici Christi manus & præsidium accedat miracu-  
 losaq; sanatio fiat; In initio tamen exulcerati Cancro, ubi do-  
 loris acerbitas est sopita, ad ejus curationem, antequam ra-  
 dices agat, accedi & Causticis remedijs seminaria ejus destrui,  
 & extirpari potest, quamvis non sine acerbo dolore. In hunc  
 usum valdè celebratur, arsenicum sublimatum si tenuiss. pu-  
 veri satum ulceri unius diei spacio inspergatur, quemadmodum  
 & in superioribus semel atq; iterum docuimus. Verum qui cau-

Sarsa &  
Chiba

Excisio  
cancro.

Incipientis  
cancro cu-  
ratio

Arseni cō-  
sublimatis

Y 3.

sticis



In vetera-  
ti cancri  
curatio

Topica eã-  
cro miti-  
gando,

sticis remed. ad Cancri ulcerati extirpationem uti volet, ne-  
cessè habet ut circumiacentes ulceri sanas partes, quo ab inflam-  
matione immunes sint, prius Linimento ex bolo Germa. Mu-  
cag. Psyllij & pax. Ol. rosa. confecto probè obliniat & incru-  
stet; Exesa autem omni virulenta carne in cancro statim dolor  
& tumor in loco affecto anodynis remedijs mitigandus erit, ac  
postremò ulcus curabitur abstergentibus & cicatricem inducen-  
tibus; & Empl. qualia sunt de Lithargiris vel lap. Calam. vel  
de vernice, quæ in superioribus sunt descripta, non neglecta in-  
terim ablutione cum decocto Sarmeni Indici aut Veronicæ  
herbæ & per talem quidem curationem recentis Cancrosi ulce-  
ris benè sperandum est, si in ulc. Caro inculcata appareat &  
nulla virosa colluvies sed laudabile pus in eo generetur & omnis  
græueolentia in ulc. sit sopita; In inueteratis verò cancris  
ulceribus & virulenta qualitate altius imbutis aut etiam re-  
cente cancro qui in loco abdito aut nervosis partibus est exor-  
tus (ut superius quoq; monuimus) nec igne nec Causticis remed.  
nec præcisione malum curari potest, Sed magis per ea exacerba-  
tur. Satis itaq; erit ulcus ipsum in mitiori suâ constitutione vel  
suscepti remedijs blandientibus & saniei acrimoniam infringen-  
tibus doloremq; mitigantibus conservare, non interim neglecta  
victus convenienti ratione & crebrioribus adustæ Melancho-  
liæ expurgationibus ut paulò ante dictum, Inter cætera au-  
tem cancro mitigando convenientia remedia nobiliora & salu-  
taria habentur hæc subsequencia. Cancrosa ulcera recentia  
non tantum mitigare sed & persanare creditur aq. stillati. ex  
humano sanguine, comparatur in balneo Mariæ Chimico in-  
strumento ter quaterve aquam elicitam in fæces iterum infun-  
dendo, si ea ulcus indies eluatur vel instar Epith. imponatur,  
poten-

poten-



# DE CANCRO EXULCERATO.

167.

potentissime & Cancrum ipsum persanat plumbum mortificatū, cuius mortificatio hac ratione fit: Plumbū ustum in cucurbitam vitream reponatur, & in aq. forti aurificum super infusa resoluetur, resolutio plumbi omnis aq. fortis iterum effundatur & pulvis plumbi in fundo Vitri relictus cum aq. tepida vel rosa. vel Solani abluatur & ulceri inspergatur aut ex eo cum q. s. ol. rosa. Linimentum concinnetur & Linimentis exceptum ulceri imponatur. Acerbicatem doloris in Ulc. Cancroso egregie mitigant succ. Solani, plantag. & Veronicæ aut sigillatim aut simul mixti instar Epich. impositi. Efficacissimum quoq; est mitigando dolori in cancro sequens Linimentum

plumbum  
mortificatum

R. Suc. Solani, Poligo. Plantag. ana ℥. j. Ol. rosa. Viola. ana ℥. j. s. Coquantur lento igne ad succi evaporationem, & ol. colato admisc. plumbi usti eloti, Tutia præparata ana ℥. j. s. & in plumbeo mortariolo cum pila plumbea tantisper conterantur subiganturq; donec Linimenti crassitiem & plumbeum colorem consequantur quod Linimentis exceptum ulceri imponatur. Mirifice quoq; ex stirpibus commendatur herba Rhoberti quæ & rostrum Ciconiæ, Græcis autem Geranion dicitur, cum caulibus rubentibus si contusa, aut ejus succus expressus ulceri imponatur. Plumbi quoq; lamina tenuissima foraminulis peruia canceri furorem compescit ulceri alligata: Quidam cancro exulcerato sicut & Nomadibus & phagedenis, quæ & Lupi nomine appellantur, singulis diebus frustulum Carnis gallinacæ aut vitulinæ imponunt, qua voracitatem ulceris saturant, ne carnē ulceris amplius erodant; sed cancerorum aquatiliū crudorum carnosam pulpam exceptam & contusam ulceriq; impositam, præscriptis carnibus convenientiorem esse judico.

Herba Rhoberti

plumbi  
lamina.

Qui



Quibus in partibus Corporis potissimum &  
frequentius excitantur ulcera?

In omnibus ferè corporis partibus quæ sanguine nutriuntur, omnia genera ulcerum pro varietate salsuginosi saniosique excrementi in massa sanguinea contenti & in aliqua parte collecti viam sibi facientis & particulam exulcerantis existunt ut in capite, naribus, oculis, collo, faucibus, axillis, humeris, Thorace, Pectore, Mammis, Ventre, Matrice, Virga, Inguinibus, Cruribus, Tibiis & pedibus;

Quæ partes exulcerari solent  
Ulcera tibiariæ cur diuturna  
Genus Ulceris cognoscendū  
practico

Sed omnium frequentissimè ulcera diuturniora excitantur in tibiis, cum propter vitiosorum humorum gravitatem deorsum delabentium, tum propter crebriores motus pedum, crebrioresq; stationes in quibus totam molem corporis bajulant; cum autem reliquorum particularium ulcerum curationes in singularium partium vitijs curandis antea explicaverimus, super vacaneum esse arbitramur eorum ulcerum curationes repetere, sed studiosos ad superiora ablegamus. In omnibus autem curationibus ulcerum id præmonere Chirurgiæ studiosos satis erit: In particularibus ulceribus omnibus diligentissimè observandum esse, ad quod genus ulceris, quodlibet ulcus particulare referri queat, & utrum sit simplex aut complicatum, sordidum, putridum, saniosum, malignum & virulentum, quo cognito, semper ejus curatio ex eodem genere peti & applicari debet, In fine itaq; satis fuerit generalia remedia omnibus ulceribus convenientia duo adsignare, Unum quidem omnibus, alterum tibiis conveniens.

Liquor generalis persanando omnium  
ulcerum generi.

R. Theriac



## DE CANCRO EXULCERATO.

169.

R. Terebinti. sepius abluta ℥. j. s. Vernicis pictorum ℥. j. Thuris, Masti. pulv. ana ℥. j. s. vini sublimati sive cremabilis ℥. ij. commixta & vitrea cucurbitæ imposita in tepido loco per triduum macerentur, subinde commovendo, deinde in feruente arena Chimico artificio destillentur, qui liquor linteo-  
teolis exceptus omnia ulcera & vulnera persanat.

Aqua stillatitia ad omnia ulcera & vulnera.

## Decoctum ad Tibiarum Ulcera

R. Aluminis, Vitriana ℥. ij. Ærug. ℥. j. Rosa. rub. veron. ana M. j. contusa in stiptici vini ℥. ij. in duplici vase coquantur & colentur, quo liquore ulcera tibiæ si abluantur, ac Empl. vel de Litharg. vel de lap. cala. vel de vernice pictorum quod convenientissimum videbitur ulceri imponatur, feliciter per sanantur.

Decoctum ad tibiæ ulcera

## CHIRURGICARVM CURATIONUM de vulneribus

De vulneribus

### SECTIO TERTIA

Continui solutio quid, quot modis accidit, quibus instrumentis & quæ solutæ continuitatis Species?

Continuitatis solutio in Vulneris definitione generis locum obtinet; citra cujus declarationem tractatio de vulneribus minus rectè intelligi potest. Est autem continui sive continuitatis partium humani corporis solutio siue unionis divisio, unum ex morborum generibus, ut in superioribus tradidimus, nimirum tria duntaxat morborum genera esse, intemperiem, malam configurationem siue compositionem & unitatis solutionem

Continui solutio quid?

Z

nem



Quot mo-  
dis fiat

Arma ce-  
rerq; id  
genus que  
Continui-  
tatem so-  
luunt.

Interna  
cause con-  
tinuitate  
soluentes.

Species so-  
luta con-  
tinuitatis

Kleus

Vulnus

punctio

Fractura

Ruptura

nem alicujus particulae. Cum itaq; aliqua particula, sive ea sit  
similaris sive instrumentaria qua antea natura unita & conti-  
nuata erat, quoquo modo dividitur, iam continui solutio ejusdem  
partis dicitur. Modi autem per quos continuitas partium di-  
viditur solviturq; sunt erosio, incisio sive sectio & praecisio,  
Punctio sive perforatio, Morsus, Impulsio, contusio, fractio,  
Ruptio, Distensio, conuulsio, collisio & apertio orificiorum.  
Instrumenta externa per quae fiunt continuitatis solutiones  
sunt omnia armorum genera corporaq; dura & renitentia, vio-  
lentiùs incidentia. Armorum autem genera alia sine acie, alia  
acuitate praedita, alia verò sunt obtusa. Acie praedita sunt gla-  
dius, ensis, securis, culter & dentes animantium.

Acutie sive acumine praedita sunt mucro, cuspis, pugio,  
telum, sagitta, ignis sive res ignita, caustica remedia & ani-  
mantium cornua & iacula sive aculei. Obtusa sunt globus sclo-  
peticus, lapis, malleus, fustis, baculus, pugnus; Ponderosa  
quoq; partibus incidentia, & gravis corporis collapsio. Sunt &  
interna instrumenta continuitatem solventia, ut flatus & hu-  
morum copia eorumq; acrimonia.

Species soluta sive divisa continuitatis in variis partibus  
varias sortiuntur appellationes; continuitatis namq; solutio  
in sola cute per erosionem, adustionem aut attritionem, effecta,  
Graecis διάβρωσις h. e. excoariatio dicitur. In cute simul & car-  
ne per erosionem humorum facta divisio ἔλκη & h. e. ulcus dicitur.  
In cute carne & reliquis mollioribus partibus caesim illata divi-  
sio τραύμα h. e. Ulcus appellatur. In easdem partes, per ar-  
morum acuitatem inflata divisio, punctura & confossio Eine ges-  
tochene wunde dicitur, propriissime tamen nervorum vulnus  
puncturae vocabulum sibi vendicat. Continuitatis solutio in  
ossibus & Cartilag. κατάγμα h. e. fractura ein Beinbruch / &  
in mem-

in mem-



## DE CONTINUI SOLUTIONE.

171

in membranis ἄνευ ruptura ein riß oder bruch der Vesien dicitur. Si verò venarum aut arteriarum ob plenitudinem aut sanguinis acrimoniam oscula aperiantur, ut fit in eruptione sanguinis è naribus, venis Hemorrhoidum, & venis Matricis, in mensium profluvio, ἀνασπίμωσις i. e. apertio osculorum ein Eröffnung der Adern dicitur. Fit quoq̄ solutio continuitatis per pororum in venis arteriis & cute extenuatis distensiq̄ dilatatione, ut sanguinem in se retinere nequeant, sed instar sudoris per poros percoletur, Ejusmodi solutio continuitatis Græcis διακνήδωσις Durchschwigung des Bluts dicitur. Percutis porro sanguinis profusionem unicum exemplum redemptoris nostri Jesu Christi in agone suo habemus. Internorum viscerum vel vasorum continuitatis solutio fit aut per gravem lapsum, aut per violentam corporis commotionem, aut gravis ponderis gestationem, quæ divisio Græcis θλάσις h. e. collisio Wehe vom schwerem Falle oder Håbunge dicitur. Ad continui quoq̄ solutionem refertur nervorum muscutorumq̄ distractio præternaturalis, Græcis σπασµος i. e. convulsio Der Krampf & ligamentorum contractio præternaturalis ἀπκασµος h. e. divulsio ein Vorruckung Der Sehnadern nominatur.

Ανασπίμωσις

Διακνήδωσις

Collisio

Convulsio

Divulsio

## VULNUS QUID EST, ET IN Quo differt ab ulcere?

Ἔραυνος Vulnus, quibusdam etiam plaga, quam tamen vocem nos non cruentis sed siccis & sine cutis apertione illis vulneribus propriam esse judicamus eine Wunde. Vulneris vocabulum à Medicis bifariam usurpatur, generaliter & specialiter. Vulnus generaliter sumptum, est continuitatis cujusq̄

Vulnus quid? & quor modis accipitur hoc vocabulum

Z<sup>2</sup>

partim



particula solutio sive divisio, & ita usurpata non modò cruentis continuitatis solutionibus, sed & ulceribus & fracturis ossium & rupturis & contusionibus convenit, speciatim autem & propriissimè sumptum vulnus & solutio continuitatis recens, cruenta sive sanguinolenta sine putredine, In particulas molliores, veluti sunt Cutis, Caro, Musculi, Venæ, Arteriæ Nervi &c; armis cuiuscumq; generis exterius inflicta. In hac definitione excluduntur Ulcera quæ ab internis, ut in superioribus diximus, causis excitantur, ex quibus ulceribus non sanguis ut ex Vulneribus aut pus aut sordes aut sanies profluit. Differt itaq; Vulnus ab Ulcere primùm causa Efficiente. 2. Excrementi varietate; Causa enim vulneris est extrinseca; Ulceris verò interna, erodens videlicet humor. Et ex vulnere sanguis profluit, ex ulcere sordes aut simile quid; vulnus præterea recens infligitur, Ulcus inveterata est continui solutio.

Vulnus &  
Ulcus dif-  
ferunt

### VULNERUM PRÆCIPUÆ DIFFERENTIÆ quot, & quæ earum species?

Plures enumerantur Vulnerum differentiæ; nos primas ac præcipuas sex constituimus. 1. Vulneris differentia sumitur à loco vulnerato; Vulnerum itaq; alia sunt externa, alia interna. Externum vulnus est quod foris per arma in Cutem & subjectas cuti partes vel cædendo vel perfodiendo vel impellendo vel contundendo infligitur, quod visui tactuiq; est subiectum, eine Offene Blutige Wunde sic sey Gestochen / Geschawen / Geschossen oder Geschlagen. Internum Vulnus est quod per cutem carnemq; vulneratam ad subcutaneas & internas partes visusq; abditas & in viscera penetravit, veluti sunt vul-

Vulnera  
externa

Interna

vul-



DE VULNERUM DIFFERENTIIS.

Vulnera Cerebri, pulmonis, Cordis, Fecinoris, Lientis, ventriculi, Intestinorum, Matricis, vesicae, & similia einc Wunde der Innerlichen glieder; Vulnerantur tamen internæ partes etiam citra incisionem cutis carnisq, ut fit in Venis & arteriis per ἀνασμίωσιν. h. e. apertionem Orificiorum earum & per διαπύδησιν h. e. per pororum dilatationem, & per θλάσιν h. e. collisionem ut fit in lapsu graviore, ut paulo ante in solutionis continui differentiis ostendimus.

Internæ etiam partes citra incisionem Vulnerantur!

Secunda Vulnerum differentia accipitur ab accidentibus & ita Vulnus aliud est simplex, aliud complicatum; Simplex est cui nec morbus aliquis nec ullum Symptoma est adjunctum. Copulatum vulnus est cui ex morborum genere vel Intemperies vel partis vulneratæ vitiosa conformatio & compositio est connexa, aut cui unum plurave Symptomata ut sunt ἰχθῆρες in Vulnerum generatione vel sordities vel venenata qualitas est conjuncta, aut cui aliquid ex inflictis fixum hæret.

Vulnera simplicia Copulata

Tertia differentia sumitur ab effectu sive eventu, juxta quam Vulnera alia sunt secura & facile curabilia, qualia sunt quæ cuti & carni ense infliguntur, alia sunt maligna curatuq, difficilia, ut sunt quæ in nervos, ligamenta, ossa & pleraq, viscera infliguntur, nam ea quæ in nervis & ligamentis incidunt præterquam quod difficulter curentur, & sensum & motum in parte affecta vitiant aut prorsus auferunt; alia deniq, sunt prorsus lethalia, qualia sunt Vulnera Cerebri, Cordis, pulmonis, Fecinoris Diaphragm. Ventriculi intestinor. gracilium, Matricis & vesicae, & Omnia ferè vulnera venenata, qualia sunt inflictæ ab armis intoxicatis aut morsu iduque venenatorum animantium.

Vulnera secura & curata facilia Maligna & curata difficilia Lethalia

Quarta differentia vulnerum sumitur à modo inflictionis & armorum varietate, secundum quam vulnus aliud

Vulnerum discretia à modo inflictionis



### FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

est *caesim illatum* eine gehöwede wunde aliud *punctim inflatum*  
 quod *vulnus confessum* etne gestochene wunde dicitur, aliud  
 per *globum bombardicum illisum*; eine Geschossene Wunde.  
 aliud *dentibus aut aculeis inflatum*, quod *vulnus commorsum*  
 eine gebissene wunde dicitur, aliud per *concussionem vel armo-  
 rum obtusorum incisionem inductum* eine geschlagene oder ges-  
 stossene Wunde / in quibus si *cutis integra est & sanguis sub cu-  
 tem suffusus*, *vulnus cecum & nostris Braun vnd Blawe* di-  
 citur, aliud est *inustum à rebus ignitis & vulnus ambustum*  
 ein wunde von Brande / aliud *à medicamentis Causticis in u-  
 stum* eine geesete Wunde.

Quinta differentia vulneris sumitur à parte affecta,  
 unde aliud *vulnus est Capitis*, aliud *Oculorum*, aliud *nasi*, a-  
 liud *brachiorum* aliud *Dorsi*, aliud *ventris*, aliud *Thoracis*,  
 aliud *Iecinoris* aliud *vesicæ*, aliud *Nervorum*, aliud *Liga-  
 mentorum*.

A situ

Sexta differentia sumitur à situ vulneris unde aliud  
*rectum secundum longitudinem partis*, aliud *Transversum*  
*secundum latitudinem partis*, aliud *obliquum vulnus* est. Re-  
 liquas differentias à *Quantitate & Figura desumptas*, ut que  
 parum faciunt ad curationem, nos consultò intermittimus.

### QUÆ SYMPTOMATA COMITAN- TUR VULNERA?

Vulnerum  
 Sympto-  
 mata quo-  
 rum in cu-  
 ratione  
 ratio ha-  
 benda

Pro varietate & natura partium vulneratarum varia  
 subsequuntur Symptomata quarum in curatione non minor ha-  
 benda est ratio quam ipsius vulneris. Nam ut in superioribus  
 docuimus, nullus fere morbus, nullus tumor præternaturalis  
 nullumque ulcus aut vulnus feliciter curari potest, nisi prius  
 Symptoma connexū, curationē impediens, tollatur aut mitiget.

Sunt



## DE VULNERUM SYMPTOMATIBUS.

175

Sunt autem vulnera præcipua & generalia Symptomata, Sanguinis implacabilis eruptio, Ichoris sive serosæ humiditatis in vulnere generatio, quod nihil aliud est quam bonus sanguis, per ineptam deligationem aut non convenientium remediorum applicationem, corruptus, & in aqueam humiditatem conversus, Dolor, Tumor, Inflammatio Putrefactio, partis affectæ extenuatio & marcor, motus sensusq; amissio, convulsio, vomitio & Appetentiæ destructio, alui suppressio, Gangræna, Sphacelus, Febris, vigiliæ atq; delirium.

## VULNERUM CAUSÆ QUÆ SUNT?

CAUSÆ Omnium vulnerum πρῶτα tantum sunt, & si quæ internæ sunt, id contingit per accidens & non nisi in vasis sive venis & arteriis per ἀνασφύξιν & διαπήδησιν; Nam viscerum vulnera ex collisione ut plurimū externā habent causam gravem videlicet collapsum aut violentam commotionem & compressionem Corporis. πρῶτα itaq; causæ sunt omnia armorum genera, quæ paulò ante enumeravimus.

Causæ  
Vulnerum

## SIGNA VULNERVM QUÆ SUNT, & quæ Prognostica Signa in Vulnere sunt observanda?

Sine ulla subtili investigatione vulnera præsertim foris inflicta cum ex continuitatis cutis divisione, tum ex sanguinis in initio vulnerum profluxione, & visu & tactu facile dignosci possunt. Interiorum autem partium & abditorum viscerum vulnera hisce potissimum notis deprehenduntur. Ubi in aliquo Vulnere venæ majores sunt incisæ, sanguis rubeus & crassiusculus confertim & continenter erumpit ac profluit,

Signa diagn  
gnostica  
quibus di  
gnoscatur  
Vulnera

Venarum

Ex



Arteriarū

Exarteria autem vulnerata sanguis tenuis subflavus & ad pulsum arteriæ subsiliendo prodit.

Nervorū

Nervo vulnerato in vulnere torpor partis vulneratæ subsequitur & motus sensusq; debilitas, quin & jam nervo puncto infertur ingens dolor vulnere, & subsequuntur frequentes convulsiones, ac si accedat inflammatio vulnere, propter Sympathiam quam Nervi habent cum Cerebro, Febris & delirium comitantur.

Tendinū

Ligamentorum

Membrarum

Tendinibus Ligamentis membranisque ossa vestientibus ac præcipue Calvam contegentibus vulneratis eadem Signs, sed paulò obscuriora subsequuntur.

Ossium

Os denudatum vulneratumq; dignoscitur ex ejusdem scabritie & inæqualitate, quæ specillo immisso investigari debet.

Meningū

Meninges vulneratæ acerbiss. dolores præsertim ad commotionem Maxillarum, & crebras vomitiones ac singultum excitant.

Cerebri

Ac si ex Capitis vulnere sanguis profusus intrà vulnera Meningum illabatur ibidemq; concreseat, attonitus fit æger & paulo post Sanguis aut per nares aut per oculos profluit, Sed paulò post febre correptus æger delirat & moritur; Quin ubi

Substantia quoq; Cerebri est convulnerata præsertim in plenilunio, (tum enim cerebrum se dilatat & extendit, omnesq; partes calvæ complet,) statim mortem infert, maxime si vulnus ad ventriculum usq; penetret, aut quibus oculi perfossi & nervi visorij lesi.

Pectoris  
&

Pulmonis

Pectore ad Cavitatem perfosso flatus per respirationem erumpit.

Pulmone autem simul convulnerato sanguinis spumosi

ex-



DE PROGNOSE VULNERUM.

177.

exspuitio, difficilis & Sonora respiratio comitantur; & nisi repente moriatur aeger, Quod conficitur.

Corde etiam leviss. Vulnere affecto repentina mors consequitur necessario;

Diaphragmate perfosso statim cessat respiratio & Vita extinguitur.

Gula vel Aspera Arteria vulnerata; Gula quidem nec cibum nec potum in ventriculum delabifinit, sed per vulnus prodit, aut per Vomitum reijcitur; Similiter per Asperam Arteriam respiratio exhalat.

Ex Intestinis dissectis vel feces albæ vel fœtida exhalatio prodit.

Iecinoris & Lienis Vulnera ex cruenta dejectione & vomitionibus depræhenduntur. Quibus accedunt dolores & punctiones laterum ac postea algopia subsequitur & cum febre interit aeger.

Renum Vulnera profunda urina cruenta & dolor circa inguina & testes comitantur.

Vesica in Capacitatem usq; discissa ex necessitate Lethalis est, & ex tali Vulnere urina profluit.

Postea accedit Febris & Delirium, quæ mors comitatur.

Cervix verò vesicæ convulnerata facile sanitati restituitur.

Vesicula bilis sub Epate Vulnerata ex necessitate est Lethalis.

Spinæ medulla dissecta sive vulnerata omnibus partibus corporis infra sectionem constitutis motum sensumque adimit.

Vulnera Musculorum capitibus inflicta præsertim in locis multa carne carentibus & ubi nervi tendines & ligamen-

Corde

Diaphragmatis

Gule

Intestinarum

Iecoris & Lienis

Renum

Vesicæ

Cistis felle

Spinalis medulle

aa

ta,



Signa prognostica

de vulneribus

ea conspicua sunt, Item trium digitorum iuncturis vulnus inflatum, ubi plerumq; ligamenta & Nervi concurrunt, motui & sensui eiusdem partis noxam inferunt, & si accedat inflammatio, Convulsio, Vigilia & Mors subsequitur, sicut & vulnera temporum propter concursum Vasorum magna ex parte lethalia sunt.

Pulmonum Vulnera cum propter continuum motum, tum propter promptam inflammationem insanabilia sunt, quia & continua cussi infestata vulnera magis atque magis disrumpuntur.

Thoracis perforatio vulneratioq; illa interioribus difficilimè persanatur; ut plurimum enim in fistulosum ulcus terminatur.

Articulorum vulnera perpetuò in motu noxam adferunt, & si aquosus humor (ixwq; Das Glidwasser qui non est aliud quam corruptio humoris, quo nervi, ligamenta & tendines nutriuntur) supra modum ex vulnere profluat, Articuli exarescunt, & omnis movendi facultas perit.

Vulnera magna & profunda in musculis per transversum inflata dolores & motus sensusq; amissionem ut plurimum adferunt.

Vulnera quæ in Gangrenam vel Sphacelum degeneraverunt, non nisi præcisa parte affecta curari possunt.

Quæ vulnera ut plurimum lethalia sunt

Porro vulnerum cum malignorum tum lethaliū præsentia sumi possunt aut à partis vulneratæ nobilitate, actionumq; eius necessitate, vulneris magnitudine & Symptomatum sevitia, ut plurimum enim magna vulnera altiusq; penetrantia in partibus principalibus aut inflammatione aut acerbo dolore copulata, lethalia sunt, in specie autem sequentium partium

Vul-



Vulnera pro lethalibus habentur; Cerebri, Cordis, Gula, Aspera arteria, Pulmonis, Diaphragmatis Iecinoris, vesiculae bilis, Lienis, Renum, ventriculi Intestinorum maxime gracilium, vesicae, Matricis, Venae Cavae, Arteriae aortae, ac spinalis medullae & quaecunque vulnera per arma intoxicata aut ictu venenatorum animantium sunt inflata. Rationem vero motum sensumque turbantia & vitiantia vulnera sunt incisiones punctionesque Nervorum & Capiti musculorum, ligamentorum, Tendinum, & articularum quibus si acris dolor & inflammatio convulsioq; accedant, lethalia quoque sunt. Lethalia vulnera nostratibus *Tödliche Wunden*. Motum & sensum vitiantia *Lehmüssen*, Ex lethalibus tamen vulneribus sunt quaedam, quae non ex necessitate & per se mortem inferunt, sed ratione vel suae magnitudinis aut Symptomatum sevitia, ut vulnus iecinoris & Renum per se mortalia non sunt, saepe enim parva vulnera & in ipsis & in intestinis & in ventriculo & cerebro persanata esse & legimus & vidimus.

Vulnera sanabilia & ab omni periculo cuta sunt, quae in carnosissimis partibus & corporibus puris, & boni succi incidunt, & quae nec in latitudinem nec in profundum, magnas habent divisiones. Vulnera in Carnosis partibus facillime sanantur, in ossibus difficiliter, in nervosis omnium difficilime.

Vulnera etiam leviora & securiora in corporibus Cacoehymis & impuris morbosisque periculosa & saepe etiam lethalia evadunt. Quin & ex pestilenti aeris constitutione, ex venenato intuitu uterularum aut mensibus laborantium muliercularum, & ex immoderata venere levia Vul. curatu difficilia redduntur. Haec signa praesagientia in vulneratis studiosè observanda sunt prudenti Chirurgo, ut dextrè dijudicare praedica-

Aa 2

reque

Qua motum & sensum vitiant.

Ex lethalibus vulneribus quaedam per accidens salia sunt

Vulnera securata & curatu facilia quae sunt

Quibus de causis etiā levia vulnera curatu difficilia evadunt.



Signa prognostica  
Chirurgo scitu necessaria.

reque queat, tum naturas vulnerum, curandi facilitatem difficultatemque, & quæ noxæ quodlibet vulnus comitari soleant, ostendere; Inconsideratæ enim temeritatis est (ut Celsus inquit) lethalibus vulneribus manus admovere, nisi ab amicis rogatus, cum multa protestatione de periculo vitæ & vulnere: Est enim utrumque impositorum ac nebulonum, levia & facile curabilia vulnera attollere; utque uberius lucrum inde acquirant, perniciosam esse pronunciare, ut dici solet, ex musca Elephantem facere, & in perniciosis vulneribus salutem promittere, quam nec ars nec natura præstare queat.

Quatuor cause curatrices

### QUÆ SUNT CAUSÆ CURATRICES VULNERUM?

Vulnerum

In felici vulnerum curatione, quatuor cause efficientes concurrere debent, Natura, Medicus vel Chirurgus, Remedia & proba victus ratio.

Natura.

Natura est præcipua & immediata causa in persanando & conglutinando vulnere; ideo Naturam Paracelsus obscuritatis Magister, ubique in suis barbaris scriptis Archæum vocat, quæ suo Balsamo h. e. humido radicali quod calore & spiritu nativo est perfusum, vulnera imbuit, & validissimè connectit eorum divorcium, & ad sanitatem reducit.

Chirurgus natura minister.

Medicus vel Chirurgus minister naturæ est & in curatione vulnerum adjuvat Naturam, & sæpè ea præstat quæ Natura præstare nequit; ut, Medicus vel Chirurgus labia vulnerum distantia & ossa in vulnere confracta coaptare & consue-  
re potest atque arma vulneri infixæ, & in hærentia corpuscula extrahere removerèq; potest, quod Natura efficere nequit. Adjuvat autem Medicus Naturam, impedimenta ejus è vulnere:

nerè:



## DE VULNERUM CURATIONE.

nere removendo, apta remedia applicando, & convenientem vivendi rationem aegroto imperando.

Remedia vulneraria juvant naturam, ejusq; & Chirurgi operationes efficaces reddunt; ut enim Chirurgus ita & medicamenta vulnere inherencia extrahunt, Naturæ operationes in conglutinando, carnem generando & Cicatricem inducendo iuvant.

Victus ratio Conveniens in curatione vulnerum idem præstat, quod medicamenta; adjuvat enim naturæ operationem, bona quidem victus ratio per salutaris corroborat naturam, mala autem destruit.

### Quæ res impediunt actiones naturæ in Vulnerum curatione.?

In vulnerum curatione præcipua actio naturæ est conglutinatio, quam impediunt & turbant arma vulnere infixæ & res alienæ vulnere inherentes, sive hæc intrinsecus inciderint, ut sunt grumi sanguinis & ossicula confracta, sive foris extrinsecusque sint illapsæ, ut sunt aër præter modum intemperatus, Radij visui venenati, armorum fragmenta, tela, spicula, Surculi, spinæ, fragmenta lapidum, vitri, calx, arena, pulv. &c. quæ omnia donec vulneribus inherant, impediunt operationes & Naturæ & medicamentorum, ideoq; Chirurgicam manum ad sui remotionem desiderant.

### Quibus rebus instructus esse debet Chirurgus in vulnerum curatione.?

Quatuor potissimum rebus instructus esse debet bonus Chirurgus in vulnerum curatione. 1. Instrumentis 2. Vulnerariis medicamentis 3. artificiosa Viæ aegroti gubernandæ peritia, Aa 3, & a-

Remedia:

victus ratio.

Impedimēta que vulnere conglutinationem prohibent.

Quibus rebus instructus debeat esse Chirurgus Vulnerum curationis.



4. & artificiosa agilitate manuum & totius corporis, in peragendis operationibus Chirurgicis.

Quæ instrumenta vulneraria in promptu debet habere Chirurgus?

*Instrumēta vulneraria quorundam*

Chirurgum oportet varia & multa instrumenta in promptu habere, quò commodius operationes manuales peragere queat, & proinde prudens Chirurgus pro præsentis Vulneris constitutione & ipse nova instrumenta excogitare potest, & usitatoribus uti, quæ paulò ante in hac Chirurgica tractatione enumeravimus. Hoc loco pauca tamen quedam quæ ad vulnerum manualementem curationem necessaria sunt commemorabimus.

*Alia abstergunt*

Primum Genus instrumentorum est abstersorium, qualia sunt Spongia mollis & mundiss. & linteola mundissima & ramenta linteolorum, quorum usus est ad sanguinis & purulentie minutissimarumq; rerum vulneribus illapsarum absterfionem & mundificationem exiccationemq;.

*Alia extrahunt*

Secundum genus est extractorium sive evulsorium, talia sunt forcipes & majores & minores, alia rostrata, alia dentata, alia Cochlearis formam habentes, quæ & tenacula communiter nominantur, nostris Zengelein / Scherichen / quarum usus est ad extrahenda avellendaq; tela & alia arma corpori vulnerato infixæ.

*Alia sublevant*

Tertium genus est sublevatorium, ejus generis sunt Volsellæ, hami, unci obtusi, quibus molliores partes, ut sunt Nervi, Venæ, Arteriæ, Cutis, sublevari in vulnere possunt; ejusdem quoq; generis sunt varia terebrarum species quibus ossa impressa sublevantur & corrupta ossa comminuuntur, quò commodius

modius



modius infixa tela eximi queant, nostratibus hæc *Angel / bo-*  
*rer* oder *Schrauben* dicuntur.

Quartum genus *Vulnerariorum Instrumentorum* est dilatatorium sive abscisorium; talia sunt simplex & duplicata novacula *Die auf beiden seiten schneiden / Culeri incisori* & *scalpelli*, *Schermesser / snitzigen vnd Laßeyfen* quibus *Vulnerum ora constricta inciduntur & dilatantur, & superflua præciduntur, ut commodius subjectarum partium læsiones con-*  
*rectari, & evulsoria instrumenta inseri & infixa arma è Vul-*  
*nere protrahi queant.*

*Alia dilata-*  
*tant &*  
*præciduntur*

Quintum genus *Instrumentorum* est exploratorium, ejusmodi sunt specilli ex argento vel ferro vel cerea candela confecti ein *Spillichen* oder *Sucherlein* / ijs profunditas *Vulnerum, ossium læsio, & materiæ in Vulnere contentæ qualitas exploratur.*

*Alia*  
*ad Explo-*  
*randum*  
*adhibentur*

Sextum est expletivum qualia sunt à *Græcis πολήνια* Lat. *Linamenta & penicilli*, *Barbaris autem Tentæ & Turunda & hastula*, nostratibus eine *Weße dlctæ*; conformantur autem talia linamenta vel licinia pro magnitudine & vulnerum figura, ex *stupa pexa*, aut ex *lana xylina*, aut ex *linamentis h. e. filamentis floccisq; linteolorum detritorum carptis*, *tonforibus nostris Kopen / oder Schauels von tüchern* dicitur, eorum usus est in *explendis vulnerum cavitatibus, aut in dilatandis & mundificandis Vulneribus quæ ut plurimum Unguento aut mundificativo aut carnem generante imbuta Vulneribus inseruntur, ut per ea colluvies collecta effluere queat, similiter ex rad. Gentianæ quæ citam & præproperam Vulnerum conglutinationem prohibet.*

*Alia vul-*  
*nus explere*  
*eig; indu-*  
*tur*

Septimum *Vulneris instrumenti* genus est consuitorium, ad hoc referuntur *acus & filum*, *Acum autem debet Chirurgus*  
*habere.*

*Alia con-*  
*suumi vult-*  
*cus*



habere cum mollem & flexibilem, tum durum & ex Chalybe factum. Filum verò quo vulnera consui debent, omnium apertissimum & optimum censetur sericum rubeum æquale ac validum.

Alia em-  
plastris su-  
perimpo-  
nuntur

Octavum Instrumentum est compressorium & defensorium, cujus generis sunt pulvini qui & plumacei nominantur, qui supra medicamenta Vulneribus imposita imponuntur, cum ut Emplastra tenacius Vulneri inhæreant, tum ut à duritie ligamenti & dolorifica compressione vulneratas partes tueantur. Fiunt autem tales pulvini ex convolutis triplicatis quadruplicatisq; molliss. linteolis aut sacculis lana Xylina infarctis, eorum autem forma pro vulnerum figura & magnitudine est disponenda.

Alia ad  
hibentur  
ad deligã-  
dum &  
constrin-  
gendum

Nonum genus est deligatorium, ejus generis sunt fasciæ & mundiss. molliaq; & oblonga linteamina trium quatuorve digitorum latitudinem habentia, Ein bande oder Binde Quorum usus est in deligandis convinciendisq; omnibus vulneribus.

Vulnus

Porro ubi vulnus vel loci vulnerati constitutio neque deligationem admittit, ut contingit in facie, tum vinculis sive laqueis utendum erit, quod ad decimum instrumentorum genus refertur & fit hac ratione. Duobus linteolis vincula sive fila robusta appenduntur, & glutine illita utrinq; sanis partibus vulneri agglutinantur, & vinculis appensis vulneris labra contrahuntur. Gluten autem hac ratione fit:

Gluten

R. Farinæ triticeæ, Mastich. Boli Arme. Traganth. Aloes, Bitumi. Judaici ana ℥.ij. tenuiss. pulverisata cum album. Ovorum excipiantur; fiat Gluten.

Undecimum Instrumentum propulsorium dicitur quod aut est solidum aut incavatum, quibus globi aut sagittæ telaq; propelluntur & è vulnere excutiuntur.

Duo-



DE INSTRUMENTIS CHIRURGICIS.

185.

Duodecimum Instrumentum & omnium instrumentorum organum nobilissimum sunt Manus periti Chirurghi promptæ & agiles, quibus reliqua instrumenta gubernantur & Chirurgicæ operationes perficiuntur.

REMEDIA VULNERARIA QUOTUPPLICIA & quibus potissimum formis administrantur?

Remedia Vulneribus dicata omnia aut sunt simplicia aut ex simplicibus concinnata atq; composita, & in vulnerum curatione administrari quinq; potissimum formis solent. In forma potionum, Pulverum, Olei sive balsami, Unguenti & Empl. Ea; aut intra corpus exhibentur aut foris vulnere applicantur.

Remedia simplicia præcipua Vulneribus dicata quæ, & quæ eorum facultates?

Simplicia vulneraria remedia nobiliora & longa experientia comprobata, quæ vel foris applicantur, vel intra corpus exhibentur, hæc sequentia magis in usu habentur.

Simpli-  
cia medi-  
camenta  
vulnerib.  
dicata

Sanicula est quinque folij species *Sarneckel*

Pirola est Sylu. betæ species *Wintergrun.*

Ophyoglosson *Adder Zungelein /*

Consolida Sarracenicæ *Heidenschwude Kraude*

Consolidâ major *Walwurk*

Calcitrappa *Riddersporen est consolide species.*

Perficaria *Blökraude*

Agrimonia *Odermennig*

Hypericon. *S. Johanskraude*

Centaur. minus *Aurign.*

Bb

Her-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Herba Roberti est species Geranij sive rostri Ciconiae, & rubedine bludtkraus dicta.

Plantago utraq; brede vnd spiße wegbleter

Brassica rubea Rodtkol

Cynoglossum Hundeszung

Pilosella Meißörlein

Cariophyllata Benedikten würzel.

Matrisylua Wolmeister oder Mößich.

Pervinca Singron.

Ex radicibus sunt Rhabarb. Rhaponticum Angelica Aristol. rotund. Ciclamen seu panis porcinus, Mumia, Sperma Ceti. Walradt. Paracelsus valdè extollit in vulneribus curandis Specula illa nitida pennarum ex caudis pavonum & Glandes, quibus ego parum tribuo. Experientia verò edoctus inter herbas vulnerarias salutare esse deprehendi Herbam veronicam, quam, ni fallor, Paracelsus sophilam vocat, quamvis ipsius asseclæ Sophiam ambiguo vocabulo Consolidaginem interpretentur.

Huic quoq; addo fol. Rorismar. Rad. Asclepiados & rad. Chinae, Sarmeni Indici & grana Juniperi. Sunt præter hæc alia simpliciorum remediorum genera vulneribus sanandis utilissima, ut sunt succi, Gummata, resina, & pingued. quorum mentio fiet & in compositis vulnerariis remediis & in curationis processu. Inest autem hisce commemoratis rebus facultas & vis, aliis quidem sanguinis fluorem supprimendi, aliis vulnera mundificandi, aliis labia vulneris contrahendi & conglutinandi, aliis carnem in vulneribus generandi, aliis Cicatricem inducendi.

Faculta-  
tes medi-  
mentorū  
vulnera-  
riorum

COM.



DE REMEDIJS CHIRURGICIS  
COMPOSITORUM REMEDIO-  
rum Vulnerariorum quot sunt præ-  
cipua genera?

18

Ex remedijs simplicibus jam enumeratis secundum varias formas quinque potissimum genera compositorum exstruifolent, nimirum potiones vulnerariae, pulveres vulnerarij, Balsama sive olea vulneraria, Unguenta & Emplastra; Quorum in curandis Vulneribus nobiliora & usu comprobata hoc loco subijcere placuit, rationemq; conficiendi breuiter indicare.

Formae re-  
medicorū  
vulnera-  
riorum

Potiones Vulnerariae quibus modis  
sunt præparandae?

Potio vulneraria Ein wundttrancē: Etsi Iohannes Ta-  
gaultius Gallus & Gabriel Fallopius Italus, medici Clariss.  
& Chirurghi excell. in vulnerum curatione potiones Vulnerarias  
damnant & explodere conentur, asserentes eas suo calore san-  
guinem in corpore inflammare, extenuare ejusq; eruptionem  
ex vulnere excitare, Tamen cum simplicia vulneraria non  
omnia sint calida, sed magna ex parte constringentia occultaq;  
ac Sympbita conglutinādiq; facultate sint prædita, & vete-  
rum experientia comprobatum sit, solis vulnerarijs potionibus  
& quotidiana vulnerum mundificatione sub fol. Brass. rubear  
gravia vulnera curari posse; nos potiones vulnerarias in cu-  
ratione vulnerum merito retinebim⁹ & usurpabimus, quarum  
paucas formulas nobiliores subijciemus; Cum autem multum  
sit situm in vulnerarijs potionibus rectè conficiendis, id quoque  
breuiter indicabimus. Semper mihi veheementer displicuit ple-  
rorumque Medicorum & pharmacopæorum coquendi ratio

potiones  
vulnera-  
ria non  
sunt rej-  
cienda

**N**

”

”

Bb 2

in



Ratio co-  
quendi  
potiones  
usitata,  
reprehen-  
datur.

Ratio no-  
va Para-  
celsi lau-  
datur.

in potionibus & Syrupis; Hi enim assumptis remediis aridis & conscidendis concisis conterendisque contusis, in olla aut ampla pelvi affuso aliquo liquore ad tertias aut medias eos decoquere solent, in qua coquendi ratione tenuiores partes rerum decoctarum viresque præstantiores cum vapore exhalant, & nil nisi insipidus & inefficax relinquitur liquor; Alios autem longè præstantiores coquendi modos nobis præscripsit Paracelsus, quem merito quilibet cordatus imitari debet. Et si enim Paracelsus in aliis omnibus suis scriptis propter affectatam & invidia plenam obscuritatē immensasq; nugas & anilia mendacia odio & execratione dignus sit; in Chirurgico tamen suo opere merita laude minime est defraudandus, qui nobis longe utilissimum modum decoquendi medicatas potiones perspicuè proposuit ac reliquit: iubet autem Paracelsus ex superioribus enumeratis vulnerariis simplicibus plura aut pauciora & quæ cuilibet Medico maximè utilia esse iudicantur recipere, herbasq; ac flores conscindere; Radices autem & res solidiores contundere, & in stanneum Cantharum conijcere, atq; eisdem vini, cerevisiæ, Hydrom. aut aq. q. s. pro artificiosa Medici conjectura adfundere, Canthariq; operculum molli massa farinacea Chartæ illita oblinire, ut ne quid vaporis exspiret, & Cantharum cum rebus medicatis in ferventem aquam collocare, ac per duas tresuè horas simul concoquere. Ita enim nihil potest evaporare & potio lymphidissima rerum viribus imbuta & salutaris evadit. Eius autem medicatæ potionis, vulneratis mane ac vesperi ℥. iij. aut jv. exhibere iubet, exhaustam vulnerariam potionem si eger retineat, & illa ipsa potio per vulnus instar sudoris conspiciatur, salutare esse inditium; Si verò revomatur, infaustum & infelix iudicatur.

Vul-



DE POTIONIBUS VULNERARIIS.

Vulnerariarum potionum concoquendi & conficiendi formulas quatuor subiiciemus, ac primus quidem modus est qui fit per decoctionem in duplici vase, cujus formula talis esse poterit. R. Saniculæ, pirolæ, fl. Centaur. min. veronicæ, ana M. ij. Calcitrappæ M. s. Agrimo. M. j. Concidantur & cum ℥. iv. Vini decoquantur in Cantharo per duas horas, Aut R. Ophyo-gloss. M. ij. Matris syl. pyrolæ ana M. iij. Rhab. ℥. ij. Rha-pont. ℥. j. s. Concidendis conscisis & contundendis contusis cum ℥. v. Hydrom. aut cereuis. aut aq. in duplici vase ad ho-ras tres concoquantur.

Secundo modo conficiendæ sunt Vulnerariæ potio-nes ex herbis, & rad. paulo ante enumeratis adhuc recentibus & virescentibus, quæ pro Chirurghi prudentis arbitrio accipian-tur, contundantur & in Cantharum reponantur, nullo addi-to liquore, ac Cantharo tandem oblinito in ferventi aqua per quatuor horas coquantur; ea enim ratione clara & non ingra-ta potio ex illis elicitur, & prodest talis potio vulneratis, qui vini gustum ferro nequeunt, aut capite sunt vulnerati.

Exemplum; R. Agrimon. Sanic. pyrolæ, Veronic. Be-thon. Consol. ma. Cariophyllatæ cum rad. Matris syl. Herb. Roberti ana M. j. Gran, Junip. ℥. s. contusa in Cantharo oblinito, ut dixi, elixentur, iusculumque elixum percoletur, fiat potio vulneraria. Simili ratione optimè parari possunt vul-nerariæ potiones ex earundem herbarum expressis succis in du-plici vase diu multumq. concoctis.

Tertius modus parandarum vulnerariarum potionum est, qui fit ex herbis & rad. vulnerariis in aquis stillaticis her-barum vulnerariarum in duplici vase, ut primo modo dixi-mus, decoctis. Exemplum; R. Aq. stillati. Agrimo. Centaur. mi.

Bb 3.

ana

potiones  
vulnera-  
rias confi-  
ciendi qua-  
tuor for-  
mula

Altera ex  
simplicib.  
viridibus  
absq. li-  
quore co-  
ctis aut ex  
succis eo-  
rum ex-  
pressis &  
coctis

Tertia per  
decoctio-  
nē cū a-  
quis  
stillati-  
cis vulne-  
rariarum  
herbarum



## FRANCISCI JOELIS SECTIO. III.

ana ℥. iij. cum quibus macerentur herbae siccae & concisae Sanicula, pyrola, veronica, Pervinca ana M. ij. Rhab. select. ℥. i. Consol. ma. ℥. ii. Coquantur ut dictum est in dupl. vase ad horas quatuor.

Quarta  
per destil-  
lationem

Quartus modus est celeberrimus qui fit per destillationem Chemicam, per organa descensoria sive per incurvatos canales in aq. frig. adaptatos; Quemadmodum destillantur Ol. ex sem. Anisi vel Angel. quem modum in nostra Iatrochimia describemus. Exemplum; R. Baccarum Juniperi ℥. iv. Sanicula, Pyrola, Matrisylvæ, Symphyti major. Veron. ana M. iii. Ophyogl. perspicar. Calcitrap. ana M. i. s. Rad. Aristol rot. ℥. iii. Conscidendis concisis & contundendis contusis macerentur in q. s. aq. & in æneum vas simul perfundantur ac artificiosè destillentur, aut disponantur in vitream cucurbitam & vel per balneum Mariæ aut in arena ferventi destillentur, & liquor bis terve siccis fecibus infundatur ac de novo destilletur.

### PULVERES VULNERARIJ QUI ET quas habent facultates?

pulveres  
vulnera-  
rij

Secundum genus Vulnerariorum remediorum sunt Pulveres medicati **Wunde puluer Chirurgis dicti.** Fiunt autem pulveres vulnerarij ex variis & aridis simplicibus tenuiss. contritis & inter se commixtis, quorum facultas & virtus in vulnerum curatione varia est, alij enim sanguinem erumpentem supprimunt, alij labia vulnerum dehiscentia contrahunt, & conglutinant, alij carnem in cavis vulneribus generant, alij Cicatricem inducunt, ex quibus nobiliores hi sunt.

### Pulvis vulnerarius sanguinem sistens?

Sim-



## DE PULVERIBUS VULNERARIJS

191.

Simplices pulveres sunt Crocus Martis à Paracelso excogitatus, cujus parandi rationem in Iatrochimia nostra indicabimus.

Cinis Ranarum vulneri inspersus, pulv. calcis vivæ & pul. Arsen. sublimati.

Compositus est R. Boli Arme. Sang. Drac. Thur. Aloes ana ℥. ij. tenuissimè contrita misceantur & Vulneri inspergantur aut cum album. Ovi Commisc. in Linimenti formam & cum pilis leporinis, qui inter inguina hærent, excipiantur, & vulneri sanguine fluenti imponantur.

### Pulvis labia dehiscencia vulnerum contrahens ein Haftpulver.

Simplices Pulveres contrahentes sunt pul. Boli Arme. pul. Acatia.

Compos. R. Olibani, Myrrha, Mastich. ana ℥. i. Corall rub. præp. ℥. s. Aloes Epati. Mumia ana ℥. ij. Acat. ℥. s. Boli Armen. ℥. ij. Tenuiss. pulverisata commisc. Aut R. Suc. Prunor. sylv. immaturorum, succi Corrigiolæ, ana ℥. ij. Suc. Bistortæ, ℥. j. Succ. Gallarum immaturarum ℥. i. s. Commisc. in eisq. dissolvantur Gummi Ammoniac. ℥. ii. & commixta in solis fervore exsiccentur & in tenuiss. pul. redigantur.

### Pulvis Vulnerarius Conglutinans ein Heilpulver?

Fiunt Pulvisculi ex simplicibus Bolo Arme. Symphitico Mumia, Mastich. Olibano, Millefolio, qui vulneribus inspersi illud conglutinant.

Compositus est R. Rad. Symphitima. Boli Arme. Colo-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

*Colopho. ana z. ij. Mastich. Olibani ana z. i. Sang. Draconis Mumia ana z. s. Misc. fiat tenuis. pulvis.*

**Pulvis Sarcoticus h. e. carnem in  
Vulneribus generans.**

*Alij  
Cicatricē  
inducunt*

*Ex simplicibus sunt tenuis. pul. Thuris, Mastich. Sarcocollæ, Aristol. rot. & Colophonie.*

*Compositus est R. Olibani, Aloes, Sarcocollæ, Sang. Draconis, Irid. Illyricæ ana z. s. tenuis. pulverisata commisc.*

**Pulvis Epuloticus h. e. Vulnera cicatrice claudens.**

*Ejus generis sunt ex simplicib. Pul. Litharg. Cerusæ, cinis Plumbi, Tutia, Calcis multum elotæ:*

*Compositus est R. Balauft. Sang. Draco. Cerusæ, Litharg. Rad. utriusq; Plantag. ana z. j. tenuis. pulverisata commisceantur.*

*Hæc de pulveribus medicatis, quæ in curatione vulnerrum utilissimè usurpari possunt, dixisse satis est. Observandum tamen in vulneribus quibus Symptomata sæviora copulata sunt, ut Tumor, Durities &c. non prius his pulvisculis utendum, donec hæc sint remota.*

**BALSAMA SIVE OLEA VULNERARIA quæ & quas habent facultates sive effectus?**

*Tertium genus remediorum vulnerariorum sunt olea medicata quæ per ἔζοχνη à Chirurgis Balsama nominantur; Cum  
autem*



DE BALSAMIS VULNERARIJS,

autem omnia pingua Vulneribus ipsis instillata inimica sint & destruant impediantq; actiones Naturæ, nec olea cruda atq; simplicia, nec aliæ pinguedines nisi medicatæ Vulneri illiniri aut instillari debent; Nam quod Filius Dei, vulnerum humani generis perfectiss. Medicus, Vulneribus Samaritani Ol. & Vinum instillavit, non de oleo communi sed de præcioso Balsamo, quo tum Horti Hierochontei abundabant, intelligi debet; Verùm cum Balsamo genuino hoc sæculum destitutum sit, veteres sapientes vice Balsami Olea medicata & per distillationem insolationemq; præparata prudenter excogitarunt, quibus loco Balsami commodissimè utuntur, quæ ubi ritè præparata sunt, excellentissimas habent facultates in vul. conglutinatione & bonæ carnis generatione, partisq; læsæ corroboratione. Porro subjectum vel materia omnium vulnerariorum præcipuorum

Balsamorum, est aut Ol. destillatum aut Terebinth. destill. aut Vernix pictorum aut Medulla, aut Ol. è strobillis destillatum. Olea vero & Terebinth. ad materiam Balsami semel tantum & leniter sine coloris & odoris amissione arte Chymica (ut in nostra Latrochimia edocebimus) destillanda erunt. Recipiuntur autem in præparatione Balsamorum liquores præscripti ex eisq; aut unus aut plures pro Medici arbitrio, & vitro constricti orificij imponuntur, eisq; admisceantur flor. & herba vulnerariæ & per æstatem Solis radiis exponuntur subindeque commoventur, ut exempli causa R. Flor. Chamom. Rosar. Hyperico. Centaur. min. Chelido. ma. ana M. ij. conscisis affundantur ping. aut Ol. præscripti destillati q. s. & probè obstructa per æstatem inferuenti sole macerentur & fiat Balsamum, quod vulnera mirificè sine dolore conglutinat & omnia Symptomata arcet; Fiet autem præciosius Balsamum si in eodem pingui li-

Cc

quore

193.

Pingui  
vulneribus  
inimica

Balsami  
nativum  
non habet  
mus

Balsama  
facilita

Eorum  
materia  
& præpa-  
ratio

NB



Oleū Hy-  
periconis

quore singulis annis recentes flores prioribus infundantur, Aut  
 R. Ophioglossi, Pirolæ, Saniculæ ana M. j. fl. Agrimo. Hyperic.  
 ana M. ij. Rad. Symphiti ma. contusi M. s. Lumbricorum ter-  
 restr. generoso vino elotorum Numero centum, Commistis in vi-  
 tro adfundatur Ol. destill. Terebintbin. aut Ol. è strobilis de-  
 stillatum, q. s. & per æstatis fervorem soli exponatur & fiat  
 Balsamum; præciosum quoq; balsamum fiet, si præscriptæ libræ  
 vulnerariæ vernici pictorum admisceantur, aut si in vernicis u-  
 na libra resoluantur lento igne pul. Mastich. ℥. ij. Olibani,  
 Myrrhæ ana ℥. j. Mumicæ ℥. s. Ad Balsami quoq; vulnerarij  
 speciem referri potest Oleum Hyperic. cujus variæ descriptio-  
 nes tum apud Chirurgos tum in libellis pharmacopœorum, qui  
 Dispensatoria vocantur, habentur, quas consultò præterimus,  
 & unicam eius ad nervorum vulnera præstantissimam dunta-  
 xat subiiciemus R. Terebintin. crudæ ℥. ij. Ol. Tereb. ℥. vi. ol.  
 rosa. ℥. i. Vermium terræ in vino Malvatico elotorum ℥. i. s.  
 Rubæ tindtorum ℥. ii. fol. Rorisma. Millefolii. Flor. Cent.  
 min. ana M. s. Sulph. ℥. i. Conterantur crassiusculè & admisc.  
 Vini Cretici ℥. i. & simul in sole feruenti dierum Canicularium  
 per 14. dies macerentur, Deinde ebulliant ad vini evaporationē  
 & fortiter expressa colentur, Ejusq; pinguis liquor in vitro re-  
 ponatur & iterum repleatur floribus Hypericonis & seminibus  
 simul contusis, & per æstatem solis radiis exponatur & fiet ole-  
 um vulnerarium ad vulnera Nervorum Balsamo præciosius.

Unguenta  
vulnera-  
ria

Eorum  
mate-  
ria.

UNGVENTA VULNERARIA PRÆ-  
 cipua quæ & quomodo pa-  
 randa.?

Quartum genus sunt Unguenta quæ veteribus ex Melle &  
 Butyro



DE UNGVENTIS VULNERARIJS.

195.

Butyro concinnabantur. Cum enim mel & Butyrum ex saluberrimis herbarum floribus proveniant, & in melle insit mundificandi facultas; in Butyro verò emolliendi & dolores mitigandi; ex eis solis ad ulcera & vulnera curanda unguenta parabantur. Recentiores autem Medici ijs addiderunt Olea, Pingued. Medullas, gummata, Resinas & ouorum lutea. Unguentorum vulnerariorum autem alia mundificant, alia conglutinant, alia carnem generant, & Cicatricem inducunt, h. e. vulnus nova cute obsignant: Ex oleo itaq; Butyro, melle, & medullis & per se sigillatim & inter se mixtis salutaria unguenta confici possunt, si illis herbae vulnerariae superius commemoratae & flores adhuc virescentes commisceantur, & vel in sole, ut de Balsamo diximus, macerentur, aut leni igne decoquantur, expressaq; percolentur.

Facultates

Exemplum Consolidativi Unguenti. R. Terebinthin. W. s. lutei ouorum No. x. multum inter se subigantur, eisq; admisc. pul. tenuiss. rad. consol. ma. ℥. s. Aristo. rot. ℥. ij. Farinae triticeae puriss. ℥. vi. Commisceantur exactissimè, fiat Unguentum.

Formula

Porro aliorum Unguentorum vulnerariorum descriptiones extant in libellis pharmacopœorum, ex quibus;

Vulnera egregiè mundificant Unguentum Apostol.

Carnem generant & Consolidant Unguentum Basilicon.

Cicatricem inducunt Unguent. è Cerusa, aut illud sequens, quod simul & conglutinat R. Colopho. Sulph. Olibani ana p. æ. tenuiss. pulverisata ouorum albuminibus in Unguenti formam redigantur & vulneribus applicentur.

Cc 2

EM.



EMPLASTRA VULNERARIA PRÆ-  
cipua Quæ?Emplastrum  
vulneraria

Quintum genus sunt Empl. Ein Wund oder Stich  
plaster. Omnium ferè vulnerum commodissima curatio perfici-  
tur per Empl. convenientia, quæ nobis magna ex parte in ulce-  
rum curatione proposita sunt, Hoc loco satis esse arbitramur  
nobiliorum Empl. pauca exempla subijcere, preparandique  
rationem breviter ostendere.

Emplast. de Succino ad Vulnera congluti-  
nanda?Emplastrum  
de succino

R. Cerae novæ ℥. s. Colopho. ℥. iiij. Thereb. ℥. j. s.  
& simul ad lentum ignem liquefiant, eisq; adhuc tepentib. ad-  
misc. tenuiss. pul. Mastich. ℥. vi. Succini flavi ℥. vi. Subigan-  
tur liquefiantque supra lentum ignem, postea ab igne depositis,  
iterum admisc. tenuiss. pul. Mumie, Olibani, Myrrhe, ana  
℥. i. s. Aloes Epaticæ ℥. iiij; probè Commisceantur, ubi non-  
nihil sunt refrigerata in pelvim aut aliud vas frigida aq. ple-  
num perfundantur atq; manibus Oleo aliquo vulnerario aut  
pinguedine inunctis, diu multumque subigantureoque usque  
contrectentur, donec nihil asperitatis in eo remaneat, fiat  
Empl.

Emplast. extractivum ad elicienda arma & vul-  
neribus in hærentia corpuscula?Emplastrum  
quod vul-  
neri in hæ-  
rentia te-  
la extrahit

R. Cerae novæ ℥. s. Colopho. Picis lariceæ sive sutoria a-  
na ℥. iiij. Liquefiant simul & tepidis admisc. sequentiâ Gum-  
mata in aceto vini resoluta & à sordibus excreta. Gum. Ammo.  
℥. j.



℞. j. Bdellij ℞. s. commixtis simul admisceantur & tenuiss. pul.  
Lap. Magnetis ℞. ij. s. Succini flavi ℞. j. s. probè commisce-  
antur diu multumque subigantur & manibus oleo Hypericon.  
inundtis eo usque contrectentur donec omnem asperitatem exu-  
at fiat Empl. quo omnia recentia Vulnera & per Chirurgico-  
rum imperitiam viciata facile & feliciter persanari quoue  
è vuln. globi plumbei, armorum fragmenta & alia corpora in-  
herentia elici possunt.

Emplastr. mirabilis efficacix in conglutinandis  
Vulneribus?

℞. Cerae novæ, Ol. vulnerarij siue leviter destillati, quem-  
admodum in superioribus docuimus, ana ℞. xij. Resolvantur  
lento igne, eisque admisc. Lytharg. tenuiss. pulveris. ℞. viij.  
Lap. Calamin. tenuiss. contriti ℞. iiij. Decoquantur lento igne  
continuè vel ferrea vel lignea spatula agitando donec Ceroti  
formam acquirat h. e. donec ejus guttæ per stanneum orbem re-  
frigeratæ & digitis contrectatæ eis non adhæreant, tandem ad-  
misce quoque vernicis medicatæ h. e. in qua medicamenta sunt  
macerata ℞. iiij. Terebinth. destillatæ siue Ol. Terebint. ℞. ij.  
rursùm commixta tenuiss. concoquantur, donec justam formam  
nanciscatur, cui postremo adhuc tepido commisceantur sequen-  
tia gummata macerata & percolata Gumm. Ammon. Bdellij  
ana ℞. ij. Oppopa. Galbani ana ℞. iiij. ac tandem seq. pul. tenu-  
iss. eidem admisc. Coral. rub. & alb. Lapidis magnetis ana ℞.  
vi. Olibani, Mastich. ana ℞. s. Subigantur in aq. frig. fiat Empl.

Emplastric  
mirabili-  
ter conglu-  
tinans.

Empl. Barbarum quod à Galeno in conglutina-  
tionibus vulnerum magnopere laudatur,

Cc 3.

R. Pi.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

R. Picis sicca ℥. viij. Cerae novae ℥. viij. Resinae pini ℥. v. Asphalti ℥. iij. Ol. Olivarum ℥. viij. Terebinth. ℥. ij. Aceti vini ℥. v. Resolvantur simul ad lentum ignem & leniter coquantur ad aceti evaporationem, quibus tandem admisc. Succū Mandragoræ, sive loco ejus, Solani ℥. ij. Pul. tenuiss. Lytharg. Cerusæ ana ℥. j. Aerug. ℥. s. Thuris, Myrrhæ, & squammæ aris, quam Paracelsus Crocum Martis nominat, ana ℥. j. s. Gum. Oppopa. Galvani cum aceto resoluti & percolati ℥. ij. Probè commisc. & artificiosè in frig. aq. subigantur fiat Empl. quod arcet Symptomata à vul. mitigat dolores, sedat inflammationes & conglutinat omnia vulnerum genera.

## QUAM VICTUS RATIONEM VULNERATIS IMPERARE DEBET CHIRURGUS?

Victus ratio vulneratis prescribenda

In vulnerū curatione necessariò observanda est victus ratio, Naturā enim Corroborat, Corporis intemperie corrigit & sanguinem conglutinandis vulneribus necessarium suggerit. Per victus porrò rationem non tantum alimentorum bonitas & malitia intelligenda erit, Sed earum omnium quæ corporis naturam sustentare & alterare possunt, & ideò Gal. eas causas naturam conservatrices nominat, quæ Numero sex sunt, recentioribus Res non naturales dicuntur, videlicet Aer, Cibus, potus, Somnus & Vigilia, Exercitium sive motus & quies, Retentio & expulsio, & animi commotio. Quomodo itaq; in hisce sex rebus se gerere debeat vulneratus, ne curationis impediatur, studiosè providere debet Chirurgus.

Aer.

Aer itaq; in quo vulneratus versatur ac decumbit debet esse temperatus & nec in frigiditate nec calid. excellens. Vtrumq; enim & caliditas & frigiditas extensa vulnere

est



## DE DIÆTA VULNERATORUM.

est inimica. In æstate tamen magis ad frigiditatem, in Hyeme ad caliditatem declinare debet.

Cibus & Potus *Vulneratorum* talis esse debet, ex quo optimus generatur sanguis. Verum cum non sit penes Chirur- gum, ut æger exoptatis fruatur alimentis sed for- tuna vulnerati & conditionisapè inserviendum sit, ea tamen semper eligat alimenta, quæ omnium minimè actiones naturæ in curatione vulnerum impediunt. Talia sunt iuscula ex Cerevisia & Butyro, Ex Cerevisia & ovorum luteis con- fecta. Iuscula deniq; & carnes Gallinarum, vitulorum Boum, Iuvenorum, quibus adnumerari possunt & oua sorbilia. Rad. Cariotæ, Pruna Vngarica, pulmenta è pomis, Ptisana hordea- cea Lac amygd. & ex Piscibus. Perca aculeata & Lucei.

Potus verò in initio curationis aq. Cinamo. Cerevisia elara non adeò plena h. e. fortis, deinde & Vinum tenue & Hy- dromeli concedi possunt, nisi qui capite sunt Vulnerati aut qui corpore plethorici aut inflammationes vulneri adjunctas ha- bent, ijs à vino & Hydromelite abstinendum est. In univer- sum autem fugiendæ sunt carnes quælibet fumo induratae aut sa- le maceratae; Item caro suilla, caro anserina, anathina, pisces facile putrescibiles quales sunt Anguilla & Tincha, Vitanda quoq; sunt Casei, fructus crudi, nuces, Cape, Sinapi & omnia acria aromata.

Somnus & Vigilia *Vulneratis* moderata esse debet, utrumq; enim si modum excedat, attestante Hippocrate & expe- rientia, malum est, in primis autem diurnus somnus cavendus nisi nocte antecedente vigiliae molestarunt vulneratum, ubi metuitur defluxio, & dolor partem vulneratam infestat.

Motus & Quies. Sine quiete vulnus sanari nequit, si ta-  
men

199.

Cibus &  
Potus

Somnus  
&  
Quies



## FRANCISCI JOELIS SECTIO. III.

200.  
Motus &  
Quies

men vulnus in partibus esse inflictum, citra quarum noxam reliquæ partes moveri & exerceri possunt, moderatum exercitium eis concedi poterit, ut vulnere existente in superioribus statio, sessio & inambulatio conferunt. Vulnere autem sub Diaph. existente quies & decubitus eligendus est. Laboriosæ verò commotiones corporis ac in primis venerea actio, ut ipsa pestis, vitanda est. In quiete autem à decubitu vulnerata pars ita collocanda & configuranda est, ut sine dolore & molestia flecti & extendi queat, & ut humores viciosi ad vulnus minimè confluere queant.

Retenta  
& excreta

Retentio & excretio. Nisi assumpta alimenta retineantur & superflua excrementitiaque humiditates iusto tempore excernantur, vehementer vulnorum curationem impediunt; cum autem & retentio & excretio Naturæ sint operationes, si ipsa natura assumpta retinere nequeat, sed vel per alium vel per vomitum rejiciat, aut si superflua excrementa intra corpus retineat, natura, arte & medicamentis adjuvanda erit; Quibus autem remediis id conandum sit, paulo infra in removendis Symptomatibus, vomitu videlicet & alui suppressione declarabimus. Id tamen præter Symptomatum remotionem observandum est; ubi opus sit artificiosa evacuatione, vulneratorum natura primum est contemplanda, & si corpus sit plethoricum, debet fieri evacuatio per venæ sectionem; Si corpus sit *καταχρόμιον* tum per medicamenta subducentia, habita semper ratione virium, humores sunt evacuandi, Et cum nullus humorum in vulneribus plus negotii faciat quam bilis flava, ideo ea maxime in vulneratis evacuanda erit.

In bilis autem evacuatione laudatiss. sunt remedia  
Pulpa Cassiæ, Syr. rosatus solutiv. infusum Rhab. & Electua.  
Rosa-



*Rosatum Mesue. Reliquorum humorum purgandorum remedia ex tabellis nostris in superioribus petenda erunt. Opportunissimum autem est purgationis tempus in vulneratis, ubi fluxio & inflammatio metuitur.*

*Animi commotio sive affectus. Præter moderatam læticiam & bonam spem omnes animi commotiones, inprimis autem Ira, metus, tristitia & sollicitudo, quantum fieri potest, procul abesse à vulneratis debet, Mirum enim in modum animi commotiones vulnerum persanationem turbant & impediunt. Quare imperandum est amicis & ministris ægri, ne occasionem alicujus commotionis illis præbeant, vel tristi narratione vel alia offensione.*

### CURATIO VULNERUM PER quot & quas operationes perficitur?

*Demonstratum nobis est quatuor causas effectrices in persanatione vulnerum concurrere, Naturam, Remedia, Alimenta, & manus Chirurghi; Ita sane quatuor erunt operationum genera per quæ vulnera omnia sananda sunt; Naturæ nimirum, medicamentorum, alimentorum & manuum Chirurghi.*

*Naturæ proprietates vel propriæ operationes in curatione vulnerum sunt, Conglutinatio, Novæ carnis generatio & cicatricis inductio.*

*Has naturæ operationes adjuvant medicamenta, vulneribus imposita superfluam humiditatem exiccando, vulnus constringendo, partis affectæ temperiem conservando & Symptomata prohibendo.*

*Natura  
opera in  
curatione  
vulnervis  
que sint,  
utq; natu-  
ra juvetur*

Dd

Vi-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Victus ratione adjuvantur operationes Naturæ, in temperiem partis affectæ corrigendo, totumq; corp<sup>o</sup> corroborando & inculpatum sanguinem ad conglutinationem & carnis generationem Naturæ suggerendo.

Chirurgus vero Naturæ operationes adjuvat, impedimenta sanationis è vulneribus removendo, arma & aliena corpora vulnere in hærentia evellendo, sanguinem erumpentem abstergendo, concretum in vulneribus eximendo, labia vul. hiantia ab invicem distantia coaptando, consuendo, purulentosque humores è vulneribus detergendo, vulnus artificiosè deligando & vulneratam partem debito modo conformando & collocando, convenientiaq; Pharmaca usq; ad finem curationis applicando, & Symptomata, si quæ incidunt, auferendo.

De Remediorum & alimentorum facultatibus atq; operationibus antea satis dictum est; nunc tempestivum est de operationibus manuum Chirurghi necessariis & quæ circa singulas operationes manuales in Vulnerum curatione observanda sunt, breviter differere.

## OPERATIONES MANUALES CHIRURGI quot, &amp; quæ circa singulas sunt observanda?

Chirurgus  
quedam  
præstet  
quæ natu-  
ra non po-  
test.

Chirurgus peritus non tantum minister sed sæpè etiam magister est Naturæ. Natura enim etiam si sola sanitatem adferat, tamen per se nec arma extrahere, nec vulnerum labia distantia coaptare consuevitq;, nec pus abstergere, nec partes distortas dirigere, in locumq; proprium restituere potest, quæ omnia præstat Chirurgus; & ideo hæc pars Medicinæ ab operationibus manualibus Chirurghi, Chirurgias nomen adeptæ est.

quæ



# DE OPERATIONE CHIRURGICA.

quæ nostris rectè ein Kunstreicher handgriff vnd wund arhney dicitur. Consistit autem omnis operatio Chirurghi in artificiosa manuum promptitudine quæ non nisi exercitatione à præstantibus magistris addisci & comparari potest. Sunt autem præcipuæ manuum operationes ad vulnerum curationem necessariæ Numero Octo.

1. Extractio armorum Vulneri infixorum & rerum alienarum vulneri inhærentium.
2. Sanguinis è Vul. fluentis abstersio, erumpentis suppressio, & concreti cruoris emundatio.
3. Labiorum Vul. dehiscentiũ coaptatio & conjunctio.
4. Artificiosa Vulnerum consuitio.
5. Remed. convenientium Vulneri applicatio.
6. Apta & naturæ conueniens vulneris deligatio.
7. Excrementorum in Vulnere generatorum remotio & emendatio.
8. Symptomatum, si quæ vulneri incidere possunt, præcautio & præsentium sublatio.

Operatio-  
nes Chi-  
rurgica in  
curandis  
vulneribus

In hisce 8. manualibus operationibus generalis omnium vulnerum curatio consistit; Quæ itaq; Methodo singulæ sint peragenda & quæ regulæ circa quaslibet sint observandæ, nunc breviter explicabimus.

## EXTRACTIO ARMORUM VULNERI infixorum & rerum alienarum inhærentium evulsio, quomodo perficienda & quæ circa eam observanda?

Eorum  
quæ vulne-  
ri infixa  
sunt extra-  
ctio

Prima Chirurghi operatio est armorum & rerum Vulneri inhærentium extractio, & evulsio: varia porro armorum ge-  
Dd 2 nera



Armorum  
varia ge-  
nera &  
que alia  
vulneribus  
inherent.

## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

nera aut sunt Gladius, Cuspis, Pugio, Sagitta, Tela, Spicu-  
la, glandes sive globi plumbei (quæ nostratibus geschos / pfeile /  
stralen vnd Kugelen / in dem leibe gehowen / gestochen / oder  
geschossen dicuntur) violenter infliguntur, incutiuntur, &  
imploduntur, quæ propter violentam incussionem sæpè pernici-  
em adferunt, Quin etiam sæpè vulneribus inherent aliena  
corpuscula, ut sunt Lapidum, vitri, surculorum & ossium fra-  
gmenta, Item arena, Calx & vestimentorum particula, pi-  
li &c. quæ nisi tempestivè eximantur, naturæ operationes in-  
conglutinando, carnem generando & cicatricem inducendo,  
remorantur & impediunt. Et quanquam grandiora arma, ut  
sunt gladius, Cuspis & Pugio, & quorum manubria è Vulnere  
prominent, vel Sponte prolabantur, vel antequam Chirurgus  
accersatur à proximis & amicis præsentibus extrahantur, ta-  
men quando altius infixæ & tenacius hærent, aut profundius  
in Vulnere delitescunt, aut membris principalibus, Chirurgi  
industriam & dexteritatem, manuumq; promptitudinem ad  
sui extractionem desiderant; quæ sanè aut manibus aut Chi-  
rurgicis instrumentis, aut medicamentis, aut magicis incanta-  
tionibus pro natura vulneratæ partis artificiosè eximi & evel-  
li debent. Chirurgus itaq; industrius ad curationem vulneris  
in quo adhuc arma infixæ hærent accessurus, instructus es-  
se debet;

Primò instrumentis evulsoris ac in primis forcipibus  
omnis generis, Volsella, Terebris incisoriis & propulsoriis,  
quorum in superioribus meminimus.

Secundo Remedijs ad animi deliquium facientibus,  
tum quæ intra corpus adhiberi & extra applicari possunt, quo-  
rum formulas infra in Symptomatum vulnerariorum curatio-  
ne de Syncope proposituri sumus.

In extra-  
bendis ar-  
mis que  
cõsiderãda

Tertiò



## DE OPERATIONE CHIRURGICA.

205.

Tertiò accuratâ diligentia considerare debet naturam, situmq; partem in qua arma sunt inflicta; hærent autem arma fixa aut in carnosis partibus, aut osseis, aut nervosis, aut in visceribus, aut in ipsis articulis.

Quartò observabit studiosè formam figuramque armorum, utrum sint lata, rotunda, ancipitia, & antrorsum retrorsumque acuminata.

Quinto. Utrum arma altius profundiusque vulveri inhæreant, aut partem vulneratam penetrent, transeantque, quibus probè cognitis in extractione armorum sequentes regulæ sunt observandæ.

Primo si arma in lethalibus vulneribus fixa hæreant, qualia sunt vulnera Cerebri, Cordis, Diaphragm. Ventriculi, intestinorum gracilium Matricis, Vesicæ, venæ cavæ & arteriæ magnæ, Chirurgus prudens non nisi rogatus cum protestatione prædictioneq; de vitæ periculo, manus vulveri admoveat & arma extrahat.

Canones  
in extra-  
ctione ar-  
morum te-  
nendi.

Secundo in armorum extractione accuratè prospiciat Chirurgus ne vel suis instrumentis vel acie armorum extractione in vulneribus existentes nervos venasque & arterias majusculas sauciet ac lædat, ex eorum enim vasorum læsione sæpè majores noxæ excitabuntur, quam ex ipso vulnere.

Quare ubi talia vasa in vulneribus in conspectum veniant, ea obtuso hamo sublevanda, vel ligneo specillo ad latera removenda erunt, donec arma sint extracta.

Tertiò Arma infixæ vulnere præstat statim in initio donec vulnus recens est & liberum à Symptomatibus extrahere præsertim si conspicua sint & commodè sineque difficultate eximi queant; Verum ubi arma profundius in carnosis partibus fixa delitefcant, & nec facile, nec sine gravi noxa evelli que-

Dd 3

ant,



ant, ea spacio novem dierum aut circiter in vulnerata parte relinquenda sunt, donec caro armis circumiacens putrescat & suppuretur: tum enim laxata arma facilius protrahi possunt, interim tamen singularis cura est adhibenda, ne graviora Symptomata in vulneribus excitentur, & vulnere subinde extractoria remedia applicanda erunt.

Quarto Arma quæ carnosis partibus fixa hærent, facilius & minori cum periculo extrahi possunt, quam quæ in nervosis aut in ligamentis. Ea enim ut plurimum motui ac sensui noxam adferunt, & ichores in vulneribus prognerant, & ingentes dolores excitant; Sic in ossibus hærentia difficiliter eveluntur, In visceribus rarò sine vitæ periculo.

Quinto Etsi autem omnes modi extrahendorum armorum scriptis tradi minimè possunt, Sed Chirurghi prudentiæ pleraq; committi debeant; tamen pro natura vulneratæ partis & figura armorum magna ex parte duobus potissimum modis evelenda & extrahenda sunt, retractione videlicet per eandem viam per quam ingressa & impulsæ sunt, & per propulsionem ex adversa sana parte, novo factò vulnere; Qui modi extractionis aut manuum aut Instrumentorum aut remediornum protrahentium præsidio debent perfici.

Sexto Retractione arma evelluntur, quæ in vulnere apparent & in superficie vulneris hærent, Minora vero arma in vulnere latentia & profundius hærentia & quæ ultra mediam crassitiem vulneratæ partis penetrârunt, in primis globi plumbei, tela & sagittarum spicula & maximè quæ utrinque acuminatas & retro vergentes pinnas habent, quas ideò nos anchoriformes appellamus & nostratibus Strahlen dicuntur, Si loci affecti natura permittat propulsionem, protrusioneq; securius quàm retractione eximi possunt.

Septi-



## DE ARMORUM EXTRACTIONE.

267.

Septimo. In Retractione armorum si vulnus angustius sit quam ut Corpus inhaerens extrahi queat, Vulneris os aut scalpello aut novacula aut cultro incisorio dilatandum erit.

Octavo Arma ac imprimis sagitta ac globi in vulnere delitescentes, quàm profunde impulsifunt, & utrum in carne, osse, visceribus aut Coarticulationibus hæreant, immisso vulnere argenteo aut ferreo specillo facile explorari potest.

Nono Si itaque tela & ejus generis arma in musculis sive Carnosis partibus fixa hæreant, ac delitescant, apprehendiq; manibus nequeant, instrumentis convenientibus retrahantur, aut si maximam partem læsæ partis penetrarunt, per instrumenta propulsoria in adversam partem discutiantur.

Decimo Glandes sive globi plumbei si expropinquo, corpori sunt implosi, sua violentia cum ossa tū viscera perfrumpunt & citam mortem inferunt; Ex Longinquo autem impulsifunt aut si alio quovis modo eorum violentia frangatur ut corpus penetrare nequeant, sed in carnosam tantum aliquam partem subsistant & hæreant, nihil inferunt periculi & vulneris consolidationem admittunt, cicatricemque recipiunt etiamsi in corpore remaneant, Sed temporis processu ac post plures annos ab ipsa natura, cum abscessu propelluntur.

XI. Tela, sagittæ & similia arma ossi infixasemper per eandem viam retrahendo ac huc atq; illuc leniter commovendo, donec ab osse liberentur, evellenda sunt, Cavendum tamen ne inter agitandum confringantur & eorū particulae in osse relinquuntur; at verò si in osse firmiter hæreant, quàm ut ulla ratione evelli queant, os ipsum circa telum sive spiculum cerebello accommodato circumquaque multis foraminulis excavetur, donec telum liberè protrahi queat.

XII Te



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

XII. Tela & alia arma in coarticulatione ossium hærentia retrahendo eximi debent; verum ante extractionem utraq; pars coarticulata robustis fascijs circumvoluatur & ab invicem forti traditione distrahatur, ut articulus dilatetur ac laxetur, & ita arma commodius sine læsione nervorum & ligamentorum, quorum vulneratio periculosa est, retrahi queat. Hæc de extractione armorum è vulneribus Chirurgiæ studiosis observasse satis erit.

Porro ubi in vulnere corpora minuciora, qualia paulò acce recensuimus, inhæreant, naturaq; operationes remorentur & neq; manibus neq; Instrumentis eximi queant, ea ut plurimum processu temporis à natura ad vulneris superficiem propelluntur, ante quam propulsionem nulla potest vulneris fieri conglutinatio.

Ut autem citius ea proerudantur, natura remediis extrahendi facultate præditis & vulneri impositis, adjuvanda erit, quorum remediorum in superioribus meminimus. Hoc loco facis erit pauca tantum subiiecisse.

Ex quibus simpliciora sunt radix arundinum contusa & cum melle in formam Catapl. redacta, quæ sine dolore & arma & aliena Corpuscula è vulnere prolicet, Idem præstat & plantago aquatica, cum radice eodem modo imposita, Item cinis ranarum aquatilium cum melle temperatus & impositus.

Composita verò extrahentia remedia celebriora hæc habentur Empl. extractivum Avicennæ, quod sic habet;

R. Propolis i. e. ffordium aluearibus apum adhærentium, aut si ea ad manus non sunt, Mellis Virgi. ℥. ij. Visci querci. aut cujuscunq; alterius arboris ℥. j. Ammoni. liquef. ℥. s. ol. vater. q. s. fiat in mortario Catapl.

Aliud



## DE ARMORUM EXTRACTIONE.

209

*Aliud Fallopij R. Propolis, Aristol. Sagapen. ana z. j. s. Fermenti acris, stercor. Columb. putresc. & nondum arefacti ana z. j. Bulborum siue rad. Narcif. No. ij. Picis navalis liquef. Mellis crudi ana q. s. ex omnibus in mortario contusis & probè subactis fiat Empl.*

*Aliud R. Rad. Diptami albi quæ Fraxinella est dictam. Creti. quo cervi sagittas infixas excutere credantur, Sagapeni, Asæ foetid. Gumm. Elemi ana z. j. visci quercini vel alterius arboris z. j. Resinæ liquef. z. j. s. Euphorb. z. s. Sulph. vivi z. ij. Picis liquid. Mellis crudi ana q. s. fiat Empl. Supra quoq; inter Empl. vulneraria proposuimus Empl. attractiv. efficaciss. Sunt & jam qui magica superstitione & incantationibus arma è vulnere se evellere posse profiteantur, inter quos primas tenet Magorum monarcha Paracelsus, qui dicit in Magnete & in verbis quibusdam certo tempore certisq; stellarum dispositionibus pronunciatis & characteribus insculptis vim cælestem influere quibus non tantum è vulnere sed etiam ex numero & parietibus infixæ tela & ferreus clavus excuti & ferre clausæ aperiri possint. Verum cum nos hæc prestigias Diaboli esse arbitremur, tales armorum extractions gregi Paracelsistarum relinquimus. Evulsis extrahisq; armis vulnus ipsum Chirurgica methodo (ut deinceps docebimus) convenientibus remediis facile persanari potest.*

*Magica ratio telæ extrahendi*

**SANGUINIS è VULNERE ERUMPENTIS absterfio & fluxionis cohibitio quomodo per agenda, & quæ circa suppressionem sanguinis sint observanda?**

*Sanguinis è vulnere profluētis absterfio & suppressio.*

*Post armorum è vulnere evulsionem secunda manualis Chi-*

*Le*

*lis Chi-*



lis Chirurghi operatio est Sanguinis è Vulnere profluentis absterfio & suppressio. Cum enim omnis vulneris recentis comes sit sanguinis eruptio, nisi profluens sanguis sistatur, omnes reliquas Chirurghi operationes turbantur atque impediuntur. Necessario itaque omnis cura & cogitatio Chirurghi post armorum extractionem, ad sanguinis absterfionem, concreti cruoris emundationem, & fluxionis cohibitionem conuerti debet.

Causa  
hemorrhagia è vulnere, utrum vena aut arteria lesa sit, quomodo dignoscendum

Sistendi  
sanguinẽ  
tres modi

C A U S A effluxionis sanguinis è vulnere est vel incisio vel præcisio alicujus venæ aut Arteriæ. In his enim duobus vagis duntaxat continetur omnis sanguis, & per eorum ramulos, per totum corpus & omnes ejus partes, maximè verò in carnosas & cutem dispergitur. Vtrum autem in vulnere læsa aut incisa sit vena vel Arteria, ex sanguinis effluentis substantia & colore facile internosci potest. Si enim sanguis cum impetu & saliendo erumpat, & substantia sit tenuis, Color eq̃ subflauus arteriam in vulnere incisam atque præcisam esse ostendit. At verò ubi sanguis uniformiter sine saltu & sensim effluit, & substantia crassa coloreque subnigra conspicitur, Venam læsam aut præcisam esse arguit. Quantò autem largius sanguis erumpit profluitque eò majores rami venarum vel arteriarum sunt vulnerati. Porro cum sanguis in corpore sit thesaurus Vitæ, si is è vulnere præter modum profluat, nisi tempore cohibeatur ac supprimatur, in Syncopen & tandem in vitæ periculum Coniicit; Quantum ad curationem siue fluxionis sanguinis cohibitionem attinet, Gal. & Avic. sapientiss. Medici, tribus modis fieri oportere docent. 1. Per aversionem siue revulsionem in aliumq̃ locum derivationem, quæ per aguntur aut venæ sectionem aut cucurbitulis affixis aut partis aduersæ fractionem & forti deligationem. 2. Per interceptionem, ubi Venæ vel Arteriæ præcisæ vinculis constringuntur. 3. Per remediorum constringentium. exic-



## DE SANGUINIS SUPPRESSIONE.

211.

um exiccationem & obstructionem, quorum modorum priores locam habere possunt in effusione sanguinis è naribus sed in vulneribus majoribus eos usurpare ridiculum esse arbitramur, Inizio itaq; in vulnere sanguis omnis molliissima spongia aut tenuibus linteolis complicatis aquaque calida imbutis abstergendus erit. Deinde vulnus & sanguine contaminata particula, Vino rubeo tepido & astringente abluenda erunt, præstantius fit hoc vinum si in eo concoquantur Agrimon. Cariophyll. & Mastix.

Sanguis ut  
abstergē-  
dus a vul-  
nere

Deinde cruor studiosè emundendus, vulnerisque totius magnitudo & constitutio, & utrum in eo venæ aliqua aut arteriæ majuscula sint incisæ aut præcisæ, accuratè considerandum erit; & ita observatis sequentibus regulis, sanguis artificiosè supprimatur.

1. In suppressione sanguinis Cavendum est ne citius aut tardius quam par est & natura vulneratæ partis patitur, effluxio sistatur cohibeaturque Ultrumq; enim noxam infert, citra enim sanguinis suppressio inflammationem & Erysipelata, Tarda verò cohibitio & intempestiva profusio sanguinis Virium collapsionem & animi deliquium infert; in corporibus itaq; imbecillioribus vulneribusque magnis atque in quibus majora vasa sunt præcisæ, item ubi metuitur animi deliquium, statim ac sine mora sanguinis profluvium est sistendum. In robustis verò & plethoricis corporibus ubi vires constant & in vul. minora tantum vasa sunt læsa, atque etiam in quibus corporibus ex ira aut temulentia aut nimia calefactione corporis sanguis est commotus, in illis largior fluxio concedenda erit & justa profluxio etiam exprimendo adjuvanda, eoque usq; fluere sinenda donec color sanguinis & faciei mutetur.

Sit ne sta-  
tim sup-  
primeren-  
dus sanguis

Ee 2

2. Ex



Quomodo  
supprimen-  
dus sanguis

## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

2. Ex vena magna vulnerata sanguis agrè sistitur, ex arteria verò magna vix & cum summa difficultate cohiberi potest. Vbi itaque in vulneribus majora vasa sunt incisa non autem præcisa, statim præcidenda erunt, & utraq; eorum pars à carne liberanda, & hamo obtuso sublevanda & filo robusto ex serico intercipienda, vincienda & colliganda erit.

3. Vulnus nec consuendum est nec conglutinantia remedia eidem imponenda, donec concretus sanguis ex vulnere penitus sit expurgatus; vel digitis expressus, vel si profundum sit vulnus, specillo exemptus cuius apici mollis spongia aut linteolum est alligatum & vino tepenti imbutum.

4. Expurgato è vulnere θρομβῶν, partes vulnori adiacentes refrigerentur imposita spongia in gelida aqua, cui quarta pars aceti est admixta, sit imbuta. Concresci enim sanguis, ut ad vulnus fluere nequeat, & tum vulneris cavitas repleatur linamentis sive penicillis ex linteis detritis apparatus, quæ si pulvere sanguinem comprimente conspergantur imbuanturque citius sanguis supprimitur, Tandem suprâ ea Linamenta stupa mundissima & pectinata ovi candido conquassato imbuta imponatur, vulnusq; deligetur.

5. In vulneribus minoribus si necessitas urgeat & natura partis concedat, antequam vulnere præscripta remedia imponantur, labia vulneris artificiosè consuantur, de qua sutura paulo post differemus, & ita Topica sanguinem sistencia imponantur & vulnus deligetur.

VI. In eruptione sanguinis, Vulneratus debet oculos claudere, ne proprium sanguinem inspicere queat, & subinde spe fovendus inter suppressionem, sanguinem jamjam sisti.

VII. Si parum sanguinis è vulnere effluxit & corpus sit plethoricum, aut pars vulnerata sit inflammata, aut febris agrū



## DE SANGUINIS SUPPRESSIONE.

egrum affligat, vires autem adhuc constant, venam incidere oportet. Si vulnus est in capite aut collo Cephalicam ejusdem lateris; Vulnere autem in Thorace, à collo usq; ad Diaphragma existente, Vena Mediana brachij oppositi; Si autem vulnus inflictum sit partibus sub Diaphragmate, & sub renibus vena poplitis aut Thalaris ejusdem lateris incidi debet.

VIII. Est contractio labiorum vulneris valida deligatione & fascijs ter quaterq; circumvolutis, contrahuntur labia & erumpens sanguis sistitur.

IX. Post deligationem per totum tempus curationis pars vulnerata secundum situm ita configurari & collocari debet, ut parum sanguinis ad vulnus confluat & minimum doloris excitet. His in suppressione sanguinis observatis, Topica remedia sanguinis fluorem sistentia quæ supra in remediorum vulneratorum Cathalogo sunt commemorata, adhibenda erunt. Hoc loco pauca nobiliora subijcere placuit.

Ex simplicibus sanguinem probe sistunt. Tela araneæ ex molis collecta, Crocus Martis, Arsenicum sublimatum, Calx viva, & albumina ovorum aut etiam lutea cum aq. rosa. aut vino rub. concussa & linamentis aut stuppis excepta ac vulneri imposita.

Composita probatiora præter superius commemorata sunt

Galenii R. Thuris z. j. Aloes z. j. s. tenuiss. pulverisata commisc. & cum ovi candido in crassitiem mellis redacta & mollibus pilis leporinis excepta & imposita sanguinis eruptionem sistunt; Supra quæ aut stупpa aut linteola complicata vel in Oxycrato i. e. aceto & aq. mixtis imbuta imponantur & fascijs deligentur.

Ec 3

Avi

28

oxycrato  
simplicia

Composita



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Avicennæ. R. Boli Arme. Sang. Draco. Thur. Aloes citrinæ ana z. s. Tenuiss. pulverisata commisc. & vel per se vulneri inspergantur vel cum Ovi albumine mixta ut jam dictum imponatur. Aut.

R. Calcis viuæ, Vitrioli Roma. Sang. Drac. Gypsi. h. e. Marigen Eps. Aloes; Thur. ana p. æ. tenuiss. pulverisata misce & jam commemorato modo imponatur.

Aliud remedium nostrum. R. Gallam densam, quæ in prunis storrefiat & ignescat & tandem in aceto vini bis ter vè super reiterata tostione extingatur, & confracta in eodem aceto, per noctem maceretur & exiccata tenuiss. pulverisetur, cui tantundem telæ araneæ ex molendinis collectæ & Cineris chartarum lusoriarum commisc. ac per se aut cum Ovi luteo vulneri imponantur.

Magica  
Sanguinis  
suppressio  
ex Carda-  
no.

Magica sanguinis fluentis suppressionem gregi Paracelsistarum dignam ex Cardano subijciam, non quod efficacem esse existimem, sed ut fatua illorum superstitio manifesta fiat; si ter, inquit Cardanus, super vulnus recitentur hæc verba, statim compefcitur sanguinis eruptio;

Sanguis mane in te, sicut Christus fecit in se.

Sanguis mane in tua vena, sicut Christus in sua

poena.

Sanguis mane fixus sicut Christus cum fuit Crucifixus.

### LABIORUM VULNERIS COAPTATIO five unio, quomodo peragenda, & quæ circa eam observanda?

Labiorum  
vulneris  
coaptatio

Tertia operatio Chirurgica post sanguinis suppressionem est labiorum vulneris coaptatio unio & conjunctio, quæ debet esse artificiosa & plenissima. In minoribus vulneribus ora debis-



## DE VULNERIS UNIONE.

215.

dehiscencia sola fasciarum deligatione & circumvolutione conglutinari & conservari possunt. In majoribus autem & late patentibus vulneribus, necessario labia vulneris unita & contracta aut consuitione aut laqueatione aut fibulo constringenda coaptanda & conservanda erunt, donec labia coalescant, subinde impositis itaque in coaptatione quatuor potissimum regulae sunt observandae.

I. In coaptatione labiorum sive ea consuantur sive fibulentur sive laqueis constringantur accurata adhibenda est industria, ut utraq; pars vulneris aequaliter, caro cum carne & cutis cum cute contrahatur, neve alterius partis cutis magis emineat altera, neq; distorta sint labia, sed plana & aequalia, alias enim scabram & deformem cicatricem relinquunt.

II. Studiosè cavendum ne semel conjuncta vulneris labia denuò ab invicem distrahantur, id quod decenti deligatione, apta consuitione & vulneratae partis proba configuratione collocationeque facile provideri potest.

III. Ubi in vulnere alterum labium molle & tractabile est, alterum vero durum & ossi adherens placidè & sensim est attrahendum.

IV. Ita ritè coaptata Vulneris labia, si sicutione non sit opus, tum decenti colligatione & fasciis ad triduum donec vulnus coalescit retinenda erunt, antequam nova fiat deligatio, nisi forte aliquod Symptoma novam requirat deligationem.

Sutura, Fibulatio & laqueatio vulneris quid, quomodo peragenda, & quæ circa eas observanda?

Quarta



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Quarta manualis Chirurghi operatio est consuitio, sive labiorum vulneris unitorum conservatio. Quatuor hæ operationes Chirurgicæ Sutura, Fibulatio, laqueatio & deligatio inter se cognatæ sunt & ad unum finem tendentes videlicet vulneris coaptati & contracti in eodem situ, donec natura vulneris partes conglutinet, retentionem. De deligatione statim in sequentibus dicemus. Nunc de Sutura, fibulatione & laqueatione breviter differemus, ac primò de sutione.

Est itaq; Sutio sive sutura compaginatio quedam partium in vulnere ab invicem distantium mediante acu & filo.

Vulnus consuiturus Chirurgus debet in promptu habere acumen, fila convenientia & acus quidem habere debet plures, alias duras ex chalybe, alias molliores & flexibiles ex ferro, Et omnes lenes & expolitas mundasq; cuspide triquetras, quales sunt Pellionum, longitudinis trium aut quatuor digitorum transversalium, quarum cauda foraminata utriusque excavata esse debet ut filum transactum intra se recondere queat.

Filum ad suenda vulnera, aptissimum est sericum rubeum non ultra modum crassum, robustum tamen & planum, omniq; nodo carens.

Tonfores nostri utuntur filo communi incerato, sed perperam.

Suturæ species sive formæ communiores sunt duæ,

Vna recta & continuata sartorum futorumq; similis, quæ fit ab uno termino vulneris ad alterum, acu cum filo per labia vulneris trajciendo & circumvolvendo, cujus usus est potissimum in intestinis, in membranosis partibus & cutis solius consuitione ubi suppressione sanguinis opus est.

Alteram



## DE VULN. CONSERVATIONE.

217.

Altera species futuræ Punctatio jure nominari potest quia punctando fieri solet, in qua vul. labiis acu & filo punctim trajectis & contractis filum in utraq; vul. parte convolvitur & in nodum colligatur. Hæc species non ut prior in vulneris termino incipienda est, sed in medio, atq; inde in utrumq; vulneris terminum procedendum, Nodi autem, fili sive punctationes in vulnere ab invicem distare debent ad digiti transversæ latitudinem, Ea in carnosis partibus & cutis consuetudine utimur, nostratibus *Der wunden zusamenknupfung* dicitur. Hanc speciem futuræ Fallopius veram fibulationem esse existimat, sed alij Medici de fibulatione secus sentiunt, ideo quid sit fibulum & quid fibulatio & quid differat à laqueatione brevissimè explicabimus.

Fibuli vocabulum non eodem modo usurpatur à Poetis & Medicis.

Poetæ enim per fibulationem intelligunt castrationis quandam speciem in adolescentibus, qua à re Venerea arcenda utebantur veteres, qui fibulum h. e. æneum anulum imponebant perpetuò, cujus Martialis meminisse & Celsus.

Medici verò & recentiores & Veteres per fibulationem intelligunt labiorum vul. ubi sutura locum habere nequit & in corporibus quæ suturam ferre nequeunt, per ferrea aut ænea instrumenta contractionem & conservationem.

Sunt itaq; Medicis fibula ænea aut ferrea instrumenta, in utraque sua extremitate uncos sive hamos habentia similia hamis illis quibus pannorum tonsores pannos mensæ connectunt *ein widerhakich angel* / Talium fibularum Unci non ipsi vulneris cuti infiguntur, id enim duplicaret molestias vulneris sed duplicatis linteolis ad longitudinem vul. adaptatis & ad

*Ef*

*duorum*



duorum digitorum latitudinem, utrinque sanis pariibus vulneris glutine applicatis & firmissimè adglutinatis contracto vul. infligunt & continent, die wunden *Zusammenhangung*.

Laqueatio.

Laqueatio eodem ferè modo fit ut fibulatio, nimirum per pannos utrique parti vulneris agglutinatos; quorum parti proximæ vulnere per intervalla ad spacium crassi digiti vincula latius sunt alligata, quibus contracto vulnere & circa alteram sanam partem colligatis vulnus in eodem statu conservatur. *Der wund mit bend Zusammenziehung.*

Fibulationis & laqueationis usus in facie

Nunc satis apparet quæ sit differentia inter fibulationem & laqueationem, ex quarum usu in cicatrice minor scabrities & punctationis deformitas relinquitur, quàm ex suture, ideo præstat eis profuturis uti in vulneribus faciei, genarum & frontis.

Ad applicationem verò linteorum quibus utimur ad fibulationem, laqueationemq. gluten singulare requiritur, cujus unicam parandi formulam subijciam.

Gluten ad fibulationem & laqueationem

R. Sang. Dra. Thur. Mastich. Sarcocoll. Picis, farinae volatilis ana  $\zeta. j.$  in tenuiss. pul. redacta aut cum albu. Ovorum aut cum glutine piscium in Linimenti formam reducantur, eoque lintea ex una parte imbuantur & partibus sanis utrinque vul. applicentur.

Canones in suendis vulneribus tenendi

Porro in vul. consuetudine hæ quinque regulæ sunt observandæ.

I. Nullum Vulnus consueundum aut fibulis laqueisque constringendum, nisi prius ab omni impuritate vulnere inherente sit expurgatum. *ἄσπετος* enim aut alia impuritas in vul. relicta, putrescit, & inflammationem adfert, Naturæq. operationes remoratur.



## DE MEDICAM. VULNERARIJS.

219.

2. Sola vulnera recentia & adhuc sanguine madentia per consuitionem, fibulationem & laqueationem à natura conglutinari possunt. Nam sanguine carentia vulnera & quæ pelliculam contraxerunt, frustra tentantur aut fibulo aut sutura conglutinari. Ideo in siccis vul. detrahenda est primum adnatæ pellicula aut scarificandæ sunt partes vul. ut sanguine madescant. Hac ratione conglutinantur labia oris scissa quæ nostratibus *hasenmundt* dicuntur.

3. Suitio omnis à Chirurgo blandè & quam maximè fieri potest sine dolore peragi debet, & vulnerum labia ita constringi filo, ne denuo resolvi queant.

4. Nervi aut ligamenta si in vulnere præcisa sunt nulla consuitione coalescunt, satis itaque erit ea in vul. cute obducere & carnem cum cute constringere.

5. Ubi vulnus conglutinari cæpit, quod ut plurimum quarto die fieri solet, fila ex suturis cultello scriptorio descindenda erunt, & artificiosè eximenda, ne deformitatem & scabritiem cicatrici inducant.

## MEDICAMENTA VULNERARIA ipsis vulneribus quomodo imponenda, & quæ circa ea consideranda?

Quinta operatio Chirurgica est medicamentorum naturæ operationes adjuvantium applicatio & impositio. Medicamentorum enim, ut diximus, impositione in vulneribus adjuvantur operationes Naturæ; Subinde itaque varianda sunt remedia, quæ vulneribus imponuntur, pro ratione operationum naturæ & constitutione Vulneris. At primum imponi debent sanguinem cohibentia, deinde Sympto. occasionem prohibentia,

Vulneraria medicamenta quo ordine adplicanda.

Ef 2

bentia,



bentia, deinde conglutinantia, tandem carnem generantia & postremò Cicatricem inducentia. Etsi autem in omnibus vulneribus aliena & præternaturalis humiditas vulnere sit adversissima, ut quæ facile putrefactionem inferre queat, ideò vulneraria remedia omnia debent esse exiccantia, Cavendū tamē sedulo ne per imposita remedia temperies h. e. inculpata constitutio partis vulneratæ labefactetur, sed potius per ea conserve- tur. In genere itaq; Medicamenta conglutinantia debent esse desiccantia & constringentia. Sarcotica verò oportet esse moderate siccantia, aperientia tamen, ut adfluenti sanguini via aperiantur. Verum cum de medicamentis vulnerariis & quæ in quibus formis sint usurpanda supra abunde dixerimus, eò recurrendum suademus.

Porro circa medicamentorum impositionem sequentes regulæ sunt observandæ.

Canones  
in medica-  
mentorū  
ad applica-  
tione te-  
nendi

I. Si in siccioribus Vulneribus nullum meruatur futurum Symptoma, satis erit remedium impositum alternis diebus immutare. Ubi verò vulnus sordidius humidiusq; conspiciatur, tum singulis diebus immutandum, Si verò Ichores ex Vulnere largius profluant, singulis diebus bis ea colluvies abstergenda & Emplastrum renovandum erit.

II. Primis septem diebus Post constitutionem & medicamentorum impositionem summa est adhibenda diligentia, ne ulla Symptomata, in primis autem dolor inflammatio & tumor incidant.

Si dolor in Vulnere ex medicamento excitetur, statim aliud remedium mutato priore imponendum erit.

Inflammationem verò arceat & simul tumorem, Ovi albumen concussum stuppis que exceptum & circumjacentibus partibus impositum.

Tumo



## DE VULNERUM DELIGATIONE.

225.

Tumorem vero prohibet Si partes circa Vulnus vino styptico tepido aut aceto rosa. abluantur aut ea stuppis excepta imponantur.

III. Post remed. convenientium impositionem Emplastro imposito super imponatur pulvillus qui aut ex stuppa aut ex linteolis convolutis aut linamentis conformatur, & simul cum Emplastro deligatur, cum ut Emplastrum tenacius vulneri adhaereat, tum ut nativus calor in parte vulnèrata foveatur ac conservetur.

## DELIGATIO VULNERUM QUOMODO PERAGENDA, & QUÆ CIRCA DELIGATIONEM OBSERVANDA?

Sexta necessaria manualis operatio Chirurgica in Vulneris curatione, post sanguinis suppressionem, labiorum vul. contractionem, consuitionem & medicamentorum impositionem, est artificiosa deligatio Die wunde zuvorbinden.

Deligatio  
Vulnerum

Est autem deligatio apta vulneris contractio & compressio circumvolutioq; cum pannis lineis, sive fasciis, Instrumenta enim deligationis vulneris fasciæ sunt, quæ pro varietate vulneris & crassitie partiû vulnèratarum diversam sortiuntur & latitudinem & longitudinem, debentque tamen esse ut plurimum quatuor digitorum transversorum latitudinis, Longitudinis verò duorum triumve cubitorum. Excindi autem debent fasciæ ex linteis attritis mollibus & quantum fieri potest mundissimis;

Fasciæ

Fasciarum secundum longitudinem extremitates Chirurgis capita, aliis caudæ appellantur, nos extremitates vocabimus. Tres sunt causæ deligationis vulnerum, ideo tres species sive formæ deligationis nobis relinquuntur;

Et 3

Pri-



Deligati-  
onis tri-  
plex modus  
pro causa  
triplici.

## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Prima causa est ut labia vulneris debiscentia per colligationem contrahantur & contracta contineantur, eam nos constrictoriam vocamus, vocent alij ut volent.

Deligatio constrictiva autem fit in vul. carnosarum partium, ubi labia plurima distant, in qua primum duplicatum linteum vulneri imponetur & ex adversa parte consuitur, ac tandem fascia quæ ejus latitudinis esse debet, ut, si fieri queat non tantum vulnus ipsum sed & utramque partem aliquo modo contegat. Ejus fasciæ medietas vulneri imponatur & altera ejus extremitas sursum, altera deorsum parti affectæ circumvoluatur, ac tandem utraq; pars aut adsuatur, ita tamen ut ligatura in ipso vulnere paulo arctior sit quam in sanis partibus.

Secunda forma sive modus deligationis retentiva, cum qua remedia vuln. imposita ne defluant aut decidant, constringuntur & continentur. Fit autem deligatio retentiva ubi fasciæ extremitas altera vulneri imponitur & circumvoluitur sursum vel deorsum ut vulneratæ constitutio efflagitet & ejus fasciæ terminus adsuatur. Oportet autem hac deligatione leniorem constrictionem fieri, quam in prima forma sive constrictiva.

Tertia forma sive modus deligationis est Deligatio expulso-  
ria, quæ purulentis ulceribus aptior est quam recentibus  
vulneribus. Ejus usus est ut per eam à fundo Vul. seu ulc. col-  
lecta excrementa & purulenta colluvies extrudatur &  
ad orificium Vulneris propellatur, ne amplius aliqua colluvi-  
es adfluere queat. Fit autem expulso-  
ria deligatio, ubi fasciæ  
altera extremitas aut superiori aut inferiori parti Vulneris,  
ubi colluviei collectæ suspicio est, (quod ut plurimum propter  
materiæ gravitatem in infima parte accidere solet) injicitur, &

inicio



## DE VULNERUM DELIGATIONE.

223.

initio arctissime circumvolvendo constringitur, sensimque laxius circumvolvitur usque ad os vulneris, atque ubi ad orificium vulneris esse deventum, fascia alia linteolo subligatur eaque vulnus transponitur, & ea quoque pars ut ne quid amplius influat circumvolvendo constringitur & assuitur.

Circa vulneris deligationem hæc regulæ observandæ sunt.

I. Omnis deligatio debet fieri cito, expeditè & sine doloris molestia, sed ut æger tollerare queat.

II. In omni deligatione cavendum est ne vel nimis arcta vel justo laxior sit deligatio; Laxior enim nec labia vulneris constringit, nec Emplastra imposita continet, nec excrementum è vulnere exprimere potest, arctior verò dolorem & inflammationem excitat.

Fascia vulnere involuta si tenacius propter adfluxum puris adhæreat, violenter non esse detrahenda, sed cum Vino aut Hydromel. aut alio liquore tepido tantisper irrigetur & madescat, donec sine molestia separari queat.

## EXCREMENTORUM PURULENTORUM è Vulnere remotio & absterfio quomodo peragenda.

Septima Chirurgi operatio in curatione vulnere est puris & aliorum excrementorum in vulnere ex impuritate sanguinis adfluentis generatorum & ad superficiem vulneris propulsores remotio, emundatio & absterfio, Die Wunde van etter vnd allerlei wuster feuchticheit zusaubern. Generantur enim quotidie in vulneris cavitate excrementa quædam aut laudabilia & fœlicem curationem pollicitantia, ut est pus incul-

Canones  
in deligati-  
one vul-  
nerum tenen-  
di.

Mundificatio vul-  
nerum.



Excremē  
ta in vul-  
nere tri-  
plicia, pus  
sordes, sa-  
nies.

## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

inculpatum; quod debet esse album, leve aequale & minime  
fœtidum. Aut ingeneratur sordidum & præternaturale pus,  
fœtens & alieno colore tinctum, quod sordes dicitur & indici-  
um est corrupti sanguinis & novæ carnis in vulnere generate  
corruptionis. Aut confluit in cavitate vulneris per osque ejus  
profluit aquosa colluvies h. e. sanies Das glidtwasser. De his  
excrementorum speciebus supra in curatione vulneris abunde  
tractavimus, ac deinceps inter Symptomata Vulnerum quæ-  
dam dicturi sumus. Hoc loco satis erit in genere de cujuslibet  
colluviei specie in vulneribus generate absterfione, remotione,  
emundationeque dicere, de qua sequentes regulæ sunt obser-  
vanda.

I. Pus etiam laudabile & secundum Naturam  
se habens si diutius in vulnere hæreat, operationes naturæ in-  
conglutinando & carne nova generando remoratur & vulneris  
temperiem corrumpit. Magis autem si pus sit sordidum vel sa-  
niosum ubi diutius in vulnere permaneat. Ideò accuratissimè  
omne pus & sordes omniaque excrementa tempestivè, ubi vul-  
neris remedia nova imponuntur & nova fit deligatio semper  
abstergi & removeri, elui & exiccari debent.

II. Absterguntur autem è Vulnere excrementa aut  
molliss. Spongia aut molli linteolo aut linamentis, ac si ulcus  
profundum sit ea apici specilli alligari debent & vulnere inferi,  
omnisque colluvies emundari. Elotione verò ubi opus sit utero  
Vino stiptico tepido cui nonnihil Sarmeni Indici, & Mastich.  
sunt incocta.

III. In vulneribus profundis si largius hæreat ex-  
crementum, in infima ejus parte foramen faciendum est aut  
scalpello aut causticis remediis, ut omnis purulencia liberè pro-  
fluere queat.

SYM.



SYMPTOMATA QUÆ VULNERI  
incidere possunt quomodo curanda?

Sympto-  
mata vul-  
nerum

Octava operatio studiumque Chirurghi debet esse nè  
Symptomata in Vulnus incidant, & si quæ in eo excitentur  
ut ea remediis aptis & exquisitis tollere & lenire que-  
at. Cum autem varia Symptomatum genera non tantum  
in vulnus ipsum, verum in totum corpus vulneratum incidere  
soleant, ut sunt, dolor, Inflammatio, tumor, putrefactio, sor-  
dities, profluvium aquosi excrementi, Item Syncope, Vomi-  
tio, alui suppressio, febris, vigiliæ, delirium, spasmus, &  
Paralysis, vulneratæq; partis tabes sive extenuatio. De ho-  
rum omnium Symptomatum curatione paulò post brevissimè  
tractaturisumus, Ubi primum vulneris præcipuarum partium  
curationes breviter proposuerimus; Non enim omnium par-  
tium Vulnera eadem methodo & iisdem remediis persanari de-  
bent aut possunt. Hac de generali curatione vulnerum Chi-  
rurgiæ studiosos observasse satis esto, quibus probè cognitis fa-  
cilè quilibet poterit omnia vulnera fæliciter curare; nunc ad  
particularia vulnera accedemus.

QUARUM PARTIUM VUL-  
nera peculiarem requirunt curan-  
di rationem?

Etsi omnium ferè partium Corporis Vulnerum  
generali jam à nobis proposita methodo, commemoratisque  
remediis Vulnerariis, habita tantum ratione naturæ partium,  
commodè curari possunt; Sunt tamen cum ex Simplicibus si ve  
similaribus tum ex compositis seu Organicis membris, quedam

Gg

quæ



Vulnera  
partium  
que pecu-  
liarē curā  
requirūt

quæ si vulnerentur peculiarem curationem & suæ naturæ con-  
venientia medicamenta desiderent. Quales inter similes par-  
tes sunt, Caro, Nervi, Ligamenta & ossa.

Inter verò organica membra sunt Caput, Oculi, Nasus  
Collum, Gula, Guttur, Pulmo, Cor, Spina dorsi, manus  
pedesq̄, Diaph. Renes, Epar, Lien, Venter, Intestina, Ve-  
fica, testes &c. De quarum singularum Vul. poss̄ generalens  
methodum, quæ sint observanda, nunc brevissimè differemus.

### I. CARNIS SIUE CARNOSA- rum partium Vulnera quomodo curanda?

De carnis  
sive carno-  
sarū parti-  
ū vulnere  
Caro nus-  
quā sola

Caro simplex in Universo corpore nusquam re-  
peritur sed semper adnata est venis, arteriis, nervis & mem-  
branis eisdem intertexta, quorum constructio Musculus dicitur  
& sola caro per se nunquam vulneratur, Sed semper cum ipsa  
unâ vulnerantur & Cutis & Venæ & arteriæ & nervi &  
membranulæ & simul unâ quoq̄ curantur.

Musculo-  
rū vulne-  
ra curatu  
difficiliora

CURATIO Vul. in Carnosis sive musculosis partibus  
facillima est, Caro enim est concretio quædam elaboratis. san-  
guinis & cum sanguis subinde affluat in vulnus, ex eo caro ge-  
neratur, quæ vulnus conglutinat, adhibitis tamen remediis  
& operatione manuali, quæ in generali curatione proposita  
est: nisi fortè muscoli aut caput aut cauda h. e. Tendines &  
ligamenta sunt præcisa aut vehementer læsa. Eorum enim vul-  
nus aut prorsus aufert aut vitiat motum;

Et nisi muscoli aliqua pars cæsim prorsus est amputata,  
ex qua vulnus excavatum efficitur, In iis Vul. carnosis, pe-  
culiaris requiritur medicatio, Verùm de præcisorum ligamen-

torum



DE CARNOS. PART. VULN. CURAT.

227

torum tendinumq; curatione paulo post differemus: nunc satis erit breviss. generalem curationem musculorum repetijisse.

Est itaque carnosarum partium curatio juxta regulas supra traditas, ut primum profluens sanguis sistatur in sper-  
so pul. rubeo, sive conglutinatorio supra commemorato.

Curatio  
vulneratū  
musculi

Deinde si Vul. Est magnum & patens ut labia co-  
pcentur consuanturque.

Tertio ut arcendorum Symptomatum causa ovi can-  
didum concussum & stupa exceptum, Vulneri per triduum  
imponatur, tandemque Vulnus vino tepido crebrius abluatur.  
Vinum enim teste Hipp. omnibus Vul. aptissimum est. Postre-  
mò imponantur Emplastra, primum quidem conglutinantia,  
deinde Sarcotica, postremò Cicatricem inducentia, semper a l-  
hibita artificiosa deligatione de quibus Chirurg. operationibus  
paulo ante à nobis abunde dictum est.

Porro ubi in aliquo Vul. non tantum divisa est sub-  
stantia carnis & cutis, sed etiam amputata & amissa; tum  
Vulnus cavum efficitur, cavamque efficit cicatricem; non e-  
nim facile labia vulneris coaptari conglutinarique possunt.  
Annitendum tamen est ut quatenus fieri queat nova carne ca-  
vitas Vul. repleatur.

Vulnus  
Cavum  
ut curadiū

Caro autem cum ex sanguine, Naturæ beneficio solo, gene-  
retur (per Naturam autem hoc loco intelligimus partis affectæ  
Eὐχρασιαν & calorem nativum) Ubi enim sanguis in corpore  
inculpatus est & partes sanæ & temperatæ, ibi caro amissa  
deperditaque etiam nullis adhibitis remediis sed solo folio Bras-  
sicæ Vulneri imposito regeneratur, modò pus excrementis iū tem-  
pestive à Chirurgo removeatur.

Satis itaque erit cavo vulnere persanando in temperatis  
Corporibus imponere remedia, quæ vel ejus aquosa excremen-



Remedio-  
rū delecto  
pro intem-  
perie par-  
tis

## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

ta (si adsint) exiccene, aut si sordida existant, expurgent.  
Quæ autem remedia & exiccant & expurgant Vulnera supra &  
in curatione Vlc. & in enumeratione remediorum abundè pro-  
posuimus.

In eis autem applicandis natura & temperies Vulneratæ  
partis unicè esse observanda, ut calidis frigida, frigidis ca-  
lida, humidis sicca, & valde siccis particulis moderatè hume-  
stantia admoveantur. Ex his autem remediis quæ supra sunt  
commemorata, semper ea sunt deligenda, quæ plurimum juvent  
& nullum inferant dolorem, & si quæ noxam inferunt, statim  
immutanda erunt. Præterea si Carnosis vulneribus aliqua  
sunt Symptomata copulata, ea semper prius sunt removenda,  
& discutienda, quam Carnis generatio molienda: aliàs siqui-  
dem præsentibus Symptomatibus nec caro generari exoptata,  
nec Vulneris cavitas expleri commodè poterit; De Sympto-  
matibus verò, Vulneribus copulatis & quomodo singula sint cu-  
randa, paulò post tractabimus.

## NERVORUM, TENDINUM, & ligamentorum vulnera quo- modo curanda?

De vulne-  
re Nervi  
Tendinis  
& Liga-  
menti.

Nervi, Tendines & Ligamenta exsanguis sunt &  
ex semine originem ducentes partes & simul omnes nervosæ  
partes nominantur, quarum vulnera inter se similem ferè, di-  
versum tamen ab aliarum partium Vul. requirunt curandi  
methodum & peculiaria remedia.

Nervi  
quid?

Nervi *veuegi*. *Sehu* oder *sehnadern* sunt organa imme-  
diata sensus & motus voluntarij ex cerebro & Spinali medul-  
la progenerata.

Tendi-



DE NERV. TEND. ET LIGAM. VULNERIB.

229.

Tendines sive chordæ *Τένοντες* grosse sehen oder flach  
 ἄσῃ ἀδερν sunt musculorum extremitates ex concursu fibra-  
 rum filamentorumque nervorum & ligamentorum per muscu-  
 los disperforum generataeque substantiam habent nervis durio-  
 rem & albam: ijs muscoli ossium articulis alligati sunt, quò  
 ossa robustius moveri queant, In motu enim & tendines contra-  
 huntur & dilatantur.

Tendines  
 quid?

Ligamenta sive Vincula *ὀστέων* Gliederbende / Sub-  
 stantia eorum propius accedit ad naturam Cartilaginum, quàm  
 nervorum, mollior tamen est, quàm Cartilagine; Ortum  
 ducunt ex termino unius ossis & in alterius terminum implan-  
 tantur, & in ossium coarticulatione duo ossa colligant firmissi-  
 me. Ligamenta per se carent sensu sed ratione membranæ qua  
 vestiuntur sensum obtusum habent.

Ligamētā  
 quid?

Vulnerantur nervi nervosæque partes aut punctim  
 aut caesim, & caesim rursum aut in totum præciduntur, aut cute car-  
 neq; quib; teguntur aputatis nudantur atque deteguntur, Sæpè  
 quoque nervosæ partes per contagionem læduntur atque vulne-  
 rantur. In his vero pejora sunt & difficilioris curationis Vul-  
 nera, quæ punctim sive transfodiendo infliguntur. Vulnera  
 porro nervorum ac tendinum peculiarem curandi methodum  
 & propria requirunt remedia.

Nervosæ  
 partes  
 quot mo-  
 dis vulne-  
 rantur?

Signa vulneratorum nervorum ac Tendinum. In ner-  
 vorum vulneribus intollerabilis dolor (sunt enim nervi exqui-  
 sitissimi sensus) crebra cōvulsiones, aliaque laboriosa Symptoma-  
 ta. Cum enim nervi omnes ex cerebro aut ex ejus rivulo spinæ  
 medulla generentur & exoriantur, magnam habent cum cere-  
 bro *συνπάθειαν* & gravissima excitant accidentia, ut sunt fe-  
 bres, vigilie, vulneris putrefactio ex aquosa sanie, & motus atq;  
 sensus aut amissio aut debilitas.

Signa dia-  
 gnostica

Gg 3

Ih



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

In vulneribus nervosarum partium, in primis autem in nervorum substantia hi Aphorismi & signa praesagientia tanquam regulæ in curatione sunt observanda.

I. Nervosarum partium curatio cæteris vulneribus magis est contumax, tarda & difficilis, cum quia partes sunt exsanguæ, tum quia ob exquisitum sensum non valida ferunt quælibet remedia.

II. Nervosæ partes solæ nunquam vulnerantur; Sed semper simul & Cutis & Caro eisdem incumbens Convulverantur.

III. Nervosarum partium vulnera maligniora sunt in ipsis articulis ubi nervi, tendines & Ligamenta concurrunt.

IV. Præcisi per transversum dissectiq; nervi & tendines non tam sæva inferunt Symptomata & tuti sunt à convulsione, quam si eorum vulnus ad medium usque penetraret, sed vulneratæ ejus partis motum sensumque vel auferunt vel vitiant.

V. Transversim secti nervi non tamen in totum præcisi sævas inferunt convulsiones; præstat itaque eos statim præcidere, satius enim est motu quàm vita privari; cum convulsiones in Vul. maxima ex parte lethales sint.

VI. Præcisi nervi ac tendines nullis remediis iterum conglutinari possunt nec ferunt consuitionem, Eorum tamen termini & extremitates indurantur & carne cuteque obduci possunt, Sed, ut dictum est, motu sensuque partis vel amisso vel vitiato.

VII. Si in nervorum vulneribus tumor apparuerit & paulo post dispereat, convulsio metuenda est.

VIII. In



DE NERU. TEND. ET LIGAM. VULN.

VIII. In Vulneratis nervosis partibus si vulneris orificium in cute & carne nervo incumbentibus exilius & angustius sit, quam ut nervus Cospici queat vulneratus, vel ut sanies profluere queat (in nervis enim vulneratis aquosa saniei progeneratio familiaris est) quæ nisi subinde expurgetur exicceturque, convulsionem & inflammationem in Vul. excitat & sæpè mortem infert.

Ideò statim in initio angustum orificium usque ad nervum vulneratum; cultero rasorio aperiendum ac dilatandum erit, ut & nervus vulneratus in conspectum veniat & sanies omnis exprimi queat.

CURATIO Vul. nervosarum partium præter generalem supra traditam vulnerum curationem consistit in debita victus ratione, vena sectione, Symptomatum præsentium sublatione vel saltem mitigatione & remediorum vulneribus nervorum dicatorum applicatione. Victus ratio tenuis & parca esse debet; Vino prorsus est interdicens & Hydrom. concedendum, eger quoq; in tepido loco quietus detinendus. Post victus rationem considerandum erit utrum corpus vulneratum sit plethoricum & robustum, aut sit *νεγροχρουν* viciofoque humore refertum; & in plethorico quidem atque robusto corpore si ætas & vires ferant, Vena ejusdem lateris vel in cubito si vulnus est supra umbilicum, vel sub poplite aut malleolis si vulnus sit infra Umbilicum, incidenda erit. At si corpus sit *νεγροχρουν* vel alius sit suppressa, convenienti Cathartico remedio succi vitiosi subducendi sunt & alius lenienda.

Tandem totum consilium cura que Chirurgi ad sævissimorum Symptomatum, doloris nimirum, & convulsionis sedationem, inflammationisq; mitigationem & Ichoris expurgationem

237.

Vulneris  
angusta à  
placida

Curatio  
vulneris  
in nervosæ  
parte.

nem



FRANCISCI JOELISSECTIO III.

nem exiccationemque convertenda erit. De quorum omnium Symptomatum artificiosa curatione paulò post inter Symptomata vulnerum fusius acturi sumus.

Porro remedia in nervosarum partium punctim aut cæsimillatis vulneribus saluberrima ac præcipua sunt;

Ex Simplicibus quidem Lumbrici terrestres contusi & vul. impositi, Succus centau. min. illitus & pul. ejusdem inspersus, flos Sulph. inspersus, Pix liquida, quæ commodiss. nervis denudatis illinitur.

Item Ol. vetus in quo bulbi lill. alb. sunt incocti Ol. è Lumb. è strobillis piceæ, è luteis ovarum, Ol. ex Euphorb. Ol. lill. albo. & petroleum.

**Oleorum** usq; in nervorū vulneribus  
Etsi autem præscripta olea nervis sunt amica & familiaria, tamen in Vulneribus cutis & carnosarum partium omnia Olea, teste Hipp. inimicissima sunt, putrefactionem enim excitant, ideo præscripta olea in nervosarum partium vulneribus non sunt inserenda aut instillanda, Sed foris tantum conrecto prius vulnere aliquo Empl. linteis molliss. aut lana excepta, probèque calefacta imponi debent, & non tantum partes vulneri adjacentes eis fovendæ, sed & spina dorsi & cervix ubi nervi exoriuntur eisdem inungi & confricari debent.

**Compositis**  
Ex compositis verò nervorum Vulneribus dicatis remediis præstantiora sunt Ol. Hyperic. quod ita parari consuevit.

**Chimici** cōmēdant  
Ol. Mastichin. Terebint. ex pingd. taxi vuis, magister.  
R. Terebint. ℥. j. Ol. Tereb. prima destillatione producti ℥. iij. Ol. rosa. ℥. ij. Lumb. terrest. in Vino generoso lotorum & nonnihil contusorum ℥. vj. Rubæ tinctorum ℥. j. foliorisma. Centau. mi. Millefolij, omnium virescentium & contusorum P. j. Sulph. vivi pulveris. ℥. ij. Vini Maluat. q. s. ut duorum digitorum latitudine reliquis emineat, commixta & in bal-



DE VULN. VENAR. ET ARTERIAR.

Et in balneo Mariae per 24. horas macerata concoquantur ad Vini evaporationem, Deinde fortiter expressa colentur, Colatus liquor pinguis in Vitrum angusti orificij infundatur, & Vitri vacua Capacitas floribus & seminibus virescentibus Hyperic. Compleatur, & per aestatem ardenti soli exponatur, ter quaterve flores & semina permutando & fiat salubre oleum ad omnia nervorum vicia: quod tuto non tantum foris illini sed & nudatis contusisq; nervis imponi potest. Praescriptis autem omnibus nobilius esse in vulneribus nervosarum partium deprehenditur sequens

Unguentum. R. fol. Centau. min. Cinoglos. Arnoglos. Pilosellæ, Consol. ma. Veron. omnium viresc. M. j. Lumb. terrestr. generoso Vino elotorum ℥. s. Ol. veteris, vel si haberi nequit Ol. lill. alb. ℥. j. Vini Malva. ℥. j. Subigantur ac commisc. atq; per octiduum vel in ardenti Sole vel in tepido balneo Mariae macerentur ac tandem eisdem admisc. sevi hircini liquefacti Picis nigrae liquefactæ, Resinae ana ℥. iij. Gum. Ammon. Oppopa. Galbani omnium in aceto maceratorum dissolutorumq; ana ℥. v. quibus simul probè commixtis decoquantur lento igne ad Vini & aceti evaporationem; colentur & admisc. Tereb. ℥. j. Thur. Mastich. Sarcoc. ana ℥. iij. Croci ℥. ij. fiat Unguentum imponaturq; vulnere nervosarum partium tam earum quæ contusione, incisione & confossione sunt vulneratæ ac denudatæ, aut

R. Sulph. vivi ℥. j. Ol. veteris in quo prius fol. Sambuci sunt incocta q. s. Subigantur in mortario diutiss. & in formam Linimenti redigantur, vulnereq; nervorum illinantur.

Post illinitionem sequens Emplastrum nervosis partibus vulneratis imponi potest.

R. Asæ foetidæ ℥. ij. Cerae Ol. vet. Picis navalis ana

Hb

℥. s.

233

Pompeo  
lig. Plumb  
Aristoloch.  
& Irid.  
Flor. Ol.  
Castor. Es-  
sent. Eu-  
phorbij Ol.  
Lubricor.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO. III

℞. s. liquefacta commisc. fiat Empl. Aut imponatur Empl. nostrum è Vernice pictorum aut Empl. propositum. Mirum in modum quoq; inflammationes & alia Symptomata in Vuln. nervosarum partium arcet, doloremq; mitigat sequens Catapl. calidum impositum.

R. Farinæ fabarum, Erui ana ℞. j. Coquantur cum lixivio acri & addita q, s. Oxymel. fiat Catapl. Porrò supra Empl. & Catapl. ne nervosæ partes refrigerentur, mollis lana Ol. lill. calido imbuta imponatur ac deligetur. In Nervorum contusione omnium primum dolor mitigari debet ol. rosa. tepido, cui ovi candidum & far. faba. est commixta, imposito. Denudatis nervis non sunt acria remedia admovenda, neq; ol. perfundendum, Sed calx probè lota & cum Ol. rosa. mixta commodè imponi potest. Ego magis laudo aq. Arnoglos. aut Centau. min. vivæ Calci infusam probèque commixtam, & ubi calx subsidit aq. per simbriã panni vasculo impositam, cujus extremitas in aliud vas subjectum pendeat, destillatam & linteolis impositam.

## VULNERA VENARUM ET ARTERIARUM quomodo curanda ?

De vulne.  
re vena &  
Arteria

φλέβες Venæ Die bludtaderen / αρτηριαί Arteris Die Pulsadern. Hi canales humani corporis, Medicis vasa dicuntur. Venæ enim continent sanguinem, Arteris verò spiritum vitalem una cum tenuissimo sanguine. Exiliores rami Venarum & Arteriarum in Vulneribus carnosarum partium dissecti post sanguinis suppressionem facillime per generalem curandi methodum & medicamenta enumerata per sanari possunt. Verùm ubi Trunci ac majores rami earum præcitantur, cum

san-



## DE ARTIC. VULNERIBUS.

Sanguinis eruptio difficillimè sisti potest; nec conglutinari facile;

Opus itaque erit earum extremitates à carnosis partibus nonnihil liberare & filo serico convincire, quo factò & earum persanatio generali methodo & remed. recitatis perfici potest. Inter majores venas & Arterias, si vena cava & Arteria aorta & Venæ jugulares præcidantur, ut plurimum lethales sunt.

## OSSIUM VULNERA QUOMODO curanda?

Ossa sunt partes similes, exsanguis & omnium durissima, ex terrestri parte seminis generata, quorum usus est ut molem corporis tanquam pali in tentorijs sustineant, verum cum nos de ossium fracturis paulo post seorsim tractaturi simus, hoc loco breviores in vulneribus ossium erimus. Vulnera ossium reipsa non differunt ab eorum fracturis, alij verò Fracturam vocant eam ossis solutionem & comminutionem, quæ sine incisione ab externa violenta causa ossibus accidit; Vulnus autem ossis esse dicunt eam divisionem, quæ cum incisione cutis & Carnis ossi incumbentis infligitur. De ossium vulnere hæ regulæ sunt observandæ.

I. Ossis continuitas Ubi semel est divisa, rupta, vulnerata vel amputata, nunquam per se iterum restaurari & in pristinam unionem reduci potest, coalescunt tamen ossa confracta & conglutinantur interuentu alterius materiæ ex alimentario humore in vulnus delatæ, quemadmodum asseres in tabularis conglutinari solent, quam gluten ossium Græci πωρο ουρησιν, Latini callum nominant.

235

Venarū  
& arteriarū vuln-  
era lethalia

De Ossium  
vulnerib9

vulnus &  
fractura  
ossis quid  
differant

Ossa Callo  
interve-  
niente cō-  
glutinan-  
tur.

Hh 2

2. Ex



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

II. Ex majoribus ossibus medullam continētibus si aliquod in totum dissecetur ut medulla profluat, ea tota pars necessario exarescit.

Fragmēta  
ossiū quo-  
modo exi-  
menda.

III. Ossis vulnerati fragmenta in Vulnere hærentia non statim in initio nec subito ac violenter è Vulnere protrahantur, Intolerabilem enim dolorem, Convulsionem febres & fistulosum ulcus excitant. Præstat itaque in Vulnere aliquamdiu relinquere ea, donec vel natura foras propellat, vel attractorio remedio sensim eliceantur.

Curatio  
vulnera-  
torum of-  
sium.

CURATIO Ossium vul. maxima ex parte consistit in comminutorum ossium coaptatione & artificiosa deligatione callique conglutinatorij generatione, de quibus & tota ossium curandi methodo paulò post dicturi sumus.

## VULNERA ARTICULORUM QUOMODO curanda?

De Arti-  
culorum  
vulnerib9

Vulnera articulorū difficilis sunt curationis & si negligēter tractentur, in ulcus ægrotans, siue malignum degenerant, In articulis enim concurrunt Venæ, Arteriæ, Nervi, Tendines & Ligamenta, quibus vulneratis & non tempestivè procuratis Ichores subsequuntur, ex quarum contaminatione putrescunt carnosæ adjacentes partes, denudantur nervi & ligamenta, & acerbiss. excitant dolores, in malignumq, ut diximus, ulcus degenerant. Vix itaque aliqua pars vulnerata majorem desiderat diligentiam in curando quàm articuli. Observata itaque generali curationis methodo superius tradita ea adhibeantur præsidia quæ paulò ante in nervorum & tendinum curationibus proposuimus.

Eorum  
Curatio

1. Omnium autem primum mitigetur acerbitas doloris,



DE ARTIC. VULNERIBUS.

foris, & exiccetur sanies aquosa per ea remedia quæ possunt in curatione singulorum Symptomatum vulnerariorum recenserebimus. Vbi verò in articulis denudati sunt Nerui, & Ichores supra modum in vulneribus redundant, vulnusq; putrescat, confuleissimum ego iudico ut præter remedia foris applicanda, ad usum potionis ex sarmento Indico paratæ confugiatur, cujus coquendi utendiq; rationem in superioribus ac potissimum in curatione morbi Gallici edocuimus. Hæc de Vulneribus partium similarium peculiarem curationem efflagitantibus dixisse satis esto, nunc de organicarum partium vulneribus curandis sermonem instituemus.

VULNERA CAPITIS QUOT MODIS fiunt, & quæ circa ea observanda?

Inter organicas partes propter sedem rationis facile principem locum obtinet caput. Vulneratur caput variis modis variisque armorum generibus feriendo casim aut punctim, acie armorum, aut contundendo, verberandoq; armis obtusis, aut decidendo gravi lapsu ex loco sublimi, incidendo in gravia & dura corpora, quæ omnia in Vul. capitis necessaria cognitu sunt Chirurgo.

Principio itaq; ac primo statim intuitu in capite vulnerato duo sunt consideranda, primū in qua regione capitis sit vulnus inflictum in Syncipite, Occipite, vel in temporibus, vulnera namq; in Syncipite & temporibus inflicta etiamsi sint exigua & leniora, plerumq; periculosiora sunt quam in Occipite, aut Vertice vulnera etiam majuscula, In temporibus quidem perniciosiora sunt vul. propter debilitatem, tenuitatemq; &

De Vulneribus capitis Quot modis vulneretur caput

vulnera in temporibus & syncipite periculosa

Hb 3

rari-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

raritatem ossium & musculorum nobilitatem per quos venæ & arteriæ soporales sanguinem & spiritum vitalem Cerebro deferentes, perreptant & in cerebrum provehuntur.

Quibus læsis læditur ipsa vita & citissimè extinguitur animal. In Syncipite periculosa sunt vulnera ob ossis Calvæ tenuitatem, suturæ coronalis raritatem & propter thalamos anteriores Cerebri qui domiciliū sunt Spirituum animalium & sensus communis. 2. studiosè observandum est quænam particula, una ne aut plures aut pauciores aut omnes sint in Cap. Vulnerata;

Sunt autem hæ capitæ partes: cutis carnosæ cum pericranio, Craneum seu calva, membranæ duæ cerebrum involuentes, & ipsa cerebri substantia; quibus partibus capitæ vulneratis singulis peculiaris debetur curatio, de quibus ordine breviter differemus.

### CUTIS CARNOSÆ ET PERIOSTEI Vulnera quomodo curanda?

Curatio  
Cutis ca-  
pitæ & pe-  
ricranij

Ubi capitæ cutis carnosæ & simul periosteum seu membrana calvæ foris ambiens citra ossis calvæ læsionem est vulnerata, generali methodo & supra commemoratis remediis facillimè & citra omne periculum persanari potest. Verùm in temporibus propter recitatas causas inflatum vulnus etiam levius non minimam habet difficultatem; In iis itaque omnium primum sanguis est suppressendus, Deinde methodo generali & remediis supra traditis in curatione procedendum erit.

CAL-



CALVÆ SIVE OSSIS CAPITIS VULNERUM quot sunt species, quibus modis dignoscendæ, & quomodo curandæ?

Contingit sæpè ut cute Capitis integra permanente ipsa calva sive os capitis vulneretur, ut fit in violentis ictibus ex obtusorum armorum genere inflictis, crebrius tamen acie prædicta arma capiti inflicta cum Vul. cutis simul & ipsam calvam vulnerant & incidunt.

Accuratè itaq; in vulnerib. capitis considerandum est utrum calva simul sit convulnerata, & ad quam speciem vulnerati ossis calvæ fractura sit referenda; Porro species vulnarum Ossis Cap. sive fracturæ quatuor habentur;

Dissectio, Rima sive fissura, Comminutio sive contusio, & Depressio.

I. Dissectio sive Incisio Calvæ Eine vorwundung der Hirnschale est quæ calvæ casim ense aut gladio violento ictu impresso infertur, & in qua non tantum ossis continuitas solvitur, sed & sæpè particula ejus amittitur.

II. Rima sive scissura eine Ritze est Calvæ tenuis & oblonga perruptio, quanquam instar pili exilis, nonnunquam paulò latior, similis fracturis seu scissuris vitrorum, ollarum & testarum; fit autem rima ex violenta contusione, & ubi arma obtusa, ut sunt saxa & fustes Capiti valde impelluntur & incutiuntur. Rima contingit sæpè calvæ etiã non vulnerata cute, contingit deniq; crebro non in loco percusso, sed vel in opposito vel alio aliquo: quæ quia delitescit, eo est perniciosior Id quod usu quoque venit non tantum in calva, verum etiam in vitro, olla, testa & Campana, ex violenta in cussione ut opposita pars frangatur & rimam acquirat.

De vulne-  
ribus ipsiq;  
Calvæ

Species  
quatuor

Incisio

Rima sive  
scissura

Com-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Comminutio sive contusio ein Zerknirschung der Hirnschalen est ubi calva in plures paucioresve partes ex violenta impulsione armorum obtusorum confringitur & comminuitur, ut videmus ubi ovum fortuito e manibus in mensam prolabitur, cujus testam minutas partes confringitur. Talis quoque comminutio calvae fit ex obtusis armis capiti incidentibus & saepe quidem sine vulnere cutis.

Depressio

Depressio Calvae Ein Indruckung der Hirnschale est ubi duae partes calvae, sive id contingat in integro osse sive suturis, ab invicem separantur, quarum altera sursum altera deorsum removetur, contingit talis depressio ex violenta concussione aut casu aliquo in corpus durum.

Signa harum speciarum diagnostica.

Et haec quidem species fracturarum calvae & in solidis ossibus & in suturis, tum cum vulnere cutis, tum citra vuln. possunt accidere, Ex quibus dissectio quidem & depressio visu tactuque deprehenduntur.

Rima vero & Comminutio, sensus saepe effugiunt, nisi in detecta cute, Ideo prudenti ratiocinatione & conjectura artificiosa dignosci debent, & dissectio ex inspectione vul. & visu & specillo explorari possunt.

Depressio vero & comminutio ex loci inaequalitate & aliis signis deprehenduntur. Fit tamen saepe ut & rima & comminutio in amplioribus vuln. si magna sunt, visu tactuque dignosci queant, Sed ubi sub cute illaesa delitescunt nec visu deprehendi possunt nec tactu, ex sequentibus signis artificiosa conjectura agnoscenda sunt.

Signa quae docent calvam esse fractam.

Signorum itaque fracturae Calvae primum genus sumi debet ex relatione aegri, Inquirendus itaque aeger est quomodo se habuerit eo tempore, cum capiti vulnus sit inflatum, qui si responderit visum sibi esse quasi testaceum caput confra-

ctum.



## DE LÆSI CRANEI SIGNIS.

241.

*Etum habuisse, aut ubi responderit se statim post incussio-  
nem caligine oculorum, capitis vertigine, diutinoque aurium  
tinnitu laborasse, suspicio erit rimam calvæ vulneri subesse.*

*Secundum genus signorum sumi potest à Symptoma-  
tibus immediatè post inflictum vulnus excitatis, ut sunt Sopor,  
Vertigo, Epilepsia, & ossis calvæ confractæ post paucos dies  
aut denigratio aut nimia dealbatio & albis maculis conspersio,  
Illa enim os emortuum esse & fractum ostendunt Et si fateatur  
ager in ipso idem non in percussa parte, sed in opposita fractionis  
dolores & notas se persensisse, eo in loco rimam in calvæ obortam  
esse conjectandum est.*

3. *Signa sumi possunt ab jectus violentia, ut si lapis  
grandis è sublimi in caput incidat, aut ubi sclopetum inter ex-  
plodendum disrumpatur & parsicula caput ipsum feriat, certa  
conjectura prædici potest Calvæ ibidem esse confractam.*

4. *Fracturam Calvæ quoque ostendit si vulneratus  
commasticato aliquo præduro corpore in capitis aliqua parte  
strepitum sentiat.*

5. *Dignosci potest Calvæ fractura ex cohibitione spi-  
ritus subflationeque buccæ obstructo ore & naribus. Ex illo e-  
nim conatu & vehementi inflatione in loco affecto extenduntur  
venæ & Arteriæ & è vulnere excutitur vel saniosa vel cruen-  
ta colluvies.*

6. *Si rima in Vuln. existens propter exilitatem visu  
deprehendi nequeat, atramentum scriptorium Calvæ apparen-  
ti illinatur, ac post paucas horas rursus abstergetur, tum  
enim in rima ipsa atramenti vestigium relinquitur. Porro ubi  
fractura aut rima calvæ non in percussa parte, sed in altera  
vel opposita delitescat, tum pili capitis abradantur & sequens  
Empl. Capiti instar mure imponatur. R. Cera, Thuris,*

*Li*

*Lada-*



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Ladani ana ℥. ij. Terebinth. far. faba. aceti ana ℥. j. ex quibus fiat Empl. quod per linteolum extendatur & capiti per noctem imponatur atque altero die studiosè consideretur in Empl. qua in parte absumptum aut à linteo delapsum sit; eo enim in loco fracturam subesse ostendit

Signa prognostica

Prognostica signa in fractura Calvæ hæc potiss. sunt observanda. Nulla cranei fractura vacat periculo, etiamsi non omnis sit lethalis.

Fractam esse calvæ in Capite si nigrescat aut nimium albescat os ostendit. Fracturas calvæ si graviora sunt Symptomata ut Febres, Vigiliae, Delirium, Sopor & labiorum vul. depressio, lethales esse indicat.

Curatio vulnerati cranei

Curatio fracturarum Calvæ pro fracturarum specie varianda erit, Consistit autem omnis fracturæ cranei curatio in manuum industria operatione, Victus ratione, & concoquentium vulnerariorum remed. applicatione.

Manuales operationes circa fracturas ossium præcipue sunt cutis cum Pericraneo circa fracturas apertio, & dilatatio, Ossis confracti abrasio apertio & dilatatio.

Amisssa calvæ particula quid faciendum

In dissectione itaque Calvæ hæc sunt observanda; si ossis Calvæ particula intotum est amputata frustra tentatur ejus agglutinatio. Itaque si particula ossis est amisssa vel descissa sine læsione Menyngum, calvæ cavitas diligenter expurgata impositis Sarcoticis remed. nova carne repleatur & cute obducatur tegaturque; sunt tamen qui loco amisssa Calvæ vel laminulam auream vel in plebeis hominibus testam cucurbitæ aridæ configurant & adaptant vulnèrique imponunt, eamque processu temporis carnosa cute obducunt & consolidant.

Verùm si dissecta Calvæ unâ cum cute capiti adhuc adherens nondumque sit aut emortua aut corrupta, id quod ex ossis



# DE CRANEI FRACTUR. CURATIONE

243

caudore & nigredine deprehendi potest, cum absterfo vul. dissectum os iterum artificiosè coaptetur, cutisque quantum fieri queat consuatur ac convenientibus remediis conglutinetur deligetur & Consolidetur. Porro ubi fractura Cranei Species sit Rimæ aut comminutionis contusionisque & ea sub cute vel ipso vuln. vel in adversa aliqua parte Calvæ delitescat, aut si Vulnus angustius sit quam ut rima aut comminutio ossis conspici contrectari queat, statim vulnus ipsum aut novacula aut Scalpello aperiendum dilatandumque erit, aut cutis ipsa sub qua fractura latitat, iisdem instrumentis incidenda & ab osse baso liberanda venit & ita detectum os si deprehendatur visu esse vel corruptum vel emortuum, protinus omne illud, aut penitus auferendum aut usque ad sanam partem, quousque rubedo aut sanguinolentia in eodem esse appareat abrasendum erit, & ita abrasum os Balsamis vulnerariis supra commemoratis oblimiendum & sarcoticis remediis carne cuteque conglutandum erit; Verùm talis operatio Chirurgica, incisio videlicet & apertio cutis, & ossis corrupti aut emortui abrasio, non in quavis parte cranei locum habet; nam si rima aut ossis comminutio accidat in temporibus ibidem nec cutis musculosæ incisio, nec pericranei aut ossis derasio, sine vitæ extinctione tentari potest, Ejus itaque curatio Deo esse commendanda. Ita nec in suturarum fracturis sine periculo pericraneum membrana deradi potest. Ibi enim membrana calvam tegens ligamentis per suturam prodeuntibus Calvam cum Menyngibus h. e. internis tunicis Cerebri conjungit, quando nec in fractis ossibus frontis, in fronte musculo cutis sine oculorum distortionem secundum latitudinem incidi potest. Si itaque frontis ruptura cutis incisionem efflagitet, ea incidenda erit secundum rectitudinem

Vulnus  
quando è  
pliandè  
& os ra-  
dendum

li 2

dinem



Os corru-  
ptum au-  
ferendum  
derasione  
vel exci-  
sione

Modus ab-  
radendi  
os

Instrumentū  
ra. rasoria

dinem ab inferiori parte ad superiorem aut per transversum decussatim. Ita enim minus distorquentur oculi, minusque torvum aspectum efficiunt, post vulneris apertionem & dilatationem pericraneique & ossis emortui aut corrupti abrasionē, si confractum os in totum fuerit emortuum aut corruptum, nisi artificiosè citra lationem Menyngum à sanis partibus liberetur calvaque aperiatur & præcidatur auferaturque, non admittit vulneris curationem aut persanationem. Nunc itaque quæ circa emortui aut corrupti ossis Calvæ apertionem & ablationem sint observanda, brevissime declarabimus. Duobus modis os calvæ confractum si perieulosum est, ut plerumq̄ est, aut corruptum emortuum existat, auferri debet, Derasione. Derasione auferendum est ubi os confractum aut est corruptum, quod ex nigritie, aut ubi emortuum & arefactum est, quod ex albedine deprehenditur, ita & in rima Os abrasione, si rima totam calvam non penetravit, est auferendum, Excisione vero sive apertione calvæ utimur in aliis speciebus fracture.

In derasione autem ossis ita procedendum erit si os Calvæ confractum, corruptum aut arefactum est, aut si rima fracture non totam calvam penetret, primum circa fracturam, cutis pro quantitate corrupti ossis aut rimæ longitudine incidatur ac dilatetur, & in margine Vul. carnosæ cutis undique linamentis sive carptis linteolis muniatur, ne tactu Instrumenti rasorii dolor exciteur, Deinde Calvæ particula auferenda intra vulnus ab omni colluvie abstergatur & ol. rosa. unguatur, quo & rasorium Instrumentum illuminatur. Tale autem instrumentum Scalprum dicitur & ligonis parvi formam refert, cuius duæ sunt species una est acutiss. quæ aut plana est aut incurva, Altera ejus species est aspera & scabra similis raspatorio aurificum instrumento. His instrumentis os cor-  
ruptum.

ruptum.



ruptum emortuum & rimosum modò rima usq; ad Meninges non penetret, artificiosè abradatur, eo usque donec subjecta ossis pars sanguinea aut rubicunda appareat aut donec rima dispareat, Sed quia rima Capillaris sæpè visum effugiat, utrum ea altius penetret Calvam atramento scriptorio per noctem ossi illinito ac postea Spongia absterso facile deprehendi potest. Abrasa hac ratione omni corrupta aut arefacta particula, Calvæ reliqua pars florida, balsamo vulnerario in superioribus descripto Compleatur & Empl. vulnerarium conveniens imponatur vulnusque contegatur & deligetur. Quæ autem remedia Ossium fracturis sint accommodata paulo indicabimus. In fracturis Calvæ sæpè necessitas cogit calvam ipsam detegere, aperire & ossis particulam exscindere, ac demere, Verùm cum omnis Calvæ apertio periculosa sit & lethalia ut plurimum inferat Sympt. non temerè in omni fractura calva esse detegenda, sed in hisce quinque tantum casibus.

I. Ubi per rimam usque ad Meninges penetrantem sanguis aut sanies confluxit, quæ nullis remediis foris capiti applicatis elici aut discuti queat. cum enim aperienda esse calva & sanies omnis extergenda, ne Meninges inflammentur & febres furorem ac mortem inferant, Tentandum tamen est, antequam fiat apertio Calvæ, utrum elicientibus remediis aut discutientibus sanguis saniosus sub Calva collectus propelli queat; id enim nonnunquam fieri potest, Ego anno Christi 1567. cum Christianus Tesken in templo Mariano minister ab adolescente furiose Menbohm vocato, baculo in caput esset percussus concidit attonitus sine sensu & ratione, & cum per triduum jacuisset vocatus ad ipsum, capiti imposui sacculos ex fol. Betho. Serpilli, Major. & flo. Chamæ. confectos & in Vinò diluto coctos, quos cum sæpius reiterassem grumi sanguinis

Calva in quibus casibus aperienda.

NB



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

saniosi sub calva collecti à tepore sacculorum resoluti sunt, & magna copia sanguinis ex naribus profluxit & paulò post cor- roborantibus remediis sanitati esse restitutus.

2. Necessariò aperienda est calva ubi particula con- fractorum ossium Menyngibus incumbunt eosque pungunt, quæ nisi tempestivè eximantur citam inferunt mortem.

3. In Calvæ depressione si os suppressum Menyngibus incumbat easque deprimat, statim aperta Calva, pars depressa sublevanda erit, aliàs Apoplexiam soporem & mortem in- fert.

4. Aperienda est Calva ubi armorum fragmenta ossi inhaerent penetrantia calvam & Menynges pungentia propter causas jam dictas.

5. In comminutione contritioneque calvæ ubi non possunt particula coaptari, comminuta ossa necessariò eximen- da, Etsi enim non omnes comminutiones ossis calvæ lethales sint, tamen perniciosæ ut plurimum inferunt Symptomata nisi eximantur.

Præterea circa apertionem Calvæ sequentes regulæ sunt diligenter observandæ.

Cautiones  
in apertio-  
ne calvæ

Prima. Calva confracta non nisi cum protestatione præ- dictioneque de periculo, esse aperienda. Aperienda autem est calva primo quoque tempore, antequam sub Cranio vel sanguis putrescat vel sanies coacervetur;

Secundo itaque aut tertio die à fractura molienda est apertio.

3. In apertione Calvæ studiosè esse Cavendum, ne Menynges inter detegendum ledantur aut lacerentur.

4. Cavendum denique ne aperta Calva nudatisque Menyngibus ipsæ ab aere incidente vel impensius refrigerentur

vid



DE CRANEI VULN. CURATIONE.

vel nimirum incalescant, sed protinus convenientia imponantur remedia & calidis moderatè linteolis cooperiantur.

5. In detectione calvæ omnia confracta, comminuta corrupta & emortua ossa & quæcunque à sanis partibus liberata sunt, removeantur, citra tamen membranarum subjectarum lesionem; Nunc breviter dicam de quarto genere fracture: depressione videlicet ossis Calvæ.

Depressio Calvæ est fractura ubi calvæ pars introrsum versus Cerebrum proeruditur, quod dupliciter fit, cum fractura Calvæ in adultis, & sine fractura in puerulis, qui Calvam & mollem & flexibilem habent, cujus depressio similis est Contusioni & cavitatibus quales fieri solent in stanneis vasibus; hanc calvæ depressionem recentiores Chirurghi plicaturam cranei vocant. Depressionis fractæ calvæ historiola talis mihi oblata fuit Anno Christi 1577.

Rustico adolescenti Hylde tegula tectoria in caput incidit & Calvæ sinistram partem obliquè introrsum depresserat, ita ut infra superius os calvæ scriptorium Calamum inserere possem; Vocatus ego à consore, piæ memoriæ, viro probò Henfeldio, ut in hoc casu meum communicarem consilium, quanquam ratione suppressum Calvæ os sublevari & in pristinum locum restitui posset: Ego statim jussi ut curaret Confici terebellum ferreum satis firmum & ossi impresso usque ad medullium ossis perforando insingeret, cum eoque os depressum valida attractione sursum traheret, emundato prius ex vul. omni impuritate, quod meum Consilium fœliciter cessit, restituta enim depressa Calva adhibitis remediis & Empl. Convenientibus brevi convaleuit. Verùm alia ratione sunt sublevanda ossa quæ sine fractura & Vul. cutis in puerorum capitibus sunt impressa, nimirum adhibitis externis remediis validè attrahentibus inflam-

247.

De Depressione calvæ  
Quomodo fiat

Historiola  
calvæ fractæ & depresso

Calva depressa quomodo sublevanda In adultis

In puerulis



FRANCISCI JOELISSECTIO III.

flammationemque & suppurationem prohibentibus quo in casu  
 utilissimum erit locum impressum quotidie bis terve sequenti  
 decocto fovere ac fomentare. R. strobilorum Cupressi contu-  
 sorum No. X. Myrtill. ℥. j. Rosa. rub. flo. Absinth ana M.  
 s. Cimini, Calami Arom. ana ℥. ij. Betho. Matris Rorisma.  
 ana M. j. Alum ℥. iij. vini rubei ℥. iij. Lixivij acris ℥. j. s.  
 Concoquantur ad tertias & colentur spongiaque exceptus liquor  
 moderatè calidus calvæ depressæ imponatur atque foveatur  
 Tandem exiccato capite inungatur depressus locus Ol. rosa.  
 Mastich. & Absinth. simul mistis. Postea post quartum diem  
 imponatur depresso loco sequens Empl. quod potenter protrahit  
 omnem calvæ depressionem. R. Mastich. ℥. j. Gummi Elemi  
 ℥. x. Colophon. resina pini ana ℥. v. Ammon. ℥. ij. Suc. Be-  
 thon. Succ. Consol. ma. ana ℥. j. Suc. Apij. palustris ℥. s. vi-  
 ni rub. ℥. s. Resolvantur & simul ebulliant continuè agitando  
 donec succi & vinum evaporent, colentur & admisc. Tereb ℥. j.  
 Cera albæ q. s. fiat Empl. quod extensum per alutam Calvæ  
 depressæ imponatur. Restat nunc pauca dicere de Instrumentis

Instrumenta chirur-  
 gica ad cu-  
 randa cal-  
 vae vulne-  
 ra

quibus confracta calvæ ossa abradi, excindi, confringi com-  
 minuique & eximi debent, quorum usitatiora sunt Scalprum  
 sive scalpellum deraforium ein schabeisern oder Wundtseile /  
 ( sage. de quo paulò ante.

Serrula dentata acutiss. qua ossa præciduntur ein Knafens  
 Terebellum eine schruue varias habet species quibus ossa  
 corrupta perforando excinduntur, aut ossa depressa suble-  
 vantur.

Forceps ein Zanglin cuius species sunt  
 Acuta forceps ein Knipzange / qua ossa præciduntur;  
 Obtusa forceps ein Gruszange qua ossa franguntur &  
 comminuntur,

For-



## DE CRANEI VULN. CURATIONE.

249.

*Foceps rostrata* ein Snablichzangel qua ossa pro trahun-  
tur eximunturq.

*Cultor incisorius* ein Schnitzer quo excavantur fissuras  
superficiales.

*Vectis* ein aufheber quibus ossa depressa sublevantur.

*Menyngophylax* est specillum cuius extremitas in te-  
nuem laminam extensa est, quo in avellendo osse fracto mem-  
branae cerebri supprimuntur & à laceratione prohibentur. Hæc  
omnia ossium fracturis dicata instrumenta in eorum usurpatione,  
oleo rosa. sunt inungenda; & hæc de actionibus Chirurgicis  
circa caluam fractam novisse sit satis.

Secundus curationis fracturarum calvæ scopus erat victus  
ratio, sicuti enim in omni capitis vulnere, ita in Cranei fractura  
victus ratio ac potiss. in cibo & potu primis quatuordecim diebus  
parca & tenuis esse debet, & talia administranda quæ crassum  
sanguinem & parcum generant, In primis autem vinum & ova  
sorbilia omninò prohibenda erunt; Conveniunt autem panis  
locus h. e. Weggen; Oryza, Caro hinnulorum, capreolorum.  
In potu aq. hord. Atq. post assumptum cibum ventriculus sem-  
per est claudendus pyrâ assis conditis aut Cons. Rosa. Aer o-  
mnis moderatè temperatus in calid. & frig. debet esse; Alvus  
semper lenis esto & obstructa Clystere emolliatur & si corpus sit  
plethor. & vires ferant, post dies quatuordecim incisa vena Ce-  
phalica sanguis est detrahendus. Si cacochymia, benigno reme-  
dio, ut est infusio Rhab. & Mirob. Syr. Rosa. aut Manna e-  
vacuetur. In victus ratione singulari vigilantia est adniten-  
dum Chirurgo, ne in primis septem diebus graviora incidant  
Symptomata, in primis autem inflammatio, febris & convulsio.  
Abstinebit igitur æger à vini potione, à durioribus alimentis  
& multa masticatione indigentibus & ab oscitatione,

Victus ra-  
tio in cal-  
væ vulne-  
ribus.

Vena se-  
ctio &  
purgatio.

Kk

Ter-



FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

Topica  
remedia.

Tertium curationis calvæ confractæ scopum diximus esse in re-  
mediorū vulnerariorum fracturis convenientium applicatione,  
ejus generis sunt pul. Balsama vulneraria, unguenta & Empl.  
quæ omnia in descriptione remed. vulnerariorum antea sunt  
commemorata, & in curatione fracturarum proponuntur, satis  
itaq; hoc loco erit pauca sed exquisitiora & magis salutaria ad-  
scribere. Cum autem fracturæ calvæ deterfionem impuritatū  
requirant, seq. pul. tenuiss. fracturis inspersi probè abstergunt  
videlicet pul. Aristo. utr. Rad. peucedani, farina Erui & lu-  
pinorum. Quæ singulatim sive inter se mixta inspergi pote-  
runt. Deinceps impleatur vulnus cranei Balsamo vulnerario,  
& super imponatur Empl. aut Barbarum Galeni quod in supe-  
rioribus est descriptum, Aut Empl. de Gumm. Elemi quod ita  
concinnari potest. R. Gum. Elemi Oppopa. ana ℥ j. s. Bdellij  
℥ ij. resinæ pini ℥ s. Terebinth. ℥ ij. Thur. Mastich. ana ℥ j.  
s. ceræ & ol rosa ana ℥ s. fiat artificiosum Empl. quo omnia  
fracturarum genera conglutinari possunt, aut imponatur se-  
quens Empl. ex Rorem. R. ol rosa. ℥ s. Ol. Mastich. Hy-  
perico. ana ℥ ij. Ping. porcina, vitulina ana ℥ ij. liquefiant  
simul eisdemq; admisc. fol. rorisma. Bethon. plantag. cum rad.  
Matris sylvæ pimpinellæ, pilosellæ, veronica, omnium virescen-  
tium ana M. s. Rad. Consol. ma. ℥ ij. quibus probè contusis  
& subactis addantur vini Rhen. rubei ℥ ij. & macerentur si-  
mul in olla vitreata in Sole aut in tepido loco per octiduum;  
Deinde leni igne continuè agitando sua vicer coquantur ad vini  
evaporationem & fortiter expressa percolentur, colatæ pingue-  
dini admisc. tenuiss. pul. Mastich. Gummi Elemi Resinæ pini  
ana ℥ j. Litarg. ℥ ij. Minij pictorei ℥ j. Iterum simul co-  
quantur leniss. igne, donec fuscum acquirat colorem continuè  
agitando, postremo refrigerascens admisc. Tereb. ℥ j. & ceræ  
dissolu-





## DE MENYNGIBUS VULNERATIS.

dissolutæ q. s. fiat Empl. artificiosum, quod mirabilis est effi-  
cacia & in calua & in omnibus vuln. capitis, Reliqua remed.  
fracturis caluae convenientia cum ex superioribus, tum ex cura-  
tione fracturarum ossium peti possunt.

## VULNERA MENYNGUM SIVE membranarum Cerebri quomo- do curanda?

Menynges, membranæ Cerebri die Hirnbregen vellen/sunt  
duæ pelliculæ sub craneo totum Cerebrum involventes & ejus  
cavitates vestientes, omnibus nervis & capacitibus capitis  
tunicam præbentes, ideo quibusdam etiam matres hæ appellan-  
tur membranæ, & exterior quidem caluaq; propinquior cras-  
siorq; fibris quibusdam cerebrum caluae alligat & dura mater à  
Tonforibus nominatur, interna verò cerebrum complectens i-  
psam ne defluat continet & pia mater propter tenuitatem ab  
ijsdem dicitur, utraq; verò membrana & venarum & Arteria-  
rum surculis referta & conspersa est, quæ in aperta calua pro-  
pter arterias continue ad motum cordis pulsant & moventur.  
Hæ duæ membranæ detectæ à calua nondum tamen vulneratæ  
tribus periculosis Symptomatibus obnoxia sunt, corruptioni si-  
ve denigrationi, inflammationi & Aposthemati. Proinde nudæ  
ab hisce malis summa diligentia præservari debent remedijs le-  
nientibus simulq; exsicantibus & nonnihil detergentibus, com-  
modè itaq; illiniri debent ol. rosa. cum unguento Isidis mixto quod  
à Gal. describitur & quod Fallopius magnoperè commendat, aut  
illinatur Linamentum ex tenuiss. pul. Erui, Thuris, & rad.  
Brionia cum Ol. Rosa. diu multumq; contritis confectum, cui  
mundificationis causa admiseri potest Momentum mellis rosa.  
Excellentiss. quoq; remedium membranæ cerebri denudatis est

251

De Menyngibus vulneratis.

Menynges quid.

Menyngum detectarum Symptomata.

Remedia ab his præservantia.

Kk 2

Ol.



Remedia  
ijs curan-  
dis.

De vul-  
neratis  
menyn-  
gi-  
bus pro-  
gnostica.

Ol. Terebinth. aquosum & prima destillatione Chimica arte productum, quod cum Ol. rosa. commisceri potest; Lenit enim & mitigat & simul exiccat egregis, supra hæc tepida Linamenta aut mundiss. linteola imponenda sunt & applicandum Empl. Isidis aut de vernice nostrum, At vero si detecta cerebri membrana vel ex contusione vel ex frigiditate ambientis aeris jam corrumpi & nigrescere incipiat, imponatur pernoctem Oxymel linamentis exceptum, ac tandem molliss. linteolo madefacto ac tepido abstergatur, & sanguis columbæ tepidus instilletur linamentisq; exceptus imponatur, atq; si per triduum non remittat nigredo, Oxymeliti admisc. Ol. Terebinth. aliquot guttis & membranis imponatur. Ubi verò ab his non alteratur rubedo, rumpitur membrana & mortem adfert. Inflammatis verò Menyn- gibus, id quod ex turgidis & rubentibus venulis per mem- branas sparsis adeoq; per intumescentiam membranulæ duræ & pulsus ejus intermissione dignosci potest, id si contingat, statim & quam primum inflammatio restinguenda erit instillato Ol. rosa. cum succo lentium palust. aut sempervivæ mixto aut unguen- to popul. cum Linamentis imposito. Ubi autem suppurationis & Aposthematis signa apparuerint, statim & antequam puru- lentia tenuem Menyn- gem erodat, dura illa suppurata mem- brana se alpeo esse aperienda, & ab omni purulencia abstergen- da lenissimis linamentis eisq; imponenda ea quæ de nigredine & corruptione ejus commemoravimus. Vulnerata siquidem dura Menyn- gè, integra autem & salva manente tenui, potissimum si absunt Symptomata periculosa, spes non parva esse relicta sa- lutis. Verum ubi utraq; Menyn- x vulnerata est & ex eorum vulnere sanguis aut sanies in cerebrum destillet aut profluat cerebrumq; comprimatur, certiss. exitium infert, & tamen nec ita omnis spes Chirurgo esse abijcienda, & vulneratus pro de- plorato

plorato



## DE CEREBRO VULNERATO.

253

plorato relinquendus, Sed cum periculi protestatione & praedictione ad astantes haec sequentia praesidia tentanda erunt, si forte lethalia Symptomata amoliri vel saltem mitigari & membranula vulneratae ipsi substantiae cerebri adnasci vel euti vul. conglutinari possit.

Primum itaque, quia, ut jam diximus membrana cerebri venarum & Arteriarum surculis sunt referta, ex quarum vulneratione sanguis statim effluit & in cerebrum prolabitur ibidemque in grumos concrevit, cerebrum comprimit & citam mortem infert, ideo statim sine mora sanguinis fluxio esse cohibenda, & grumi si qui cerebri substantiae incumbunt molliß. Linteolis exergendi & eximendi erunt, denique ipsis vulneratis Menyngibus sequens Linimentum molliß. Linamentis exceptum imponi debet. R. Colophon. ʒ. j. Myrrhae, Aloes, Mastichis ana ʒ. s. Sarcocollae Croci ana ʒ. j. quae tenuiß. puluerisata cum q. s. Ol. rosa. per duriß. Lapidem politum, diu multumque conterantur & fiat molliß. Linimentum, quo indito vulnere imponatur Empl. Isidis à Gal. ut dixi. descriptum, aut aliquod aliud ex supra commemoratis vulnerarijs & Emplastris, eidemque arcende inflammationis causa imponatur Album. ovor. cum panxillo aq. rosar. concussa.

Remedia  
pro vul-  
neratis  
menyngi-  
bus.

Conferre  
bic Ol.  
Myrrb.  
IburOvor  
Masticb.  
Essentia  
Consolide  
Unguent.  
stellat. Ol.  
tartari ni-  
gri cum  
Ol hyperic-  
onis.

## CEREBRUM INCISUM SEU VULNERATUM quomodo curandum.

Cerebrum est medulla Calvae Das Gehirn oder bregen quod simile est lacti concreto vel caseo recenter compresso, cujus substantia ut plurimum cum vulneratis Menyngibus unam inciditur & ut plurimum & fere semper tale vulnus lethale est, praesertim, si vul. circa oppositionem ☉ & ☽ sive in plenilunio infligatur; solet enim Cerebrum ut omnia ostratia in plenilu-

De cere-  
bro vul-  
nerato.

Cerebri  
vulnus le-  
thale ut  
plurimum

Kk<sub>3</sub>

nio



nio in ipsa calva turgere & exundare, circa novilunium sub-  
sistere & diminui.

Contingit tamen nonnunquam, quamvis per arò, ut quidam  
cerebro vulnerati divinitus ut equidem puto miraculosè con-  
servati sint, præsertim ob hanc causam quod primis tribus die-  
bus in optimè temperato Cerebro à nativo calore per superfici-  
em Cerebri tenuis quædam concretio perficiatur, quemadmo-  
dum in lacte recenter mulso per triduum contingere solet, quæ  
vulnus oblinat ut minus sit periculosum, sed id rariss. contin-  
git, Exempla eorum qui vulnerati cerebro conservati sunt &  
Gal. & recentiores Chirurghi varia recitant, ac ideò cerebro vul-  
nerati præsertim circa novilunium pro deploratis minimè sunt  
relinquendi, sed cum seria protestatione de pernicie vulnerum  
hæc sequentia sunt tentanda, nisi forsan lethalia Symptomata  
incidant & signa præsentis mortis appareant, tum enim præ-  
stat manum Vulneri non admoveere, quàm artem calumniis  
obijcere.

Signa  
lethalia

Signa verò lethalia in vulnere cerebri præcipua hæc sunt.  
Brevis pereunt hi, quibus vulneris labia in cute capitis ari-  
da & livida conspiciuntur, Item quibus turbata est ratio, item  
quibus ardens febris incidit, denique quibus convulsio  
& resolutio partium adest, item quibus oculi rubent san-  
guinolenti, Item qui continuo vomitu infestantur, Item qui  
alvum habent supressam & quibus lingua nigricat & qui reme-  
dia capiti imposta subinde revellunt & abstrahunt, quæ qui-  
dem infœlicia signa non tantum in cerebri sed in omnibus capitis  
vulneribus & fracturis calvæ studiosè observanda erunt. Hæc si  
non adsunt in curatione vulnerum cerebri hac methodo proce-  
di debet;

Curatio

Primum si Vulnus Cerebri profuso sanguine madeat aut

in co



## DE OCULOR. VULNERIBUS.

255

in eo sanguis in grumos concrevit modis. linteolis aut lana Xyli-  
na extergendus ac si fragmenta ossium vul. inhæreant leniter  
eximenda, statimque ol. rosa. tepido in quo pul. Thu. tenuis  
multum diuque esse concretum illiniatur, tandemque bysso seu  
Syndone Vulnus contegatur, quod tamen prius recenti lardo non  
salico aut ol. rosa. ne vulnus accrescat probe iungi debet, ut  
tertio tandem die rursus removeri queat, supra vero Syndo-  
nem imponatur Empl. Vulne. quod non impensè attrahat, quo-  
rum formulæ supra sunt commemoratæ; In tali curatione si  
vulneratum Cerebrum intra quatuor dies lividum fœtidumque  
evadat, vel alia lethalia incidant Symptomata lethale erit si-  
gnum, si verò post septimum diem è vulnere prodeant excre-  
menta laudabilia quæ similia sunt pruinae albæ & Empl. ad-  
hæreant, non exiguam spem salutis ostendunt; tum enim na-  
tura operatur & Vul. nova concretionem coalescere videtur, &  
tum quidem præter commemorata remedia Vul. tenuis. pul.  
vel Thu. vel Pompholy. Inspergi potest. Si quid deinceps pu-  
ris ex vul. Cerebri prodit subinde mollis. Linamentis absterga-  
tur & cum mell. rosac. in aq. Cal. resoluta crebro eluatur, his-  
que remediis adhibitis auxiliij eventus Deo esse committendus.  
In Victu vitet ager omnia quæ masticando deglutienda sunt,  
Sed pulmentis & jusculis sit contentus. Symptomata quæ vul-  
nera Menyngum & Cerebri comitantur quomodo sint curan-  
da paulò post indicabimus.

Eger ni-  
hil masti-  
cet.

## OCULORUM VULNERA

quomodo curanda?

ὄφθαλμοι sunt organum Visus & fenestra mentis, Qua-  
lis enim ut Gal. lib. 3. de usu part. inquit esse Sol in cælo, tales  
sunt oculi in capite, & Plato in Timæo dicit. Oculos nos ma-  
nudu-

De Ocu-  
lorum vul-  
neribus  
Oculorum  
usus.



Eorū fa-  
brica

nu ducere ad cognitionem Dei, eorumque beneficio nobis uni-  
versam naturalem Philosophiam à Diis concessam esse. Oculo-  
rum fabrica & constitutio valde est mirabilis, constant enim  
juxta Vesalium oculi ex septem tunicis, involucris cepearum  
mutuo sese complectentibus similibus, quarum exterior adnata  
dicitur, Secunda cornea, tertia uvea, quarta Araneorum re-  
tis similis, quinta Dura, Sexta Secundina similis. Septima Re-  
tiformis, de quibus nos in lib. de Anima & supra in Physiolo-  
gia abundè diximus. Inter has tunicas continentur humores  
Albugineus, Vitreus & Crystallinus, Quorum quidem albu-  
gineus sive aqueus inter Corneam & Uveam continetur & in  
vulneratis oculis omnium primum profluit & visivam potenti-  
am adimit, Vitreus retiformi tunica insidet, In ipso vitreo in-  
natat humor Crystallinus reliquis humoribus durior & magis  
concretus.

Quot mo-  
do vulne-  
rentur o-  
culiEorū cu-  
ratio

Vulnerantur oculi aut incisione armorum, aut incussione  
Virgarum, aut illapsu fragmentorum duriorum corporum,  
ut festucarum & Vitri, etiam per imprudentiam aut acu aut  
cultro &c. Vulnerantur quoque sæpius una cum oculis &  
palpebra, quæ quia carnosæ sunt generali methodo & commu-  
nibus remedijs facilimè curari possunt. Ubi verò Cornea tunica  
aut uvea sunt vulnerata effluit humor albugineus primum,  
Deinde & vitreus statimque flaccescunt, collabuntur & cor-  
rugantur omnes tunicae & amittitur visus, qui amplius huma-  
no præsidio restaurari non potest. Sed satis erit si vulnus probè  
curetur, Symptomata quæ talia comitantur vulnera, ut sunt  
Dolor, tumor & inflammatio auferantur vulnusque cicatrice  
obducatur. In palpebrarum solarum h. e. cutis carnosæ oculum  
utrinque inter dormiendum claudentis in qua hærent cilia vul-  
nere primum abstergatur sanies, labiaque vulneris artificiosè  
consu-

consu-



## DE OCULOR. VULNERIBUS.

257

consuantur, & Empl. conglutinans, qualia in superioribus descripsimus, aut Barbarum Galeni, Vulneri imponatur & supra Empl. arcendorum Sympt. causa, albumina Ovorum cum aq. rosa. in spumam contusa stapaque excepta superponatur, aut linceola duplicata Vino austero imbuta, cui nonnihil ol. Mastich. esse admixtum obtegantur & deligentur. Porro si sola cornea esse laesa, & non totus profluxit albugineus humor, absterse ex oculis sanguine, Vulneri ipsi & toti oculo triplicatum aut quadruplicatum fol. auri puri, quo pictores utuntur, imponatur: ut quatenus fieri queat humoris profluvium compefscatur; fieri enim potest ut membrana coalescat & humor aqueus processu temporis restauretur, visusq; retineatur, quamvis id propter imprudentiam Chirurgorum raro contingat; si autem humoris albuginei fluxio cohiberi non potest, nec visus ipse retinetur, propterea statim si quid fragmentorum Lapidis, Spinæ, Vitri &c. vulneratæ membranæ inhereat, quam fieri potest mollissimè aut Unguibus aut rostrato forcipe eximatur, Oculusq; vulneratus lacte tepido vel muliebri vel caprillo probè abluatur & abstergatur, statimq; Symptomati magis urgenti convenientibus remedijs succurratur: Ac primum cum vulnus oculorum acerbos excitet dolores, mitigandi hi erunt, in quem usum sequens collyrium dolorem leniens illiniatur R. Sief albi cum opio ʒ. j. Tutia Alex. præp. Pompholig. lotæ Lap. Hæmatitid. Gum. Arabici, Tragacati ana ʒ. j. Quæ omnia tenuiss. puluerisata diu multumq; contrita cum q. s. aq. rosa. fiat Collyriū sive aqua ocularis, Sief autem oculare est remediū compositum cujus variæ descriptiones extant in lib. pharma. Quin solum illud Sief tenuiss. pul. & oculis dolentibus inspersum, aut cum lacte muliebri in Linimenti formam redactum & illitum omnes oculorū dolores tollere potest sedato dolore si adest intume-

Symptomatum cura.

Ll

scientia



FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

258.

ſcientia & inflammatio in oculis, ſequenti decocto ſpongia mu-  
 da excepto ac tepidè crebrò fomentetur & eluatur. R. plantag.  
 roſa. Meliloti ana M. ſ. Aloes, Myrrhæ, Thuris, ana ℥. j.  
 Fœnu græci abluti & contuſi ℥. ſ. Tutia, præp. Pompholigos  
 ana ℥. ij. Sieſ cum Opio ℥. j. Aq. roſa. aq. fœnic. ana ℥. j.  
 contuſa coquantur ad medias, quod & dolorem mitigat & in-  
 flammationem ſedat tumoremq; aufert. Aut R. roſa. Mirobal.  
 Citrin. Myrtill. Sumach. ana ℥. ſ. Aloes Epaticæ, Thur.  
 Maſtich. ana ℥. ſ. Aq. plantag. roſar. ana ℥. ſ. Contuſa coquan-  
 tur ad tertias & colentur, in eoq; diſſolvantur Sieſ ſine opio ℥.  
 j. ſ. fiat Collyr. quod oculis tepidum inſtilletur. Aut imponatur  
 oculis ſequens Epith. R. album. trium ovorum cum lacte muli-  
 ebri & pauxillo aq. roſa. diu multumq; concuſſa & in ſpumam  
 redacta, quæ linteis aut molli ſtupa excipiantur & oculo vul-  
 nerato imponantur, cui ſi ol. roſa. quippiam admisceatur præ-  
 ſtantius fiet medicamentum, & non tam facile areſcet, pluri-  
 mum quoq; conducit vulneratos oculos & circumiacentes partes  
 crebrò fouere ac abluere vino aſtero tepido, poſteaq; ſequens  
 Catapl. imponere. R. carnum malorum aſſatorum ℥. ſ. Sacch.  
 albiſ ℥. j. Croci ℥. j. Ol. roſa. q. ſ. fiat Catapl. quod tepidum  
 imponatur; præſtantius quoq; eſt ad inflammationem & tumo-  
 rem oculorum ſedandum ſequens Catapl. R. fol. papa. albi.  
 fol. Hyoſch. cum rad. virescentium & ſub ferventibus cineri-  
 bus coctorum ſive aſſatorum & probè contuſorum ana ℥. ij. fa-  
 rinae fœnu græci ℥. j. Lactis muliebris, Ol. roſa. ana q. ſ. Commiſc.  
 fiat Catapl. aut R. Far. fœnu græci ℥. j. pul. Sarcocollæ,  
 Myrrhæ Olibani ana ℥. j. Aq. fœnic. q. ſ. coquantur ſimul ad  
 Catapl. formam; præter hæc omnia oculorum vuln. & ulc. per-  
 ſanat egregiè ſequens Collyr. oculis ſingulis diebus bis illitum  
 R. pul. tenuiſ. Myrrhæ, Thuris, Aloes, Sarcocollæ ana ℥. j.  
 Gum.



## DE NASI ET AURIUM VULNERIB.

Gum. Arab. ꝯ. ij. Sem. papa. albi. ꝯ. s. Tutiæ alex. præp. pompholig. lotæ, Cerasa. ana. ꝯ. ij. Croci ꝯ. s. omnibus simul commixtis ponantur in album. ovorum ad duritiem coctorum & per medium scissorum exemptis luteis, quibus pul. prædicto repletis colligentur & in vitream cucurbitam amplioris orificij imponantur & in balneo Mariæ eo usq. macerentur donec pulu. omnis in album. ovorum in liquorem resolvatur, qui collectus præstantiss. erit Collyr. ad omnia ferè oculorum vitia. Postremò vulnus oculi Cicatrice obducatur, quam fieri potest, tenuissima, ne videlicet excrescens Cicatrix deformitatem inferat, id quod sequenti Collyrio crebrò illito consequi potest. R. Suc. Anagall. Rutæ, fœnic. Euphorb. Chelidon. ana ꝯ. j. Mellis virgin. ꝯ. ij. ebulliant & colentur fiat Collyrium, Id quoq. observandum est in oculi vulnere, ut æger in conclavi obscuro versetur & moderatè calido, omnibus enim splendor extensaq. caliditas & frigiditas oculis sunt inimica.


## NASI ET AURIUM VULNERA quomodo curanda?

Nasus & aures sicuti & reliquæ partes omnes ubi in totum abscissæ & amputatæ sunt, humano præsidio nunquam iterum agglutinari possunt, id enim solus Filius Dei in Malcho nebulone miraculose præstitit, neq. etiam agglutinari possunt etiam si toti adhuc pendentes adhæreant, si prorsus sunt refrigeratæ, emortuæ & denigratæ, quas præstat statim abscindere ac rejicere. At verò si recenter sunt vulneratæ & interventu tantum cutis capiti adhuc adhæreant, nondum extincto in illis calore sed sanguine madentes, si confestim capiti coaptatæ debitoq. modo configuratæ consuantur, generali curandi methodo &

Ll 2

apra

De Nasi  
& Auri-  
um vulne-  
re.  
Prognos-  
tica.





*Enrasio.* apta deligatione remedijsq; convenientibus facile agglutinari possunt. Circa nasi itaq; & aurium curationes hæc sunt observanda.

1. Si particula descissa capiti adhuc dependens plus iusto refrigerata est, antequam consuatur vino cal. austero Spongia aut linteolis excepto rursus calefieri & fomentari debet, vel in vini penuria Urina tepida in tali casu usurpari potest.

2. Si sanguis omnis ex vulnerata particula prorsus stillavit fluxioq; substitit, utraq; pars scalpello est scarificanda & interventu recentis sanguinis adjuvanda & deliganda, ita enim promptius coalescit.

3. Ubi nasus vel aures capiti sunt adsutæ, quantum fieri potest aptissime configurentur in eaq; configuratione deligentur, ne distortæ deformitatem inferant.

4. Ante deligationem vul. pul. conglutinantes inspergantur & vulneraria Empl. inter quæ præstantiss. censetur Barbarum Gale. applicentur, insuperq; ponatur Epith. ex albu. ovorū cum pauxillo aq. rosa. concussis & stupamundis exceptis, & talis methodus usq; ad cicatricis inductionem observetur.

5. Ne autem intrâ nares ejusmodi fiat conglutinatio quæ respirationem intercipere & metum suffocationis inferre queat, Canalis sive fistula argentea aut plumbea foris lana Xylina obvoluta & ol. rosa. imbuta, subinde naribus inferenda erit, per quam & respiratio liberior & excrementorum Cerebri evacuatio commoda fieri queat.

6. Ubi in totum præcisa sunt aures & nasus, consultiss. erit generali methodo & vulnerariis præscriptis remedijs vestigium ejus persanare, ac ut deformitatis vitium evitetur, aures quidem ex Corio aut membranis conglutinatiss. quam ap-

tissime



## DE COLLI VULNERIBUS.

261  
tissime conformari & vivido colore imbui debent. Nasus verò ex terra Creta ea aut ligno eadem ratione fabricari & nasi vestigio, loco veri nasi aliquo gummate tenaci resoluto aut sequenti Linimento agglutinari potest. R. Terebinth. Gum. Elemi Picis, Colophon. ana z. j. liquefacta resolvantur ex quibus tenaciss. efficitur gluten, cui color floribus faciei similis admiseri potest.

## COLLI VULNERA QUOMODO curanda.

Collum dicimus esse totum ambitum sub capite, Caput ipsum sustentantem & Circumflectentem, cujus postica pars Cervix, Antica guttur dicitur, ejus interna cavitas receptaculum est duorum nobiliss. canalium, Gulæ, quæ cibi potusque est via, Asperæ arteriæ, quæ fistula est Respirationis & vocis. Gula posticam, Aspera arteria anticam colli partem occupat, Externa colli pars subcutanea ex variis particulis, Cervicis Vertebra, Musculis, venis & arteriis grandioribus nervis & Tendinibus est exstructa. Ideo colli Vulnera profundiora non carent periculo, præsertim ubi cervicis Vertebrae aut Venæ & Arteriæ aut Gula & Aspera arteria sunt nimium læsa; Verum de curatione Vertebrae cervicis & Spinalis medullæ Asperæ arteriæ & Gulæ seorsim breviss. dicam, ubi prius carnosarum colli partium vulnera absolverim. In vulnerato collo ubi vasa majora h. e. venæ & Arteriæ sunt incisæ ac vulneratæ, statim juxta generalem methodum superius traditam sanguis supprimatur, cujus suppressio non exiguam habet difficultatem.

Si itaque sisti nequeat sanguis præscripta methodo, vulnus venæ aut arteriæ imposito digito comprimatur, & sectioni earum

De colli  
vulneribus.

Colli partes.

Prognostica.

Sanguis ut sistendus.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

rum stacim inferantur telæ aranearum cum farina volatili commixtæ, ac tandem ipsum vulnus pulu. constringente conspergatur, Vulnusque linamentis sive lana Xylina aut albis pilis leporinis unguento ex ovi albumine & pul. Thur. & Aloes multum commixtis contritisque confecto imbutis compleatur. Sed si hac ratione subsistat sanguis, vena vel Arteria ipsa si nondum est dissecta præcidatur, & uterque ejus terminus à carne liberatus duplicato filo serico & moderata constrictione convinciatur & præscriptis remediis vulnus impleatur.

Reliqua  
curatio.

Tandem sopita effusione sanguinis linamenta vul. eximantur, & insperso vulnerario pul. aut solius Thuris & Aloes labia vulneris consuantur, per quæ pus profluere queat, & ita per quatuor dies aut donec pus compareat Catapl. commixtis imponatur ritèq; deligetur, & ubi jam pus in vul. compareat remoto Catapl. subinde pus auferatur, vulnusque ipsum mundificetur inserto licinio in Linimento ex Terebinth. & melle Rosa. factò imbutò, cui semper pul. Thuris, Myrrhæ, & Sarcocollæ inspergi potest, ac tandem, Empl. de Vernice vel de succino vel Barbaro Galeni artificiosè ad cicatricem deducatur.

Ubi autem & Tendines nervique Cervicis simul sunt convulnerati, eorum curandi rationem & remedia convenientiæ paulò ante in nervosarum partium & articulorum vulneratorum curatione cumulativè proposuimus.

### VULNUS GULÆ ET ASPERÆ ARTERIÆ quomodo Curandum?

De vul-  
nere gula  
& aspera  
arteriæ.

Progno-  
stica.

Gula Der Siuncck oder Speiserhor / Aspera Arteria Das Luffterhor / Vbi hi duo canales in collo convulnerantur difficilime sunt curationis & non carent insigni periculo: tum quod

quod



DE VULN GULÆ ET ASP. ATER.

263.

quod cibo ac potu nullum animal diu carere potest, multo minus absq; respiratione superuivere, nam si vulneretur Gula & intumescat, alimentum deglutiri nequit, Sed per vulnus effluit, Sic aspera Arteria vulnerata & tumore affecta intercipit respirationem & suffocatur homo, Etsi autem rarissime evadant, quibus gula aut aspera arteria est vulnerata tamen nihilominus decet Chirur gum cum protestatione periculi curationem tentare tali methodo hisque praesidiis. Initio sistatur sanguis, cujus suppressionis ratio in superioribus est ostensa, deinde consuantur Vul. labia cum cutis tum musculorum quam diligentiss. ac si dolor & tumor urgeat, primum vulnere seq. Catapl. imponatur. R. Rad. Alch. concisarum & in vini aquæve q. s. coctarum & ubi in mollitiem sunt redactæ, contundantur in pulmenti formam, cujus accipiatur ℥ s. Ol. Rosar. Ping. Gallinæ ana ℥. j. Sævi vitulini Caprini ana ℥. s. Tereb. ℥. ij. Farinæ Orobi q. s. Croci ℥. j. Simul ebulliant fiat Catapl. quod tepidum bis in die imponatur, lenit enim dolorem, mundificat vulnus & tumorem sedat, Tandem ubi pus è vul. prodit, omissa Catapl. abluatur Vino austero cum pauxillo Ol. rosa. mixto, & imponantur Empl. vul. in superioribus descripta, inter quæ Barba. Galeni & Empl. de vernice nobiliora sunt. Super Empl. autem imponantur liuteola triplicata vino austero cum Ol. Hyperic. Commixto imbuta, Quin & intra fauces cavitas colli & vulnerati canales subinde elutionibus & Gargarismatibus mundificari & foueri debent, Inter Gargarismata optimum habetur hoc sequens. R. Rad. Consol. ma. ℥. j. Tormentil. Pentaphyll. ana ℥. s. Sarmeni jndici ℥. vj. Rosa. rub. veronica, Saniculæ ana M. s. Gummi Tragacanti ℥. s. aq. in qua chalybs extincta ℥. iij. Contusa & concisa coquantur ad tertias, colato Iuri admisc. mellis rosa. ℥. iij. fiat Gargarisma.

Curatio

V. 53.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

*Utiliss. quoq; erit subinde lambendo sive sugendo degluti-  
re in oreque detinere ut per fauces in Vlnus rofluere queat se-  
quens Elect. R. Rad. Consol. major. coctarum & in pulvis formā  
per cribrum trajectarum ℥. ij. pul. Tragacanthi, Gumm. A-  
rabi. ana ℥. j. Boli Arme. veri ℥. s. Spec. Diatrag. frig. ℥. j. s.  
Syr. de Symphto, à Fernel. descripti q. s. fiat Elect. lambile.  
Porro cum ut plurimum in vulneribus gulæ asperæq; arteriæ  
deglutitio alimenti (ut dictum est) fieri nequeat & metuendum  
sit ne fame conficiatur eger, alendus erit per inferiora infuso  
quotidie per Clysterem pro alimento aut lacte Caprillo, in quo  
vitella ovorum sunt dissoluta & concussa, aut lacte amygdal.  
juscule pullorum contusorum & similium; Epar enim per suctio-  
nem Venarum Mesaraicarum quæ per intestina sunt sparse,  
alimentum allicit & arripit, in sanguinem convertit & in nu-  
trimentum totius corporis distribuit.*

*Ager nu-  
trien dus  
per clysterē*

## VULNERA SPINALIS MEDVLLÆ

Ut Curanda?

*De vulne-  
re medul-  
la spinalis*

*prognosti-  
ca*

*Medulla Spinalis Das ruggenmarkh est rivulus Ce-  
rebrī, eandem cum Cerebro substantiam sed paulò durio-  
rem obtinens, & per totam spinam defluens ex singulisque Verte-  
bris spinæ nervos producens, Est autem spinalis medulla tuni-  
cis à Menyngibus Cerebrī sumptis vestita, Vbicunque autem  
locorum spinæ sive dorsi vulneretur hæc medulla, ut plurimum  
lethalis est, & si transuersim præcisa sit spinalis medulla statim  
quicquid partium corporis infra vulnus subjectum est id omne  
protinus motum & sensum amittit;*

*Quia destituuntur Spiritu animali ex cerebro per nervos  
defluente; præterea vulnus spinalis medullæ perniciosiss. in-  
fert convulsiones & resolutiones, ideo præcisio ejus simpliciter*

*de-*



## DE SPINÆ DORSI CURATIONE.

263.

deplorata & lethalis est, non itaq; erunt huic vulnere manus temerè admouenda, nec potest a Dño Chirurgo feliciter procedere, sicuti in cerebri vuln. propter impedimentum Veriebra- rum. Si quis tamen cum protestatione periculi pro consolidatio- ne aegri curationem tentare velit: illinat vulnere Ol. Rosa. tepidum & Ol. Hyperic. cum suc. rosa. simul mixtum & leni- ter destillatum, imponatq; Empl. de succino, & totam spinam unungat Ol. lumbricorum, & procedat curando ut in vuln. cerebri docuimus.

Cura

## Artuum vulnera sive Manuum ac pedum quomodo curanda?

De Artuum vulneribus.

Antequam ad curationem vul. Thoracis accedam, vulnere manuum ac pedum attingere, quæ quia similitudinem inter se habent & similem curandi rationem obtinent, nobis con- jungere placuit, Manus ac pedum vocabulo hoc loco nos inte- gra membra ex humero, brachio, & extrema manu, item ex cru- re, tibia & extremo pede coarticulata & exstructa intelligimus, quæ si vulnerentur quia musculosa sive carnosæ sunt partes ge- nerali methodo & vulnerarijs remedijs generalibus artificiosè & libitè curari possunt, nisi nervi aut articuli ligamen- taq; in eis sint sauciata, vel ossa confracta, quorum curationem in superiorib. proposuim⁹ quæ hic repeti debent, Ossium verò fra- cturas, quæ ratione curandæ sunt, paulo post in fracturarum cu- ratione prosequemur.

Curatio.

## THORACIS VULNUS QUOMODO CURANDUM.

De Tho- racis vulnere.

Thorax dicitur rumpi dicitur scilicet est quicquid in corpore à jugulis ad Diaphragm. usq; costis circumsepitur. In Thoracis cavitate

Nm

3 acc



Partes in  
thorace  
contentæ.

Vulnus  
thoracis  
quod simplex

Curatio  
vulneris  
externi.

Chimicis  
in usu bal-  
sam vul-  
nerar.

Crolli,  
Emplast.  
stipiti. lap-  
medica.  
mentos. e  
iusdem.

De inter-  
no vulnere  
prognosti-  
ca.

Vulneris  
in thora-  
cis cavitae-  
tem pene-  
trantis  
diagnos.

tate continentur πλευρα. h. e. costæ, membranæ costas vestien-  
tes, Membranæ cavitatem Thoracis secundum longitudinem  
dividentes, Cor, pulmones, vena cava, Aorta & Diaphragma.

Vulnus omne in Thorace aut est externum, tantum cutem  
musculos & costas dividens; aut est internum ad cavitatem  
Thoracis penetrans, membranamq; costas succingentem per-  
rumpens. Interim vulnus rursus est aut sine aut cum læsione  
interiorum viscerum in thorace contentorum; vulnus externum  
quod solis musculis & costis Thoracis est inflatum visu tactuq;  
deprehendi potest, & in carnosis quidem partibus generali me-  
thodo sanguinis videlicet suppressione, consuitione & remedio-  
rum vulnerariorum applicatione aptaq; deligatione facile  
persanari potest. Ubi autem simul & costæ sunt fractæ & vul-  
neratæ, de earum curatione in ossium fracturis differemus. Hoc  
loco satis erit de costis observasse quod si costa confracta corrup-  
pi denigrariq; incipiat, pars corrupta deradi debet usq; eo donec  
floridus & rubens color in ea appareat, & præter conglutinantiæ  
remedia supra proposita sequens salutare Catapl. imponi potest.  
R. Rad. Consol. ma. pro arbitrio, quæ mundatæ & concisæ in  
austero vino decoquantur effusq; vino radices instar pultis con-  
terantur, ac cum q. s. Oxym. in Catapl. formam redigantur.

Porrò ubi vulnus Thoracis perrupta membrana costarum in  
cavitatem Thoracis penetret, id cum propter continuum mo-  
tum Thoracis cum propter sanguinis è vulnere intro defluxio-  
nem, curationem & difficilem, & periculosiorem habeat, omnia  
enim vulnera ad sui curationem quietem desiderant, & sangui-  
nis in capacitate Thoracis illapsus statim in grumos concrescit  
ac deinde putrescere incipit, & nisi tempestivè eliciatur gravis-  
sima infert. Symptomata, vulnera autem penetrantia ut pluri-  
mum cum pugione cultris & mucronatis armis inferuntur &  
violens

violens



## DE THORACIS VULNERIBUS.

267

Violentius inflata in cavitatem Thoracis penetrant, penetrantia igitur vulnera Thoracis hisce signis deprehenduntur. Aer inter respirandum è vulnere manifestè erumpit, exspiratur & inspiratur, & eo magis si os & nares occludantur. Tum enim adeò validè Spiritus è vulnere erumpit, ut etiam admotæ candle lumen extinguat & linamenta vulnere imposita elidat ac propellat, subsequitur tandem & respirationis difficultas, præsertim si sanguis è vulnere intrò delapsus Diaphragma grauet ac comprimat, Quin & specillo instrumento penetrans in Thoracem vulnus non difficulter explorari potest, sed tamen fallunt hæc indicia, ubi vulnus non rectè inter costas est inflatum, sed obliquè alio in loco subcutaneo intrusum: id autem crebro contingit, ubi pugionis aut cultri apex in costas incidat & ab ejus duritie vel sursum vel deorsum detorqueatur, quo in casu necessarium est statim vulnus externum incidendo dilatare, donec penetrans vulnus in conspectum veniat. In curatione Thoracis vulnerum penetrantium hac methodo procedendum erit; sunt qui in vulnere Thoracis penetrante ne ab aere ambiente per vulnus attracto interna viscera refrigerentur, statim vulneris externa labia consuenda suadeant: id quod ego probare non possum, cum Emplastro tenaci imposito aeris attractio per vulnus cohiberi possit, cumq; nulla ferè vulnera exactiori crebrioriq; expurgatione & mundificatione egeant, quam vulnera thoracis, collecta enim sanies & colluvies in capacitate Thoracis putrescit & Empyema h. e. suppurationem aliaq; periculosa symptomata, ac postremò inevitabilem perniciem infert.

Quam primum igitur quispiam in Thoracis vulnere penetrante perfossus est, statim patiens ad latus vulneratum converti debet, ac si vulnus penetrans sit occultum & sub cute delitescens, exterius vulnus incidendum dilatandumq; erit, ut san-

M m 2

guis

Curatio  
in terni  
vulneris.



guis liberè profluere queat & quam minimum, intra cavitatem  
 instillet, ac si fortè, quod crebro accidere solet, multum sanguinis  
 intrò defluxit ibidemq; concrevit, id quod ex difficultate respi-  
 rationis & gravitate circa Hypochondria, ut diximus, animad-  
 verti potest, summa intentione adnitendum erit, ut omnis coa-  
 gulatus concretusq; sanguis, antequam putrescit, resolvatur &  
 e Thorace proluatur emundeturq; sunt qui statim accepto in  
 Thorace vulnere præsertim ubi suspicio est viscera quoq; Tho-  
 racis læsa esse, jubeant sanguinem è vulnere exsugere ore, à qua  
 Chirurgica operatione & si Chirurghi ipsi abhorreant, salutare  
 est consilium, nemo tamen libenter hanc actionem suscipit nisi  
 qui sopras, Quæritas erga saucium habet, ut scilicet parentes  
 erga liberos & econtra, conjuges ad invicem & vera amicorum  
 paria. Verum ubi sanguis in cavitatem Thoracis profusus est  
 ex vulnere & nec per declivitatem vulneris effluere, nec, ut di-  
 ximus, sugendo elici liceat, si vulnus ipsum amplum est, statim  
 consui debet, relicto tamen in eo satis magno orificio per quod  
 pus profluere valeat, eiq; imponatur Licinium satis crassum,  
 molle tamen ac breve cum appenso filo ut quovis tempore extra-  
 hi queat, vulnerei tandem super ponatur Empl. aliquod vul-  
 nerarium superq; Emplastrum arcende inflammationis & tu-  
 moris gratia imponantur album. Ovor. cum paux. vini  
 austeri & Ol. Rosa. concussa, atq; si per illud vulnus san-  
 guis omninò evacuari nequeat, antequam in Thorace  
 concreseat, putrescat & in saniem convertatur indeq; Fe-  
 bres aliq; graviss. excitentur Symptomata, sine omni hesi-  
 tatione novum vulnus penetrans paulò supra Diaph. incidatur  
 oportet autem hoc vulnus inferre inter costam secundam & ter-  
 tiam, vel inter tertiam & quartam ab infima Costa sursum nu-  
 merando, quemadmodum Amatus Lusitanus docet, ait co-



## DE THORACIS VULNERIBUS.

269.

nim septum transversum minimè lædi potest. primum autem  
 nonacula incidenda est cutis & Musculus, Deinde scalpello  
 & membrana costas succingens, & ex eo subinde eliciendus est  
 sanguis, pus & omnis impura colluvies; ne autem illud facile  
 coalescat, utile est imponere brevem Canalem ex auro & ar-  
 gento confectum, per quem exstillabit colluies;

Singulis autem diebus vulnus ipsum & Thoracis cavitas  
 bis eluatur convenienti liquore per Siphonem propulsorium te-  
 pidè injecto ad mensuram novem unciarū aut unius quoq; librae,  
 quo infuso, æger corpus ab uno latere in alterum conuoluet & li-  
 quorem intus continebit per dimidium diem, & tali elotione pro-  
 cedendum erit donec omnis concretus sanguis dissoluatur omnisq;  
 impuritas profluat, nihilq; sordium aut puris amplius conspi-  
 ciatur, liquores iniijciendi convenientiss. sunt Hydrom. aq.  
 bord. & aq. Plantag. in quibus remedia absterg. astring. & con-  
 glutinancia incoqui possunt, ut exempli causa. R. Hydrom.  
 ℥. iij. Furfur. tritic. M. ij. Macerentur per noctem colentur  
 & infundantur, præclare enim abstergit Aut R. Hord. rosa.  
 rub. ana M. s. Hippu. M. j. Rad. Torment. ℥. j. coquantur  
 in lib. iij. aq. Plantag. aut pluvialis ad medias, colentur qui-  
 bus admisce Mell. rosa. ℥. iij. fiat lavamentum, Aut Rad.  
 Consol. ma. ℥. j. Balauft. Hypocist. Sumach. ana ℥. s. Hyp-  
 pur. Veron. sanicula ana M. s. Hydrom. ℥. iij. Coquantur  
 ad tertias, fiat Lavamentum. Interea verò & convenientia  
 alimenta quæ concocti facilia esse debent & conglutin. remed.  
 intra Corpus per os assumenda minime negligenda erunt. Præ-  
 stat itaq; singulis diebus sequentis Vulnerariæ potionis mane ac  
 Vespere ℥. v. exhibere. Rad. Consol. ma. Rad. Caryoph. ana  
 ℥. j. Glyzir. Sem. Anisi ana ℥. s. Rhab. ℥. s. Sarmenti. Indi.  
 ℥. j. Veron. saniculae, ana M. j. Concisa & contusa coquantur

Mm 3,

in du-



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

in duplici vase cum ℥. iij. aq. per duas horas, percolentur & colato luri admisc. Syr. è Symp. Fernel. ℥. s. fiat potio.

Postremo ubi Vulnus ab omni sorde & cavitas Thoracis ab omni colluvie probè est expurgata, si vulnus in fistulam non degeneravit, quod crebrò contingit, Vulnus ipsum generali methodo & Empl. vul. quale est Barbarum Gale. & de Vernice aut succino nostrum impositis ad cicatricem deducatur, Sed rariss. contingit quod Vulnus Thoracis ita feliciter curari queat, ut non suppurat orem aut Phlegm post se relinquat.

In Thoracis Vulnere si Viscera ut pulmo, Cor, Aorta Arteria, Vena Cava aut Diaphragma sunt convulnerata quomodo dignoscendum & quid agendum?

Signa vul-  
nerati cor-  
dis.

Vulnerato Corde pauca gutta sanguinis sub nigra profluunt, statim enim omnis sanguis ad Cor iruit cordi opitulaturus, & si quid ex Vulnere cordis erumpit in Capsula cordis colligitur & extinguitur animal.

Aorta.

Similiter Vulnerata Aorta sive Arteria magna Confestim cum impetu sanguis subflavus & tenuis erumpit & concidit animal.

Vena ca-  
va.

Vulnerata Cava Vena largissimè profluit sanguis subniger & paulatim desinit vita.

Diapbra-  
gmatis.

Vulnerato Diaphragmate cessat respiratio & suffocatur homo.

Proinde cum horum Viscerum Vul. omnia lethalia sint manus Chirurgicas admoveere insipientis est.

Pulmonis

Porro pulmonem vulneratum esse arguit subflavus & Spumofus sanguis è Vulnere cum tussi & respirationis difficultate. Etsi aut. in ex Pulmonum vulnere tam repentinum

exiti



## DE VULNERIB. PART. IN THORAC.

exitium non sequatur, quàm ex Vulnere reliquarum partium in Thorace contentarum; tamen vulneratus pulmo cum propter motum continuum tum propter cordis vicinitatem facile inflammatur, & febrim, peripneumoniamq; & Empyema aliaq; exitiosa Symptomata infert, & nunquam aut rariss. per sanari potest, sed aut Q̄d̄on̄ aut perpetuum Empyema comites habet.

Sunt tamen quidam tum ex Veteribus tum recentioribus Chirurgis qui glorientur non tantum vulneratum pulmonem sed præcisam ejus particulam se fœliciter curasse, Si itaq; quispiam pulmonis vulnus conglutinare tentare velit, quod, ut dixi, propter continuum motum difficillimum est, sanguinem prius effluentem linamentis exiccet, in ipsum autem vulnus aureum aut argenteum canalem imponat, per quam pus & coluvies ex pulmonibus continue profluere queat, Emplastroq; vulnerario communi quod supra attractivum nominavimus, vulnus ipsum contegat supraq; Vulnus albumina Ovorum cum Vini & Ol. rosa. pauxillo concussa stupaq; excepta imponat, per os verò subinde potionē vulnerariam ex rad. Consol. ma. & Glyzr. quàm jam paulo ante descripsimus exhibeat, & Syr. de Symphyt. sui inde lambendū offerat. Ita forsitan misera vita aliquamdiu protrahi poterit non sine tamen enumeratis Symptomatibus.

## VULNUS INFIMI VENTRIS QUOMODO curandum, & quod præcipue viscera in infimo ventre continentur?

Venter infimus nobis dicitur quicquid infra Diaph. usque ad pubem protendi ur, externa pars ex cute, musculis & subducta membrana quam peritonæum vocant compacta est, Est autem

27.

rognosti-  
a de pul-  
monis vul-  
nere

Curatio.

De vulne-  
re infimi  
ventris

Viscera  
infimo vē-  
tre continen-

sa

autem



autem peritonæum membrana tenuis quæ Capacitatem infimæ ventris quasi sacculus complectitur ac continet, nostris Das neß dicitur. Infimus venter Græcis ἐμψέριον Latinis Abdomen nostris Der Bauch / Continentur autem in Capacitate abdominis hæ præcipuæ partes, Omentum h. e. Das mehr Intestina, Mesenterium Das schidel vedt Ventriculus, Matrix, Vesica, Et in postica parte dorso vel lumbis adherent renes, In dextra verò Iecur, In sinistra Lien.

Abdomi-  
nis vulne-  
ra multi-  
plicia

Curatio

Vulnus infimæ Ventris ut & Thoracis aut est externum tantum, ubi sola cutis & Musculi abdominis sunt vulnerati, aut est internum ubi perrupto peritonæo vulnus intra Capacitatem abdominis penetrat, quod rursum aut est sine aut cum vulnere internorum viscerum jam commemoratorum.

Vulnus externum Abdominis, cutis videlicet & Musculorum generali methodo & remediis vulnerariis supra enumeratis, linamentis, pul. & Empl. Barbaro aut alio facile persanari potest. Vulnus verò penetrans ubi perruptum est peritonæum & tamen viscera nondum sunt convulnerata, id quod ex prolapsu vel omenti vel intestinorum è Vul. dignosci potest, absterfo sanguine statim omenti prolapsa pars vel intestinum prolapsum antequam refrigeretur aut intumescit artificiosè reponendum est, ac si propter angustiam vul. reponi nequeat, vulnus ipsum dilatandum erit: moxq; cum peritonæum ipsum tunc cutem musculosam artificiosè consuere oportet, Consuitione ejusmodi, ut puncta acus ab invicem distent ad minimi digiti latitudinem, ac ita tandem impositis vulnere remediis vulnerariis, pul. Unguentis, & Empl. supra propositis observataq; generali methodo conglutinanda & persananda erunt, Ubi verò ex vulneribus Abdomine contentis aliquod simul est convulneratum, eorum sane singula peculiarem requirunt curandi

ratio-



## DE VULN. INFIMI VENTR. CURATIONE.

ratiōnem, ut nunc ordine edocebo, In universum autem in vulneratis visceribus omnibus in Abdomine contentis loco presagij id observandum erit, omnes difficilis & periculose curationis esse, excepto omento seu pinguedine ventris.

### VULNUS OMENTI QUOMODO Curandum?

Omentum quod supinè jacentibus aliis visceribus innatat pingue sive Adeps est ventris; quod si itaq; per vulnus peritonæi prolabatur Omentum, sive vulneratum sit sive non, illiniatur unguento vulnerario & conspergatur pulv. conglutinacoris rursumq; in locum suum reponatur, & vulnus Abdominis consuatur, generaliq; methodo Empl. convenientibus conglutinetur: verum si prolapsum Omentum refrigeratum intumuit & jam livescat aut nigrescat, ea pars corrupta omnis præscidatur, amputeturq; pars autem sana inuncta & conspersa & vinculo serico colligata intro reponatur, Et, ut diximus, Barbaro aut alio Empl. vulnus Abdominis consolidetur.

### INTESTINORUM VULNERA quomodo per sananda?

In Abdominis vulneribus si intestina illæsa prolabantur, antequam vulnus intumescat, intestina vel calido vino, vel tepido lotio abluantur & reponantur, juxta eorum consecutionem & ordinem: & si vulnus Abdominis angustum sit ut intestina reponi nequeant, id dilatare oportet. At vero si intestina simul convulnerata sunt, eorum vulnera valde sunt periculosa & ut plurimum lethalia, nisi citè & artificiosè tractentur, præsertim Intestinorum gracilium. Utrum autem rassa aut tenuia intestina sint vulnerata, ex situ vulneris ligrosi potest Gra-

Nu cilia

273.

Prognosticon de visceribus vulneratis

De omenti vulnere.

De intestinorum vulnere.



Curatio.

cilia enim intestina circa & supra umbil. sita sunt. Crassa autem inferiori Abdominis parte hærent, præterea ex vulnere gracilium intestinorum ut plurimum Chylus h. e. succus pulci avenaceæ similis profluit, Ex crassiorum autem vulnere stercus fætidum progreditur. In curatione vul. intestinorum quæ etsi periculosa sint, hac tamen methodo curatio tentari potest. Initiò si Abdominis vulnus angustius sit, novacula dilatandi meriti, cavendo tamen ne inter incidendum ipsa intestina magis lædantur, ac tandem vulnerata intestina leniter protrahantur, ut eorum vul. conspici & contrectari queant, moxq; materia in Intestinis contenta, comprimendo digitis à vulnere semoveantur, vulnusq; & exteriores sordes intestino adherentes vino tepido spongia excepto abstergantur moxq; vulnus ipsum filo serico, ea consuitione qua utuntur pelliones, consuatur, ubi vero intestinum per transversum sit præcisum, omninoq; amputatum, & si exigua spes sit illud conglutinandi, tamen misera vita per plures menses & annos produci poterit, si utriq; parti præcisi intestini imponatur vel argentea fistula, vel ex baculis sambuci pro magnitudine Intestini præcisi conformata: debet autem fistula prius circumvolvi pilis virginum, deinde extremitatibus fistulæ utraq; pars intestini cum fasciculis crinium virginum leniter alligari, moderateq; constringi, ne nimium constringendo alimentum substantiæ intestinorum intercipi queat, & membrana intestini computrescat, pili enim non facile corrumpuntur, sicuti aliæ deligationis materiæ, tandem vulnus conspergatur pul. conglutinatorio & unâ cum fistula rursus imponantur intestina, vulnusq; abdominis consutum generali methodo curetur ac conglutinetur, Et quantum fieri potest, in tota curatione arceantur Symptomata, inflammatio videlicet & tumor, & quia ut plurimum vulnerata intestina ex Abdomine prolapsa



aut excepta, præsertim ubi senserint refrigerationem flatibus repleti & intumescere soleant ac non facile intro reponi queant, si tale quid contingat; tumentia intestina vino Cretico aut alio generoso in quo decocta sunt Absinth. Chamæm. ciminum & fœnu græcum, fovenda erunt, donec detum & abluenda mescant & ita imponenda. Interim in tota curatione Intestinorū sauciatorum minimè negligendæ erunt potiones vulnerariæ in superioribus à nobis præscriptæ; mirificam enim vim habent conglutinandi intestina ac in primis decoctum sarmeni Indici præsertim si ea per Clysterem in intestina crebrò infundantur, Non autem Abdominis vulnus in intestinis vulneratis temerè esse consuendum, & prius conglutinandum, donec certum sit vul. intestinorum gracilium, præsertim jejuni, ut plurimum lethalia esse, juxta decretum Hipp. 6. Aph. & frustra curationem suscipi, nisi fortè miraculosa naturæ operatione proprio Balsamo aliquando persanentur; semper itaq; in Intestinorum vulnerib. de periculi magnitudine protestari debet Chirurgus.

## VULNUS MESENTERIJ QUOMODO curandum.

Mesenterium est membrana crassa pinguedine multa obducta circa quam convoluta sunt intestina & inter se connexa, eaq; dorso alligata, nostris Das schedel vedt. In Mesenterio conspersæ & distributæ sunt venæ nobiliss. & Arteriæ ex vena portæ prodeuntes & intestinis implantatæ, quæ venæ Mesaricæ dicuntur per quas Epar succum alimentarium ex intestinis adsugit & in sanguinem convertit. Mesenterium solum ab extrinsecis causis vulnerari impossibile est sine convulseratione intestinorum; ubi itaq; cum intestinis Mesenterium vulneratum fuerit, id quod ex intollerabili dolore pertotum intestinorum

De vul-  
nere Me-  
senterij.

N n 2

Spaci-



spacium & nervorum contractione, circa spinam dorfi & cervicis dignosci potest, tum augetur periculum vulneris intestino-  
rū, sed tamē vuln. intestinorū per sanato facile & vuln. Mesen-  
terij coalescit, sui tamen nulla alia remedia applicari possunt,  
præterq. potiones vuln. quæ nobis in superioribus sunt propositæ.

## VULNUS VENTRICULI UT curandum.

De vulne-  
re ventri-  
culi.

Progno-  
stica.

Curatio.

Ventriculus est receptaculum & culina alimenti assumpti  
die Magei Cujus substantia constat ex duabus crassis & vali-  
dis tunicis: vulnerata abdominis superiori parte ut plurimum  
convulneratur & ventriculus cujus quidem vulnus aut intrò  
penetrat ad ejus cavitatem, aut hæret tantum in superficie &  
externa ejus tunica, id quod minus est periculosum, si verò in-  
tra cavitatem vulnus penetret, non caret periculo & difficulta-  
te. Vulnus ventriculi quod inflictum est circa stomachum h. e.  
orificium ventriculi longè est perniciosius, quam quod ejus fun-  
do est illatum, cum propter cognationem quam habet cum Ce-  
rebro, tum propter exquisitiorem sensum & vicinitatem Dia-  
phragmatis quod in vuln. stomacho intumescit & difficulta-  
tem respirationis aliq. gravissima Symptomata infert, quæ po-  
stea mortem sequi necesse est; ubi itaq. ventriculi externa tuni-  
ca tantum est læsa, statim sivo serico consuenda erit & pul. vul-  
nerarius inspergendus aut Ol. Balsamumq. vulnerarium illini-  
endum, & applicatis remedijs vulneri Abdominis, quæ Sym-  
ptomata, inflammationem & similia arcerè queant, facile bene-  
ficio naturæ & brevi consanescet. At si vulnus penetret intra  
ventriculi capacitatem, id quod ex crebra & violenta vomitio-  
ne, & Chyli sive alimenti per vulnus profluvio & frequenti  
animi deliquio facile dignoscitur, tum etiamsi talia vulnera  
ut pler.



## DE VULN. VENTRIC. CURATIONE.

277.

ut plurimū lethalia sunt, præsertim circa stomachum, ac si incidat inflammatio tamen, ut paulò ante diximus, cum natura sæpè suo Balsamo, h. e. humido primogenio, quod divinum quoddam est, ea præstare queat, quæ nec ars nec remedia præstant, cum proestimatione consui potest & pul. vulnerarius inspergi. In vul. autem Abdominis semper foramen est relinquendum in consuetudine ut purulenta colluvies liberè profluere queat, deinde vul. imponenda sunt, quæ ventriculū corroborent & inflammationem arceant, ut sunt albu. ovorum cum ol. rosa. & Masti. concussa & stupis excepta, intra verò corpus subinde exhibendi sunt Syrupi de Symphito Fernelij, Syr. Myrcinus & Syr. de Papa. ac tandem vulnere imponi debent ea quæ in thoracis Vulneribus sunt proposita, Quin & fercula tenuia & pauca, sæpe tamen, sunt exhibenda, quæ cum decocto Symphiti & sarmenti indici & paulillo Masti. & Charioph. sunt præparata. Verum si alimentum per vulnus effluat, aut ventriculus tollerare nequeat, præstat liquidiora alimenta, ut sunt juscula pullorum, Lac amygdal. & ovorum juscula per Clysteres in intestinum profunderè, Foris verò ubi renovantur remedia imposita, præstat vulnus subinde vino abluere, in quo Mastich. Consol. ma. & Sarm. Indici sunt incocta Tota autem regio externa ventriculi inungenda erit Ol. Hyperico. aut ol. è Masti. arte Chimica destillato, & vulnere conglutinatorium Empl. quale est Barba. aut è vernice pictorum imponendum erit.

V. Aus r  
tio

## VVLNVS EPATIS QVOMODO

Curandum?

De vulnere  
re Epatis,

Epar sive Iecur est promptuarium vel officina sanguinis & radix omnium venarum, sua enim natura Epar alimenti assumpti & in Ventriculo elaborati benigniorem partem per

Epatis de-  
scriptio

Nn 3

venas



*Epatis  
vulnerati  
dignotio*

venas Mesaraicas ex intestinis affugit, in se recipit & in sanguinem convertit, deinde purificatum universi corporis partibus per venas in nutrimentum distribuit; sicum habet Epar paulo infra Diaph. sub dextro Hypoch. & Ventriculum in dextra parte, tanquam manu, complectitur, ejus calorem fovet & auget, Vulnerato itaq; abdomine sub dextro Hypoch. simul facile convulneratur & ipsum Epar, cujus vulnus dignosci potest ex sanguinis immoderata profusione & subsequenter perniciosis Symptomatibus;

*Curatio*

Vulnerato enim Epate statim omnis sanguis in eo contentus profunditur, ipsum refrigeratur, calor ejus extinguatur, & sanguificandi facultas prosternitur, moxq; Atrophia sive macilentia & Cachexia comitantur, neq; ut alia viscera propter substantiae tenuitatem, (est enim similis sanguini coagulato) commodè consui potest. Si quis tamen consolidationis ergo curationem tentare velit cum periculi prædictione vulnus decocto constringentium & conglutinantium rerum cum Vino, ut sunt Consol. ma. Agrimon. Veronica, Rosa, Acatia & similibus abluat tepido, statimq; inspergat tenuiss. pul. vulnerarios, quales in superioribus proposuimus moxq; ritè consuto Abdomine imponatur Empl. Vul. & subinde potiones Vul. in quibus Rhab. Sarmantum Indicum & Veronica sunt incocta, exhibeantur & eventus curationis Deo & naturæ committatur.

*De Lienis  
Valnere*

## VVLNVS LIENIS QUOMODO Curandum?

Splen sive Lien est receptaculum fecis sanguineæ; Ex splene enim canalis conspicuus ad infimum ventriculi orificium ubi duodenum intestinum est ventriculo implantatum, protenditur, per quam fex sanguinis, quem melancholicum succum vocant,



## DE VULN. EPAT. CURATIONE.

279.

Vocant, excitanda famis gratia exoneratur & profunditur, indeq; rursum per aluum cum excrementis excernitur, vulnerato ab omni in sinistra parte sub Hypoch. ibi enim Splen ventriculum complectitur. Vulneratur & Splen, id quod dignosci potest ex nigri & feculenti sanguinis è vul. profusione. Vulnerus Lienis æque periculosum est atq; Epatis, nec alia curandi ratio adhiberi commodè potest, ea itaq; methodo & iisdem remediis procedendum erit, Vulnerus initio decocto abluendum, Pul. vulnerarium inspergendo, Vulnerus abdominis consuendo, & Empl. conglutinantia imponendo; intus verò vulneris potionem quotidie exhibendo, in qua tamen præter commemorata optimum est decoquere Cetrach. sive Asplenium Rad. Capparis & Tamarisci.

## VULNERA RENUM UT CURANDA?

Renes in sanguinis purificatione ex Epate per Venas emulgentes sanguinis aquosiorum partem assugunt & per membraneum interstitium, quod in cavernulis Renum habetur, percolant, ac per ureteres meatus in Vesicam destillando propellunt. Siti autem sunt Renes utrinq; circa Lumborum vertebra paulo infra Epas: vulneratis renibus vulnere penetrante us plurimum exitiosa sunt præsertim si intra in Cavernas Renum vulnera penetrent, in superficie autem curari possunt sed non sine difficultate. Renes vulneratos esse dignoscitur ex loci gravitate, ponderoso dolore, urinæ suppressione, lotique nigredine, Et si penetrans est vulnus urina sanguinolenta per vulnus effluit; vulnus renum superficiale curandum est crebra elutione, cum Hydromel. in quo decoctæ sunt herbae ac rad. vulnerarie, deinde exiccato illiniatur Balsamum, aut Ol.

De Renis  
Vulnere

Signa prognostica:

Dignostica:

vulnera.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO III.

vulnerarium ut est Ol. Terebinth. prima destillatione extractum, tandem consuatur vulnus cutis & imponatur Empl. conglutinans superq; Empl. Catapl. aut Epith. inflammationem arcens, tumorem mitigans; Verum si renum vulnus ad ipsam cavernulam penetret illud quoq; Hydrom. medicamentis vulnerarijs imbuto crebro eluatur ac tandem spongia molli aut linamentis exsiccetur, & ol. Terebinth. crudum seu semel tantum destillatum atq; cum succo ex vesiculis ulmi collecto mixtum cum linicinijs imponatur, ac tandem Empl. Barbarum vel de succino imponatur.

Curatio

Per os verò potio vulneraria in qua rad. consol. ma. Glycer. & Alth. & Sarmeni Indi. sunt incocta crebrò propinetur subindeque Syr. de Alth. Fernelij lambendus exhibeatur: ac si inflammatio metuatur, Lac ex 4 sem. frig. ma. cam aq. Alkek. emulsum bibendum offeratur aut pul. Troch. de Alkek. cum eodem lacte propinetur.

## VVLNVS VESICÆ VT CURANDUM?

De Vulnere vesicæ

Vesica est receptaculum Urinæ ex renibus per ureteres in ipsam vesicam destillata. Sita est vesica in Hypogast. sive in infima parte Ventris paulo infra umbil. cuius cervix in pudendum terminatur. Vulnerato Hypogastrio h. e. abdominis infima parte & ipsa vesica ut plurimum convulneratur.

Signa vulneratæ vesicæ diagnostica prognostica

Signa vulneratæ vesicæ sunt profunditas Vul. in Hypogast. quæ specillo explorari potest, & urinæ suppressio, aut ejusdem per vul. profusio. Vulnus Vesicæ juxta decretum Hipp. 6 Apho. perpetuò lethale est qui Hippocratis Aphorismus de vulnere vesicæ est intelligendus, quod fundo vesicæ aut capacitati instigatur, id enim impossibile est conglutinari cum  
quia



## DE VULN. MATRICIS CURATIONE.

281.

quia ex sanguis est membrana vesicæ & consui nequeat, tum quia locij armonia conglutinationem impediatur, ubi verò cervix sive collum vesicæ, quod carnosum est, vulneretur & facile & feliciter curari potest, quemadmodum in Lithotomorum artificiosa operatione videre licet, qui vesicæ collum secant & incidunt, & insignis magnitudinis calculos, qui aliis remediis propelli nequeunt, eximunt & vulnus ipsum iterum ac cito conglutinant; Ubi itaq; collum vesicæ est vulneratum audeat curatio esse inchoanda, & tali methodo procedendum.

1. Pubis seu inguinis vulnus externum & ipsius colli vesicæ vino tepido in quo herbae & rad. vulnerariae conglutinantes sunt decoctæ, probè & crebro eluatur, moxq; molli Spongia aut linamentis detergeatur sicceturq;. Hac generali tandem observata methodo superius enumeratis oleis, Balsa. & Empl. vulnerarijs conglutinetur & ad sanitatem producat, Procedet autem feliciter curatio, si potiones vulnerariae quæ in Renum vulneribus præscriptæ sunt, subinde exhibeantur, & collectum in vesica lotium si natura propellere nequeat instrumentis Urinatorijs singulis diebus evacuetur, quin & liquida conglutinantia remedia ex Consol. ma. & Hyppuride cocta crebrò per siphonem in vesicam propellere proderit.

Curatio.

## VULNUS MATRICIS UT curandum?

Matrix in foemellis est humanae propagationis hortulus constans ex duabus validiss. tunicis ut & ventriculus. Est præterea Matrix sentina impurae colluviei sanguinis. In ejus enim interna capacitare infinitarum venarum & arteriarum orificia terminantur, quæ Græcis ἰσχυροὶες dicuntur, per quæ singulis mensibus aperta sanguinis colluvies, quæ menstruum dicitur

De vulne-  
re matri-  
cis.

00

tur



Curatio.

eur, ita providente Deo, à natura propellitur. Sita est Matrix in infima parte ventris inter vesicam & rectum intestinum. Ubi itaq; vulneratur Hypogast. insigniter, contingit ut & vesica & uterus convulnerentur, cujus sanè vulnus in Capacitatem Matricis penetrans ut plurimum lethale. Curatio tamen consolidationis causa cum periculi prædictione à Chirurgo tentari potest talis 1. Ut eluatur vulnus cum decocto Melissæ, Rosæ & reliquarum vulnerariarum herbarum, deinde instilletur in vulnus succus ex vesiculis ulmi collectus, tandem consuatur & Empl. aliquod vulnerarium imponatur & instar vulneris ventriculi & vesicæ curetur.

### Vulnus pudendi seu Virgæ virilis ut curandum?

De penis vulnere.

Virga valde nervosa est corporis particula, curari tamen potest facile observata methodo generali & adhibitis elutionibus pul. Ol. & Empl. vulnerariis supra in curatione nervorum vulnere descriptis.

### VULNUS TESTICVLORVM quomodo curandum?

De Testiculorum vulnere.

Etsi in castratione testiculi sine periculo præcidi possunt artificiali adhibita sectione, eorum tamen vulnera propter graviora Symptomata non prorsus carent periculo, ideoq; testes ad sui curationem industriam ac diligentem requirunt Chirurgum: Curatio autem generalis est adhibenda, observata videlicet generali methodo, nimirum ut testes fomententur, expurgentur, consuantur & conglutinentur adhibitis Epithe. Catapl. Ol. pul. & Empl. conglutinantibus & Symptomata arcantibus.

FOE.



FOEMORVM ET TIBIARVM VVL-  
nera quomodo curanda?

*Fœmora cum humeris, & Tibiæ sive crura cum brachijs  
magnam habent cognationem ac similitudinem, earum itaq;  
parcium vulnera eadem methodo & iisdem remedijs cura-  
ri possunt, vulnerum autem manuum curatio nobis paulò ante  
est proposita quæ consuli poterit.*

Sunt ne alia præterea, quæ ab armis inflicta  
sunt vulnera peculiarem curandi ratio-  
nem requirentia?

Præter commemoratorum vulnerum curationes, qua-  
tuor adhuc restant vulnerum Species, quarum singula proprias  
essagitant medicationes nimirum.

*Vulnerum  
quatuor  
genera pe-  
culiarem  
curatio-  
nem postu-  
lantia.*

Vulnus ab armis venenatis inflictum,

Vulnus ab animalium venenatorum moribus ictibusq;  
illatum,

Vulnus ab adustione excitatum,

Et vulnus à gelu seu extensiss. frigore impressum,

De quorum curandi ratione jambreviss. dicam.

VVLNVS AB ARMIS VENENATIS  
inflictum quomodo curandum?

*In vulnerum venenatorum omnium sive ab armis toxico  
illitis sive animalium venenatorum moribus ictibusq; inflicto-  
rum curatione antequam ad vulnorum medicationem pervenia-  
tur, oportet venenum incussum quam celerrimè aut per extra-  
bentia remedia, aut per instrumentorum attrahentium, qualia  
sunt Cucurbitulæ, Hirudines, podices gallinarum vivarum de-*

*Curatio  
vulnerum  
ab armis  
venenatis  
inflcto-  
rum.*



plumata applicationem prolicere & extrahere, sudatorijsq; potionibus & Alexipharmacis propellere, & cor ipsum corroborare. Tota autem venenatorum armorum vul. curandi methodus eorum alexiteria supra in tractatione de venenis in questione (Enses sagittæq; veneno imbutæ quæ inferunt Symptomata & quomodo curanda,) luculenter proposita sunt, quæ huc transponi possunt.

Curatio  
morsus venenati.

Vulnera ab animalibus venenatis mordendo, pungendoq; illata quomodo curanda?

Creberrimè mordendo pungendoq; perniciofa vulnera inferunt animantia quædam, qualia sunt serpentes, canes rabiosi homines jejuni, vel rabie furoreq; perciti, Scorpiones &c. Quorum venenatorum vulnerum curationes sigillatim pro natura cujuslibet animantis supra in tractatione de venenis abundè docuimus.

VULNERA EX ADUSTIONE RERUM ignitarum excitata ut curanda?

Curatio  
ambusto  
vuln.

Vulnera ex adustione cuti & subjectis partibus illata fiunt aut ab igne, rebusq; ignitis, aut à liquore aliquo ferventi, aut à metallis liquefactis, & quidem ea vulnera quæ à metallis vel mineralibus ignitis aut liquefactis inferuntur, longè sunt difficilioris curationis, quam quæ ex flammis aut ferventi liquore excitata, itaq; pro materia inferentis vulnus varietate varianda erit & curatio. Duplici autem ratione persanantur ejusmodi vulnera, nimirum extractione igneæ qualitatis, aut extinctione incendij, sed cavendum in principio ne calorem extinguentia h. e. frigida & humida vulnere imponantur, repellunt enim ad interiora feruorem & graviora excitant. Symptomata

primæ.



DE VULN. VENENAT. CURATIONE.

285.

primum itaq; tentanda est curatio fervorem extrahentibus  
qualia sunt hæc sequentia.

Quæ fer-  
uorem ex-  
trahunt

R. Butyri aut laridi liquefacti q. s. pro arbitrio, sinantur  
fervere & in frigidiss. aquam infundantur in eaq; diu multumq;  
concutiantur donec albescant; Deinde refrigerata & congela-  
ta ab aqua eximantur; fiat unguentum, quod perlinteolum ex-  
tensum instar Empl. vulneri imponatur quod præstantiss. est in  
adustionibus ab igne, aqua & oleo ferventibus illatis. Aut R.  
Ol. nucis jugland. & sævi hircini ana p. æ. lique fiant & frigi-  
dæ aq. infundantur, concutiantur, eximantur, fiat unguentum;  
id persanat adustionis ex metallis aut mineralibus ignitis aut  
liquefactis, vulnera.

Ad omnia autem in genere ex adustione illata Vulnera  
præstantissima sunt & paratu facilliora hæc sequentia;

Accipe Muriam sive sulfuginem ex Butyro promanan-  
tem, quam linteolis exceptam imponito, aut conficiatur sal-  
sugo ex aq. marina & sale & eadem ratione imponatur. Aut  
R. Mellis Butyri & saponis nigri æquas portiones, commisce &  
adustis partibus imponantur, aut imponatur aq. tepida in qua  
rapæ ad mollitiem sunt decoctæ: & hæc quidem omnia fervorem  
urentem ex vulnere eliciunt, dolorē sopiunt, vuln. exiccant ac  
persanant. Verum si cruciatus à fervore intollerabilis in vul-  
nere hæreat, qualis contingit ubi pul. Bombardicus aut fru-  
sta laridi incensi vulneri sunt implosa tum statim fervorem  
extinguentia & refrigerantia sunt imponenda & illinienda, ut  
sunt Succus semper viui cum cancris viventibus contusa aut  
lentes palustres contusa & impositæ vel eorum omnium succus  
per siphonem implosus. Reliqua & totam methodum curandi  
ambusta in superioribus de cutis vitijs curandis prolix è propo-  
sumus.

Quæ fer-  
uorem ex-  
tinguunt

Qo 3

VUL-



## VVLNVS EX GELV AVT INTENSO

Frigore aquæ vel aeris quomodo  
curandum?De vulne-  
re ex Gelu

In frigidis regionibus & Alpibus sæpè iter facientium aures, nasus, manus ac pedes ex frigoris sævitia congelantur, Corrupuntur, sensum ac motum amittunt, & in Sphacelum degenerant, h. e. emoriuntur, & amputatione sola curari possunt. In emortuæ itaq; partis curatione per omnia procedendum est ut in curationibus Gangrenæ & Sphaceli in tractatione tumorum docuimus.

Cum autem membra per frigoris sævitiam corrupta & extincta nisi à sanis partibus removeantur eas secum corrumpant primum sequenti decocto corrupta à sanis separari debent R. piperis longi Cardamo. Gran. paradys. ana ℥ j. Euph. ℥ s. Mastich. ℥ vi. pulverisata Coquantur in ℥ ij. urinæ infantis aut hominis sani cholericæ aut potius vini stillatitij ad tertias & membro corrupto instar Epithematis imponatur. Deinde emortuæ partes novacula præcidantur & reliqua sana pars in vul. Ol. urinæ, quod ex Sale Urinæ fit, crebro inungatur & impositis Empl. è vernice vel alio quovis vulnerario conglutinetur. In ejusmodi casu ubi nondum prorsus corrupta est pars refrigerata, statim ea in aquam frigidam demergatur, frigida enim aqua extrahit è partibus omne gelu intensumq; frigus sicuti & ex pomis gelu corruptis; nam si congelatæ partes calore foveantur, intollerabiles per cutem excruciant dolores; Sæpe ex partibus gelu corruptis extensiss. frigus per arterias ac principalia membra perrepat & mortem infert, ideo præstat intra corpus exhibere Theriacam cum aqua Juniperi aut vino stillatitico bibendam.

Quæ



## DE SYMPT. VULNERAT. CURAT.

287.

Quæ præcipua Symptomata incidere solent  
Vulneratis & quomodo singula cu-  
randa?

Non possunt per sanari vulnera nisi prius si quæ accesserunt Symptomata tollantur aut saltem mitigentur; Solent autem vulnerati his potiss. Symptomatum, ut in superioribus quoque recensuimus, infestari; Sanguinis implacabili eruptione, Animi deliquio, Dolore, Inflammatione, Aquosi humoris è Vul. profluxione, Febrî, Vigilia, delirio, Spasmo siue convulsione, Paralyti, Vomitione, partis vulneratæ pruritu, & extenuatione seu macilentia, De quorum curatione nunc ordine quàm possumus brevissimè docebimus.

Vulneratorum Symptomata eorumque curatione

Sanguinis Implacabile Profluvium quomodo curandum?

Primum Symptoma vulneratorum est sanguinis profusio sed hæc ipsa quæstio paulo ante in superioribus in secunda manuali operatione Chirurgiæ est absoluta, ubi & methodum & remedia fluorem sanguinis cum præsentia uberrimè tradidimus, quem locum repetere possunt studiosi Chirurgiæ.

Hæmorrhagia

Animi Deliquium Vulneratorum quomodo curandum?

Secundum Symptoma ex Vul. profluens est Syncope, que uel plurimum profundè vulneratis & in hominibus pusillanimibus & in vulneribus venenatis accidere solet, Quomodo autem animus confractus sit recreandus supra in cordis affectione & curatione Synopes abundè tradidimus, Hoc loco tamen hæc adijci possunt, ubi vulneratus in deliquium animi incidit,

Animi deliquium

6013



confestim frigidus aeris adflatus admittatur, ligamenta ve-  
 stium constricta laxentur, artus vinculis dolorificis si vulnus  
 in superioribus partibus inflatum est, manuum si in inferiorib.  
 pedum facile constringantur, naribus odorata refrigerantia  
 ut est Acetum rosa. cum aq. rosa. admoveantur & cum eodem  
 liquore tempora, Carpi manuum & cordis regio confricentur,  
 facies aq. frig. conspergatur orig. Sal illiniatur, & revivif-  
 centi vulnerato frustulum panis in vino Maluatico aut alioge-  
 nero somaceratum comedendum exhibeatur, & haustus ejus-  
 dem vini bibendus præbeatur, & si animi deliquium à Vene-  
 nata qualitate vulneris excitatum esse suspicio sit, statim pulvis  
 Rutæ aut Scordij aut Theriaca Androm. cum vino offeratur.

## DOLOR VULNERATORUM

quomodo sedandus?

*Dolor* *Dolor* in Vul. accidit aut ab intemperie aut unionis vul-  
 neratae partis solutione & è proprio loco distractione, aut reme-  
 diorum vulnere minus convenientium applicatione ineptaq; de-  
 ligatione, quæ efficientes doloris cause statim tollendæ sunt.  
 Dolor vehemens in vulneratis alia graviora Symptomata ex-  
 citare solet, ut affluxionem humoris vitiosi in ipsum vulnus,  
 vigilias, animi deliquium, viriumq; prostrationem, nec ad-  
 mittit sanationem Vulnus, nisi tollatur dolor aut mitigetur;  
 Tollendi autem doloris ratio pro efficientis cause diversitate  
 variari debet; Si itaq; dolor excitatus sit ab inepta deligatione,  
 ea erit alteranda & constricta laxanda, si remedia inconveni-  
 entia dolorem excitarunt, statim abijcienda & immutanda e-  
 runt. Si ossium aut armorum fragmenta dolorem in vul. exci-  
 tant, ea tempestive eximenda veniunt, si ab aliqua intempe-  
 rie dolor oboritur est in Vul. eidem contrariis remediis ut cali-  
 ditati



## DE SYNCOPE CURATIONE.

289.

ditati frigidis, Frig. siccis. humidis, succurrendum erit. Verum cum totam methodum & exquisitiora remedia compescendi mitigandiq; doloris supra circa finem curationum morborum particularium prolixè proposuerimus, ad ea recurrant Chirurgi studiosi. Inter remedia autem dolorem leniendo mitigantia in Vulneribus sunt Catapl. ex rad. Alth. Lill. albo. cum ol. rosa. aut Chamae. confecta; Quae autem sopiendo mitigant sunt Catapl. ex fol. Hyosci. & solani viridibus sub cinere concoctis contusis, additisq; ovi candidis & Ol. rosa. In genere dolores in vul. sedat, medulla Panis Tritici in lacte concocta: & stupefaciendo tollit dolorem, Linimentum ex Ol. Nenuphar b. e. Nymph. cum pauxillo cerae albae confectum, cui momentum opij in aceto rosa. soluti & parum Moschi est admixtum.

Anodyna  
Chimici  
utuntur  
Extract.  
sang. hu-  
man. Ol.  
Oporum,  
Magister.  
Croti.

## INFLAMMATIO VULNERATAE

partis quomodo extinguenda?

Dolor, ut diximus, attrahit in vulnus sanguinem impurum, sanguis concipit in vulnere calorem praeternaturalem & inflammatur incenditq; partem vulneratam, In inflammatione itaq; vulneris quod ut plurimum contingit ubi in vulnere vel nervus est laesus vel ossis fragmentum inhaeret, aut caput musculi est incisum, in tali itaq; inflammatione si nihil obstat, venae sectio ex membro vulnere proximo, & vitiosorum humorum expurgatio primum molienda sunt, & ita tandem Catapl. Empl. & Epithem. refrigeratoria imponenda erunt, inter quae Catapl. ex medulla panis Tritici & farina hord. in lacte concoctis convenientiss. est cui & aq. rosa. & Ol. rosa. pro libitu admisceri potest & illud Catapl. quod in doloris mitigatione ex fol. Hyosch. & Solani parare docui, & Catapl. ex lentibus palustribus confectum, & Epithe. ex aq. rosa. plantag. & solani.

Inflam-  
matio vul-  
neratae  
partis.

Pp

Reli-



*Reliqua ex curatione phlegmones inter tumores tradita huc referri possunt.*

## TUMOR VULNERATARVM PARTIUM quomodo sedandus?

*Tumor*

*Ubi vulnerata pars intumuerit videndum est ad quod genus tumoris referri debeat, phlegmonem, Oedema, Erysipelas aut Scyrrhum; & ita debita curatio vitiosum humorem expurgando & Topica applicando, pro qualibet specie tumoris adhibenda erit, ut in superioribus de tumorum curatione abunde docuimus. In genere autem optimum est supra impositum Empl. imponere acetum Rosa. tepidum duplicatis Lintheolis exceptum.*

## DURITIES LABIORVM VULNERIS ut emollienda?

*Duritie labiorum vulneris.*

*Durities est comes siccitatis & ex utraq; Qualitate calida & frig. generari potest.*

*Durities ex vehementi caliditate dignoscitur ex rubore & doloris acredine.*

*Ex frigiditate autem orta durities deprehenditur ex stupore & lividitate.*

*Curatio duritiei labiorum vulneris per remedia emollientia est, quae tamen pro causarum sive qualitatum diversitate variari debet, Emollientium autem copiam & genera supra in curatione ulcerum cum duritie labiorum complicata & in curatione Scyrrhi enumeravimus. In genere optimum emolliens est Empl. Diachyl. & simplex & cum gummatis cujus descriptio extat in libris pharmacopoeorum.*

**Cap**



# DE INFLAMMATIONIS CURATIONE.

## Carnis superfluae succrescentia in vulneribus quomodo curanda?

ὑπερποσίφ-  
κρσις.

In vulneribus crebro ex redundancia sanguinis caro spon-  
giosa ultra modum excrescit & luxuriat, quae nisi removeatur  
ineptam curationem & deformem cicatricem relinquit, & grae-  
cis ὑπερποσίφκρσις Germanis Wildfleisch dicitur. In curatione  
ejus superfluus sanguis venae sectione detrahatur & caro in vul.  
luxurians scarificetur, sanguisq; ex ea fortiter exprimatur,  
tandemq; alumen ustum pulverisatū aut salis nitri adusti pau-  
xillum inspergatur, quod sine dolore extirpat superfluam car-  
nem. Idem praestat & pul. arug. & Mercur. praecipitatus &  
unguentum Aegyptiac. & alia quae à nobis supra in curatione  
ulc. cum carne superflua excrescenti proposita sunt.

## Aquosum excrementum è vulnere profluens quomodo curandum?

Aquosi ex-  
crementi è  
vulnere  
proflaxio.

Aquosa sanies ἰχμωρ. Das Gliedwasser obscuro autem &  
barbaro vocabulo Paracelso sinovia & aqua Glacialis dicitur;  
In vulnere ut plurimum generatur articulorum nervosarumq;  
partium, vel ex affluxu serosi sanguinis vel ex in convenienti-  
um remediorum applicatione, vel ex inepta deligatione, ut su-  
pra quoq; in ulceris virulenti curatione & in quaestione Quo-  
modo excrementa vulnerum sunt abstergenda docuimus. ἰχμωρ  
enim nisi tempestive sistatur exicceturq; acerbos dolores, vulne-  
ris corruptionem & sanationis impeditionem infert. Ad afflu-  
entis aquosi humoris sanationem in vul. praestantiss. remed. est  
crocus Martis, cujus preparandi rationem in nostra Iatrochi-  
mia tradituri sumus, si vulnere madenti Ichore inspergatur,  
vel R. Thuris, Aloepatic. ana p. a. quae tenuiss. pulverisata

Gliedts  
wasser.

Optimè  
facu Ma-  
gister. cor-  
tic. Ovor.  
Bulus Ar-  
meniu Es-  
sentissia.  
tae; Calx  
putami-  
num inre-  
rior ju-  
glana. Ol.  
Guajac.  
Corn. Ce-  
ru. pbilo

Pp 2

& ovi



& ovi albumine in Linimenti formam redacta vulnere impo-  
nantur & acetum rosa. linteaminibus exceptum calefactumq;  
super imponatur interim & serosi humores convenientibus re-  
medijs evacuantibus per aluum subducantur.

## FEBRIS VULNERATORUM

ut profliganda?

Febris.

Febres vulneratis sæpè accidunt tum ex inflammatione &  
vehementi dolore vulneratarum partium & omnium maximè  
in vulneribus capitis & interiorum viscerum penetrantibus  
& tales quidem febres ut plurimum lethales sunt, sed si in ex-  
ternarum partium & levioribus vulneribus febres superveni-  
ant commodius curari possunt. In curatione febris, an quotidie  
an verò tertio vel quarto die recurrat, diligenter perpendenda  
est, & si corpus sit plethoricum vena secetur, si cacochy-  
mum corpus, vitiosus humor redundans pharmacis expurgan-  
tibus convenientibus subtrahatur, & calor febrilis cum Syr.  
de Citro cui aq. Card. Bened. aut aq. Cichor. est admixta alte-  
retur, Foris Hypochondria & spina dorsi cum Ol. rosa. cui pau-  
lulum aceti rosa. sit admixtum inungatur: Et quia ex calore  
febrili ut plurimum generantur in corpore pituitosi & biliosi  
humores, ij per intervalla sequenti haustu commodissime expur-  
gari possunt. R. Rhab. fol. senæ ana ℥. j. s. sem. Anisi ℥. j.  
Contusa in Syndone colligantur fiat nodulus qui per noctem in  
aq. Card. Bened. ℥. iij. in tepido loco maceretur in poculo ar-  
genteo, & sequenti die poculum unâ cum nodulo in ferventem a-  
quam collocetur, & per semi quadrantem horæ simul ferveant,  
& tandem nodulus fortiter exprimat, cui liquori admisc.  
Syr. rosa. solu. ℥. ij. fiat haustus qui tepidus quinq; horis ante  
prand.



## DE VIGIL. ET DELIR. CURATIONE.

prand. ebibatur. Reliqua huc pertinentia ex doctrina de curatione februm superius tradita peti possunt.

### VIGILIAE IMMODERATAE UT

Sopiendae?

Somnus & Vigilia non tantum in Vul. aliisque morbis sed & in sanis corporibus si modum excedant, noxiae sunt. In vulneratis autem immoderatae vigiliae vires prosternunt, Spiritum animale defatigant & vulneris per sanationem mirifice impediunt. Excitantur autem vigiliae in vulneratis aut à doloris acerbitate aut à vaporibus febrilibus Cerebrum ferientibus, aut ab animi mœrore & sollicitudine. In curatione itaque vigiliae continuæ causis primum esse consulendum, ut hæc tollantur aut saltem mitigentur, ac tandem Soporifera medicamina & intro exhibenda & foris applicanda. Intra corpus circa vesperam exhiberi feliciter potest haustus lactis ex semine Papa. Contusi & aq. Lactucæ confecti, Foris verò Syncipiti circa suturam coronalem & temporibus sequens Epith. duplicatis linteo-  
leolis exceptum imponatur R. Sem. Papa. albi ℥. j. Nucleorum persicorum ℥. s. diu multumque in mortario conterantur & admisc. albu. unius oui & aq. rosa. aq. solatri, Lactucæ & acetirosa. ana ℥. j. fiat Epith. De reliquis soporiferis remedijs consulatur curatio.

### DELIRIUM VULNERATORUM

quomodo tollendum?

Delirium vulneratorum seu mentis alienatio in vulneratis ut plurimum exitiosa est, præsertim si vulnus capiti sit inflic-  
tum, aut si adsit virium debilitas; tum enim certissimum est  
indiciu[m] mortis, Ex reliquis autem Symptomatibus si sit or-

P p s

tum

Vigilia

Delirium



cum delirium curatio tentari potest, & statim in initio curationis considerandum est, utrum delirio adjuncta sit vel frig. corporis & curandi methodus ac remedia excellentiori qualitati convenientia exhibenda erunt, quorum copia ex curatione phrenitidos præsertim ex delirio cum caliditate conjuncto peti possunt. Si verò frigida intemperies delirio sit copulata remedia ex melancholicæ insanie curatione huc transponi debent.

## SPASMVS VVLNERATORVM

quomodo curandus?

*Spasmus*

*Spasmus vulneratas partes contrahens h. e. convulsio*  
**Der Krampf** est nervosarum & musculosarum partium dolorifica præter voluntatem convulsio, quæ infestare solet vulneratos ubi nervi aut musculorum capita sunt læsa, Convulsio in Capitis vul. ut plurimum lethalis est. Omnis convulsio generatur aut ex plenitudine nervos distendente, aut ex evacuatione eos contrahente. Non repente sed paulatim incidit quam ut plurimum immoderata antecedit evacuatio aut diuturna inedia aut febrilis calor exiccans.

Convulsio ex repletionem distendente nervos repente fit quam præcessit vel temulentia vel ocium vel defluxio pituitosi humoris in nervos. Minus periculosa est convulsio ex repletionem quam ex inanitione aut ariditate.

Curatio generalis Convulsionis in Vul. consistit in vitæ ratione & remediorum usurpatione. In victu conveniunt pulmenta hordeacea & avenacea & in quo salvia est macerata. Remedia convulsionis sunt inunctiones totius spinæ dorsi (ex cuius vertebris prædeunt nervi & totius partis convulse) cum ol. lill. alb. & ex Lumbricis terrestribus confectæ. In specie vero convulsio ex evacuatione curanda est lavacris tepidæ aq. in  
 qua



## DE CONVULS. CURATIONE.

296.

qua fol. Malu. Rad. Althe. & sem. Lini sunt in cocta post balneum inungi possunt spina dorsi & pars convulsa ol. viola Amygd. dulc. & pinguedine Gallinae aut sequenti Linimento. R. Ol. Viola. ℥. j. Amygd. dulc. Ping. gallinae, Medullae crurum vituli ana ℥. ij. Sevi vitulini ℥. s. Cerae albæ q. s. fiat unguentum; cui admisceatur Mucag. ex rad. Althe. & sem. citon. contusis cum aq. salviae ℥. s. fiat Unguentum.

Convulsionis ex plenitudine curatio est superflui humoris evacuatio, quæ fieri debet præsertim in plethor. corporibus per venæ sectionem. In cacochymicis per pituitosi humoris subductionem; præterea spina dorsi & pars convulsa maxime autem ceruix inungatur oleo lill. albo. de lumbricis, è Castor. è Terebinth. aut sequenti unguento R. Ol. è lumbricis. ℥. j. è Castor. ℥. s. ex gran. Junip. & Terebinth. ana ℥. ij. Cerae q. s. fiat unguentum. Sed fœlicissimè convulsio ex plenitudine curari potest inedia & potione sudorifica ex Sarmiento Indico confecta, cujus & preparandi & utendi rationem in superioribus docuimus. Post sudorem sequenti Oles & Ceruix & tota spina & pars convulsa inungi poterit R. Castor. contusi ℥. ij. Euphor. ℥. j. piperis longi ℥. ij. Sulph. ℥. v. Pyretri ℥. s. contusa coquantur in Ol. Chamæ. ℥. iv. & aq. Junip. ℥. ij. ad evaporationem aq. Deinde colentur & oleo admisc. Ol. Vitriol. ℥. ij.

Porro in omni convulsione cerebrum corroborandum erit exhibendo quotidie Cons. Rorism. ℥. ij. cui Ther. Andro. ℥. s. est admista aut duabus rotulis Diamoschi deuratæ. Plura ex curatione Spasmi supra inter vitia Cerebri tradita huc referri possunt.

## PARALYSIS VULNERATORUM quomodo sananda?

Para-



Paralysis

*Paralysis h. e. nervorum resolutio verlemnuß Der gli*

*Der est mollities & laxitas nervorum in alterutro latere sensu motuq. amisso. Resolutio in vulneratis præsertim capite lethalis est. Methodus curandæ Paralyseos ex vulnere accepto est, ut corpore plethorico existere vena secetur, Cacochymico vero existente redundans vitiosus humor convenienti remedio subtrahatur, & Vitæ ratio conveniens præscribatur remediaq. intra corpus & extra exhibeantur. De quibus omnibus supra in curatione paralyseos inter affectiones cerebri abunde nobis di-*

- 1) *ctum est. Hoc loco satis erit unicum liquorem arte Chimica confectum & à Mesue descriptum subjungere R. Myrrhæ el. Aloes Epati. Spicæ nardi, Sang. Dra. Thur. Mumia, Bdell. Gumm. Ammoniacy, Sarcocoll. Mastich. Gumm. Arabi. Styra. Liquid. Croci & Carpobalsami ana z. ij, Ladani, Castorei mollioris ana z. ij s. Moschi z. s. Terebinth. ad pondus omnium reliquorum Pulveranda redigantur in pulverem & cum Syrace & Terebinth. commisc. & in cucurbitam vitream indantur atq. in balneo Mariæ calido per novem dies macerentur. Deinde inferuenti arena lenissime destillentur qui liquor facultate proximè accedit ad Balsami veri liquorem & plane divinus est, quo inungantur Cervix, spina dorsi & partes resolutæ.*

Vomitus

## VOMITUS VULNERATORUM

quomodo compescendus?

*Interdum & vomitionibus infestantur vulnerati præsertim in vulneribus capitis & læsione Menyngum & ventriculi. Vomitio vulneratorum in initio non est compescenda, præsertim si ventriculus vitiosis & corruptis humoribus sit infarctus Sed vel haustu tepidæ aq. aut haustu aq. ex gran. lunip. per*

per



## DE ALV ET URIN. VULNSUPP.

per descensum cum pelui destillata, quod nobilissimum est vomitorium, Vomitus excitecur, & omnis colluvies evacuetur, postquam sponte non cessat vomitio, duo Cochlearia vini rubei in quo incotta sunt Charioph. concisi, Mastich. & Rosa assumpto cibo exhibenda erunt, Foris autem orificio ventriculi imponatur Catapl. ex Fermento cum succo Menthae & paulillo aceti rosa. simul subactis & calefactis, quod tamen subinde ubi refrigerari coepit removeatur & rursus calidum imponatur. Plura vomitionem sistentia remedia & ventriculum roborantia in superioribus ex curatione vitiorum ventriculi peti possunt.

### Alui urinæq; suppressio in vulneratis ut promovenda.

Et alui & urinæ suppressione creberrimè vulnerati instantur, cujus cause sunt facultatis expulsiivæ ex nimia profusione sanguinis prostratio, vel partium expulsionis excrementorum servientium læsio, quibus accedit & corporis præternaturalis caliditas & inde orta sitis & continua quies. Ubi itaq; in vulneratis suppressa est aluus & vires egrotantis aliæq; circumstantiæ permittant, Leni Clystere emolliatur & subducatur aluus, Aut inseratur recto intestino glans suppositoria ex melle, sale & pul. Troch. Alhandali facta, & si quid vitiosi humoris in ventriculo venis Mesaraicis & intestinis hæere suspicio sit, exhibeatur patienti quadrante horæ ante prandium Pulpa Cassiæ ℥. j. s, aut Mannæ ℥. ij. in jusculo pullorum resoluta, aut exhibeatur potiuncula ex nodulo Rhab. fol. senæ, & Syr. rosa. solu. confecta, quam paulo ante in febris vulneratorum curatione preparare docui. Quin & ad validiora purgantia remedia transire licebit, si vires permittant proratione

℞

redun.

297

✠

”

Alui urinæq; suppressio.



redundantis vitiosi humoris. In urinae suppressione intra corpus exhibeatur Syr. de Alch. Fernelij & pul. lapill. cancror. & ea quae supra in curatione Dysurias sive suppressionis urinae tradita sunt.

Pruritus  
partis.  
vulneratae

### PRURITVS VULNERATARVM PARTIUM ut compescendus?

In partibus vulneratis praesertim circa finem curationis si adfluens sanguis vel salsa pituita vel acriori sero est commixtus, in tenera carne vulneris & adiacentibus partibus molestum excitat pruritus: qui mitigari potest partis prurientis inunctione, cum unguento e cerusa aut ungu. populino, aut imposito Epithe. ex aquis Rosa. & plantag. in quibus Lythargy. pul. est decoctus quae si non conferant & redeat prurigo, tum Epith. instar salsugo aut aq. marina tepida imponatur vel ea calida diu perfundatur aut oleo sive liquore vitrioli oblinatur.

### Extenuatio sive Marcor vulneratae partis quomodo restauranda?

Extenuatio  
partis  
vulneratae

Marcor sive extenuatio membri provenit ex ἀτρεφία sive frustratione Nutritionis, in vulneribus autem accidit ubi ἰχθῆρ sive aquosum excrementum diutius e vulnere profluxit aut male & perperam pars vulnerata deligata est.

Curatio emaciatorum membrorum consistit in partis extenuatae sedula inunctione & artificiosa deligatione. Inunctio crebra fieri debet aut cum oleo Hyperic. aut cum sequenti ex lumbricis terrest. oleo. R. Lumbric. terr. pro arbitrio, qui cum vino generoso eluantur & in vitrum constricti orificij reponantur, quod tandem in massam farinaceam & subactam ex qua panes coquuntur probe involuatur, & in furnum sive Clibanum



## DE FRACTURIS.

299.

panum cum alijs panibus imponatur & ad perfectionem coquatur, ex refrigerato pane vitrum eximatur, in quo liquor subsidens ex Lumbricis in aliud vitrum refundatur, quo fiat inunctio & quidem quotidie bis, post inunctionem parti marcescenti & inunctæ imponatur Empl. oxycroc. cujus descriptio in lib. pharma. extat ac tandem deligetur. Deligatio verò ejusmodi esse debet, quæ sanguinem nutrientem à sanis partibus ad marcam confluere cogat ut marcescente tibia fæmur ab Inguine deorsum ad genu usq; fasciæ circumvolutione deligetur, initio quidem arctiori, paulatim autem laxiori constrictione, quo sanguis omnis deorsum supprimatur Fæmore vero alterutro aut toto crure contabescente fæmori alteri sano & non vulnerato fasciæ sunt iniiciendæ à genu sursum circumvoluendo, ut sanguis ex sano fæmore in agrum divertatur & comprimatur. Talis autem deligatio moderata debet esse, ne dolorem aut inflammationem excitet, eadem deligandi ratio & in humeris brachijsq; marcescentibus retineri debet.

## CURATIONUM CHIRURGICARUM DE OSSIUM FRACTURIS

### SECTIO QUARTA.

Fractura quid & quot earum differentiarum?

Καταγμα τῶν ὀστέων Fractura ossis ein Beinbruch est continuationis in ossibus solutio sive divisio, seu disruptio, non obstante utrum ea ex violenta contusione, gravi lapsu, distractione aut incisione contingat. Porro differentiarum fracturarum in ossibus & à Grecis & Latinis plures enumerantur. Nos verò

292

duas

De Fracturis.  
Fractura quid.



Fractura-  
rum diffi-  
rentia,

duas tantum ad earum curationem scitu necessarias constitui-  
mus. Prima, quæ sumitur à situ partis fractæ, cujus species  
sunt. Fractura recta secundum longitudinem partis, Fractura  
transversa per latitudinem, & fractura obliqua per membri  
obliquitatem, ad quam refertur & ea in qua os minutim con-  
fringitur. Secunda differentia sumitur ab apparentia fractu-  
ræ, cujus species sunt, fractura sine vul. sub cute sana delitescens,  
& fractura cum vulnere carnis ac cutis. Alias differentias à  
græcis proditas ut fracturam rapiformem ῥαφαειδῆν, cauli-  
formem, cucumeri formem, unguiformem, Farinæformem,  
&c. nos ut parum ad curationem conferentes consulcò præ-  
terimus.

### FRACTURARUM IN OSSIBUS CAU- sæ quæ, quæ signa & quæ circa fracturas præfagia observanda?

Causa fra-  
cturarum.

EX προηγουμένων causis nullum confringitur os etiam fe-  
magni nominis Medici scribant aliquando tam violentam pos-  
se esse cordis palpitationem ut costas ipsas confringat, quod vi-  
dere mihi non licuit; semper itaq; ossa franguntur ex causis  
προηγ. ut sunt durorum & ponderosorum corporum  
armorumq; penetrantium violentæ incussiones, graves lapsus  
casus è sublimi, Item membri alicujus violentæ circumactiones  
detorsiones ac detritiones

Signa dia-  
gnostica.

Signa fracturæ ossis quæ cum cutis carnisq; vulnere ac-  
cidunt & visu & tactu deprehendi possunt;

Fracturæ verò delitescentes sub integra cute primum ex  
fracti membri inæqualitate & per manuum contrectationem fa-  
cile dignosci possunt. Pars siquidem confracta ad manuum con-  
tactum vehementius dolet, & fractura si membrum incurvatum



## DE FRACTURARUM CURATIONE.

301.

*in inflecti nequit. Deinde ex inflectione membri fracti Collisa ossa non obscurum strepitum edunt, & membrum confractum statim propria functione prorsus destituitur. Præsagientia porro signa in ossium fracturis hæc sequentia studiosè obseruanda Chirurgo.*

Prognostica.

1. Tolerabiles sunt ossium fracturæ & non difficulter curantur quæ simplices per transversum accidunt, quæ vero per ossis longitudinem aut obliquum contingunt magis sunt doloribus obnoxia & curatu difficiliore. Omnium autem pessimæ sunt ubi fracti ossis particula longiusculè à cute per carnem extuberant eamq; continuè pungunt.

2. Pessimæ quoq; habentur fracturæ quibus statim incidit inflammatio & processu temporis in Gangrenam degenerant.

3. Fracturæ ossium humeri & brachij, item fæmoris & tibiæ atq; digitorum per eorum medietatem contingentes minus sunt periculosæ, sed quantò fractura eorum propinquior est capitibus sive coarticulationibus ossium eò sunt periculosiores & curatu difficiliore.

4. In brachio sive Ulna & Tibia quæ duæ partes ex binis constant oblongis ossibus, si unum tantum est os confractum, minus adfert periculi, Altero enim integro existente, confracto subsidium adfert, Sed si utrumq; os est confractum & periculo non vacat & difficilem efficit curationem, & sæpè membrum fractum propria functione privat.

5. Costæ perfractæ ut plurimum comites habent inflammationem, suppurationem & febres, eoque nomine sunt periculosiores.

Qq 3

CU



CVRATIO GENERALIS FRACTV-  
rarum qua methodo absolvenda?

Indicatio-  
nes curan-  
di fractu-  
ram

Quatuor sunt scopi circa curationem ossium fractorum observandis per quatuor enim operationes universa fracturam curatio perficitur.

1. Per ossium confractorum & ab invicem distantium artificiosam coaptationem, conjunctionem & in naturalem situm propriumque locum restitutionem, Quae operatio solius Chirurghi est, quam nec natura nec medicamenta perficere possunt. Ad hanc naturae operationem manuum industria & validiora vincula sive manticæ requiruntur.

2. Per ossium ritè coaptationem & prudenter conformatorum continuè in quiete conservationem & artificiosam, ne iterum ab invicem discedant, deligationem & hæ quoque operationes sunt solius Chirurghi, ad quas perficiendas fasciæ plures & aptissima & ferula & pulvini sive splenia requiruntur.

3. Per ossium coaptationem interventu calli conglutinationem, quae operatio est solius naturæ; in calli tamen generatione quæ Græcis πωγος dicitur, & nil aliud est, quam glutinosa & tenax sanguinis pars à natura ossibus alendis destinata, qua natura ossium interstitia conglutinat, adjuvari potest & debet & convenienti victus ratione & remediis conglutinantibus foris introque adhibitis; In hunc usum præter alimentum & Ol. & Ung. & Empl. & Catapl. vulneraria requiruntur.

4. Per Symptomatum præcautionem, ac si jam inciderunt, eorum remotionem, ad quam manuum industria & remediiorum impositiones requiruntur.

Quibus instrumentis instructus esse debet  
Chirurgus in curatione Fracturarum?

Chirur-



DE MEDICAM. IN FRACTUR. NECESS.

303.

Chirurgus ad fracti ossis curationem ascitus, hisce instrumentis præcipuis instructus esse debet.

Instrumē-  
ta chirur-  
gica ad  
fracturas

1. Cultro rasorio sive novacula, qua si necessitas urgeat ut in pungentibus fragmentis cutem carnemq; super os fractum incidere queat.

2. Volsella qua ossium fragmenta à suo continuo remota & liberata eximat & evellat.

3. Forcipe, quo ossa aculeata extuberantia & carnem pungentia post cutis incisionem confringat & præcidat.

4. Scalpello quo si necessitas urgeat confractum os à carne liberari possit.

5. Fascijs tenuibus & mundis, & pluribus quarum longitudo & latitudo pro membri crassitie & fracturæ amplitudine & longitudine mensuranda erit. In genere tamen ut Hippocrati placet, quinque aut sex cubitorum longitudinem & totidem digitorum transversalium latitudinem habere debent quibus apta deligatio perfici queat.

6. Lintheamina tenuia quadrata & satis lata quibus triplicatis aut quadruplicatis membrum fractum contegi queat & quibus medicamina excepta fracturæ imponi possint, talia lintheamina complicata Græcis σπληνια i. e. Splanchen dicuntur.

7. Stupa munda linea & pectinata, cujus idem est usus ac lintheaminum ad excipienda remedia & fracto membro imponenda:

8. Ferulis & ex pluribus & politis oblongis asserculis inter se contextis & colligatis conficitur. Hæ supra deligationem fasciarum membro fracto circumponuntur cum eisque deligatio constringitur, ne videlicet ossa sub fasciis laxatis iterum dissolvantur.

9. Vin-



9. Vinculis quibus ferulae constringuntur & convin-  
ciuntur.

## QUIBUS MEDICAMENTIS DE- bet Chirurgus esse instructus.

Medica-  
menta ad  
fracturas

Remedia vulneraria superius descripta qualia sunt Oi.  
Vng. Empl. & Catapl. semper in promptu habere debet Chi-  
rurgus. In curandis autem fracturis ea potissimum ad manum  
habeat quae Symptomata, ut sunt Dolor, inflammatio, tumor  
& pruritus arcere & Coaptata ossa conglutinare queant, Ex  
quorum numero praecipua haec sunt. Epithema ex ovi candido  
quod ita paratur. R. Albu. ovor. No. iv. Aq. rosa. ℥. j. Ol.  
rosa. ℥. ij. diu multumque virgultis agitentur & concutian-  
tur & in spumam redigantur quae stupa aut linteolis excepta  
membro confracto imponatur septem diebus continuis Hoc enim  
medicamentum dolorem lenit & inflammationem arcet. Aut im-  
ponatur hoc Catapl. ad arcenda Symptomata R. Albu.  
Ovo. No. iij. Ol. rosa. ℥. j. Myrthini Ol. ℥. vi. Farinae vola-  
tilis, Far. bord. ana ℥. vi. Boli Arme. Sang. Draco ana ℥. iij.  
tenuiss pulverisata commisc. fiat Catapl. quod linteis exten-  
sum septem diebus membro confracto imponatur, Arcet enim  
inflammationem & lenit dolores, Aut imponatur cerotum  
molle ex sola cera candida & Ol. rosa. factum, Tandem post  
septimum diem ubi membrum immune & tutum est à Sympto-  
matibus tum quotidie Oleo vulnerario, qualia sunt Ol. Hype-  
rico. & Ol. Lumbricorum & semper sequens Catapl. ex poly-  
gonato imponatur R. Rad. Polygonati sive sigilli Salo. ℥. iij.  
Rad. Althe. ℥. s. Plantag. cum rad. ℥. iij. omnibus pulveri-  
satis concoquantur cum q. s. aq. ad pulvis formam quibus haec  
sequentia admisceantur Ol. rosa. Ol. Mirtill. ana ℥. ij. Tere-  
binth.



DE MEDICAM. IN FRACT. NECESSA.

305

*binth. ℥. j. s. ungu. Dialth. ungu. Agrippa ana ℥. j. Cera alba q. s. quibus probè commixtis fiat Catapl. Hoc enim conglutinat & Symptomata arceat presentiaque lenit præsertim si pul. Boli Arme. ℥. vi. Sang. Dra. ℥. s. Thuris ℥. ij. Sandalo. omnium ana ℥. j. admisc. Aut imponatur Empl. de succino aut de Vernice supra inter vulneraria remedia descripta.*

*Cerotum nobiliss. Vigonis quo fracta ossa & conglutinari & Symptomata eorum arceri possunt.*

*Cerotum Vigonie.*

*R. Rad. Albe. ℥. j. decoquantur & earum mucilago exprimat, cuius ℥. j. s. admisc. ol. rosa. Myrtill. ana ℥. s. in quibus decoquantur rad. & fol. Fraxi. rad. & fol. consol. ma. & plantag. Fol. Salicis omnium viridium ana ℥. j. quæ prius pernoctem in vini rubei Styptici ℥. ij. suat macerata, admisceatur quoq; Thuris ℥. s. Jevi hircini ℥. iiij. Terebinth. ℥. j. Mastich. ℥. j. s. coquantur leniter ad succorum & vini evaporationem & percolentur fortiter expressa : pinguiori autem liquori admisc. cera q. s. fiat cerotum, quod ubi refrigerari & in crassescere incipit admisc. tenuiss. pul. Lithar. ℥. iiij. Boli Arme. Terræ Sigill. ana ℥. j. Minij ℥. x. & redigantur manibus diu multumq; tractata in aq. frig. in formam Empl. Paracelsus etsi in alijs suis scriptis præstigiiosa obscuritate ludat homines, in sua tamen parva Chirurgia ad fracturas sequens Catapl. non immeritò mirificè commendat, Nec enim rationi repugnat & experientia comprobatum fæliciter succedit.*

*Cataplasmæ Theophrasti.*

*Primum autem docet confracto osse debere potum exhiberi lactis in quo decocta est herba Sophia quam ego Veronicam esse judico. Deinde docet membrum confractum aliquo vulnerario Oleo quotidie bis inungere & seq. Catapl. deligare. R. Rad. Consol. ma. Rad. Aristo. rot. ana p. æ. contusa coquantur in q. s. vini rubei styptici ad vini evaporationem, Deinde*

*Rr*

*in mor-*



in mortario probè contundantur & in pultis vel pulmenti formam redigantur eisq; admisc. Vernicis pictorum q. s. f. Catapl. vinum quoq; rubrum in quo Consol. & Veronica sunt incocta instar Epith. imposita, Item lamina plumbea fracturas conglutinant & Symptomata corrigunt ut in processu methodi indicabitur.

## OSSA CONFRACTA ET E LOCO

proprio turbata quomodo sunt coaptanda & restituenda. ?

Ossium  
confractionum  
coaptatio &  
repositio.

Primum curationis confractionum ossium scopum diximus esse quamq; partem ossis fracti in proprium locum restituere, & tali methodo peragitur. 1. Accuratè considerandum utrum ossis confracti partes adhuc in naturali & propria sede haerant, an ab invicem divulsæ, & à proprio loco dimotæ sint. Item utrum ossa confracta antrorsum retrorsum, ad latera vel sursum aut deorsum sint distorta, id quod artifex & visu & tactu & ex aegri querimonia facile dignoscere poterit, Nam si ipsa fracta ossa adhuc in proprio loco consistent, in membro fracto parum doloris & exigua inæqualitas deprehenditur, nec punctationis sensus.

At ubi fragmenta è nativo loco secesserunt, in membro manifesta inæqualitas cavitasq; & visu tactuq; percipitur, & punctiones graves circa fracturam persentiuntur. Si itaq; particulae ossis fracti ab invicem distortæ sunt, statim in initio maturè & antequam membrum inflammetur aut intumescat, industria manuum agilitate omnia fragmenta coaptentur in pristinum locum reponantur & proprium situm restituantur ac configurentur, At si in membro confractione inæqualitas & extuberantia deprehendatur, vola manus leniter supprimatur & ad  
aqua-



DE OSSIUM FRACTOR. RESTITUT.

307.

æqualitatem reducatur, verum ubi ossis confracti pars alteram supra alteram exuberet, aut altera sursum altera deorsum sit depressa ita ut coaptari nequeant, tum ossa fracta ab invicem sejungere oportet & membrum distendere injectis manticis sive robustioribus linteolis ac vinculis utriq; parti fracturæ, quibus duo ministri unus sursum alter deorsum membrum trahant, donec utraq; pars fracti ossis per Chirurgum ad amissim coaptari queat, depressam elevando & extuberantem supprimendo manuq; dirigendo, donec in æqualitatem & pristinum locum redeat. Porro scite restorationis & coaptationis ossium indicium est, doloris remissio & æqualitas membri confracti, At si fragmentum aliquod in totum à reliquis resolutum sit, ita ut non amplius illis agglutinari queat, illud carne vulnerata eximendum est, ne punctiones & labores faciat, Id si non fiat ab initio, tamen pro cessu temporis adiacens ossiculo caro putrescet & per abscessum cum pure à natura excutitur, Ubi itaq; ossa confracta ritè coaptata & in proprium locum restituta sunt, & membrum fractum rectè configuratum est, antequam ad deligationem accedatur, ex præscriptis remedijs Symptomata fracturarum arcentibus unum, puta, aut Epithe. ex albu. ovorum aut Catapl. aut cerotum ex ol. rosa. aut Catapl. Paracelsi stupa munda aut complicatis linteolis exceptum membro fracto circumponatur per plures horas ut Symptomata conquiescant.

Ossa confracta iterumq; coaptata & in proprium locum restituta, quomodo in eadem figura & restitutione sunt retinenda?

Secundus scopus est ut fracta ossa ritè in proprium locum restituta usq; ad eorum conglutinationem conjuncta retineantur. Facile enim ossa coaptata rursus dimoveri & ab invicem

Rr 2

distor-

Ossium  
repositio-  
rum deli-  
gatio.



distorqueri possunt, præsertim in immoderato corporis motu, nisi enim patiens & vigilans & dormiens ab omni inordinata agitatione ac motu membrorum fractorum se contineat, eaq; in quiete conseruet, tota coaptatio dissoluitur, Ad hunc scopum consequendum tres potissimum operationes manuales requiruntur, Artificiosa nimirum fascijs convenientibus deligatio, ferularum impositio, & naturæ membri confracti conveniens configuratio ac dispositio, in qua configuratione quietum & immobile membrum conseruari & retineri sine molestia queat. Deligationem talem oportet esse quæ ossa coaptata moderate constringat & contineat, & ut non sit nimium coarctata nec nimium laxa deligatio; per laxam enim deligationem facilè ossa conjuncta dissolui possunt, per arctiorem verò ut plurimum dolor & inflammatio excitatur, & affluens sanguis qui in membrum alendum & fracturas conglutinandas conflui intercipitur; Debet itaq; in deligatione & fasciarum circumvolutione mediocritas observari, ut sit & iudicio Chirurgi & ad sensum patientis tolerabilis & minimè molesta, Quin etiam in deligatione fractorum membrorum hæ regulæ sunt observandæ.

I. Si membri fracti crassities undiq; sit æqualis ut in tibijs & brachijs, tunc fasciæ debent esse paulò latiores qua totum membrum quam aptissimè & æqualiter complectantur. Si verò membrum fractum inæquale existat ut in fæmoribus ea inæqualitas in tenuiori membri parte crebrioribus fasciarum circumvolutionibus complenda & æquanda erit, verum in articulis & membri incurvationibus ut in digitis, genu, & cubito, angustioribus fascijs & crebrioribus plicaturis utendum erit.

2. In fracturis ossium quæ in medietate humeri, brachij, fæmoris & tibiæ accidunt, in earum partium deligatione  
ne sensu



ne semper duabus fasciis est utendum, quarum primæ initium supra fracturam imponendum est & circa eam ter quaterue circumvolvendum, ac inde sursum versus secundum partis longitudinem instar Cochleæ procedendum, & sana quoq; pars membri fracti satis latè cum fasciis complectenda, Deinde & alterius fasciæ quæ priori duplo debet esse longior initium in fracturam imponendū, & semel tantū per fracturam circumvolvendum, & inde non ut cum priore sursum sed deorsum circumvolvendo procedendum usq; ad satis amplam sanæ partis portionem, & ita tandem iterum sursum per fracturam circumvolvendo procedendum usq; ad finem prioris fasciæ, ibidem utriusq; fasciæ termini consueudi.

3. Deligatum ita membrum Chirurgo quàm aptissimè configurandum est & in naturalem situm dirigendum ac collocandum, Is autem est naturalis situs singulorum membrorum, in quo sanum convenit sine molestia & dolore constitutum esse & ejusmodi quidem situs & configuratio secundum Naturam rectarum partium, recta, curvarum incurva & pendentium pendens est convenientiss. Femora & tibiæ rectum situm, Brachium & cubitus & digiti incurvum situm magis amant. Ita tandem ritè configuratis membris supra ipsas fascias singulis diebus Epithema ex candidis ovorum & Ol. rosa. ut paulò ante docuimus stupa exceptum imponatur fracturæq; circumdetur, ut nimirum mador Epithe. per fasciam ad membrum fractum penetrare queat illudq; à Sympto præservare, Ne autem stupa madida delabatur fascia tertia lata unica circumvolutione alligetur.

4. Si fractura insignis aut ossa ultra modum comminuta, (levis enim fractura eis non indiget) si membrum est imptune ab inflammatione & vehementiori tumore, ut commodius

Rr 3

coapca.



coaptata ossa contineri queant & in sua configuratione conservari, supra stupam alligatam ferulae lenes politae aequales & oblongae inter seq. connexa membro circumdantur & vinculis constringantur pro sensus membri tolleratione, Verum si fracturae accessit inflammatio ferulae omitti prorsus debent, donec extinguatur inflammatio & tumor subsidat; porro si fracturae vulnus quoq. copulatum sit, in tali fractura ubi vulnus est minimè imponi debent Epithemata aut Catapl. ex albu. ovo. & Ol. rosa. ne videlicet sub ijs vulnus putredinem concipiat, sed potius plumbeoli seu complicata lintheamina vino rub. in quo rad. Consol. ma. & Veronica sunt in cocta imbuta imponantur. Etsi fieri posset commodissimè eo artificio deberet fieri deligatio fracturae, ut per fascias circumvolutas ad vulnus foramen relinqueretur per quod pus profluere & vulneraris Empl. imponi possent.

5. Hæc prima deligatio membrorum fractorum nisi vehemens dolor aut inflammatio aut intumescencia aut intolerabilis puritus urgeat usq. ad diem decimum quintum minimè solvenda erit. At si prædicta Symptomata inciderint tertio quolibet die fasciæ solvenda & Symptomati præsentis consulendum, propriaq. remedia adhibenda erunt. Paracelsus ab hac usitata deligandi fracturarum norma prorsus dissentit, & dicit ossa fracta quotidie bis esse deliganda, & Empl. ipsius Paracelsi de consolida ma. factum (cujus parandi rationem paulò ante tradidimus) imponendum quo faciliè omnia fragmenta, conglutinentur. Hic sanè Paracelsus à ratione minimè dissentit, eo enim modo omnia Symptomata quæ sub diuturna deligatione incidere possunt, commodissime & arceri & propulsari possunt, præsertim in fracturis non adeò magnis, Verum in comminutione

tione



## DE FRACTUR. SYMPTOMATIBUS.

317.

tionem ossium & excellenter magnis fracturis ad sui conglutinationem certè diuturnum requirunt & usitatum deligationis modum.

### CONGLUTINATIO OSSIUM confractorum quomodo adjuvanda?

Tertius. Scopus solius Naturæ est operatio, Verùm eum omnia ossa aridiora sint, quam ut per se conglutinari queant, sine interventu alicujus humidæ & tenacis materiæ, in eorum conglutinatione utitur natura callo tanquam glutine, qui nihil aliud est quam tenacior & glutinosior pars sanguinis ossium nutritioni à natura destinata, quæ ubi in interstitia fractorum ossium defluxit, ibidem paulatim induratur & fracta ossa firmissimè inter se conglutinat, In calli autem generatione natura adjuvari potest pleniori multumq; alente nutrimento, ex quo crassus glutinosusq; sanguis generari queat, ut sunt panis similagineus recens, Caro suilla, Caro porcellorum Caro hœdina, vitulina, pulmentum ex Oriza & amilo, Verùm ejusmodi victus ratio non nisi post nonum diem est instituda: quin & Catapl. Paracelsi ex Consol. ma. & Empl. vulnerarium de Vernice fracturæ impositum callum generat & ossa confracta conglutinat, Vt plurimum autem callus ossa conglutinare incipit circa nonum diem, Conglutinationis autem signa hæc sunt.

Dolor qui prius in fracto membro percipiebatur molestare cessat, & cum nec inflammatio nec tumor membri metuendus est, membrum fractum nativo suo colore efflorescit, & per fasciolas fracturæ circumvolutas cruentæ maculæ conspiciuntur, etiamsi nullum ad sit vulnus.

Fractorum  
ossium con-  
glutinatio

Chimicè  
etiã com-  
mendant  
sal Perfi-  
caria, bal-  
sam. hype-  
ricò Ol.  
Auripig-  
ment.

FRA-



## FRACTURAS OSSIUM QUÆ

Symptomata Comitantur?

Fractura-  
rū Sympto-  
mata, eo-  
rūq; cura-  
tio

Quartus scopus est Symptomatum quæ in membra con-  
fracta incidere consueverunt, præcautio, & si quæ jam incide-  
runt, propulsio, ac sublatio. Porro excitantur Symptoma-  
ta in membro fracto aut à naturæ partis imbecillitate, aut ab  
imperitia Chirurghi in suis operationibus circa fracturas. Sunt  
autem præcipua Symptomata quibus fracta membra infestari  
solent, dolor & inflammatio pruritus & exulceratio, vulneris  
cum fractura copulatio, Callipenuria & redundantia ejusque  
induratio, membri confracti Gangræna, distorta congluti-  
natio functiones membri lædens, quorum Symptomatum cura-  
tiones quàm brevissimè absolvemus.

## DOLOR, TUMOR ET INFLAM-

matio, in membro fracto, ut com-  
pescenda?Dolor Tu-  
mor & in-  
flammatiō

Dolor, Tumor, & inflammatio ut plurimum conjun-  
cta sunt in fracturis ossium, & excitantur aut ab affluxu hu-  
morum, aut ab arctiori deligatione, aut ab acumine fragmen-  
ti alicujus ossis carnempungentis, in hisce Symptomatibus fas-  
ciæ & deligatio statim solui debet, & consideranda causa eaque  
protinus removenda, in quem usum convenientiss. est Ol. Rosa  
tepidum cui parum aceti rosa. sit admixtum, stupa aut lana  
carpta exceptum, & fracturæ circumpositum. Prodest quoq;  
membrum inflammatum Unguento populeonis inungere & Ca-  
tapl. ex fol. Hyosch. quod supra in vul. curatione docuimus  
conficiendum imponere, & simplici fascia donec Symptomata  
sint sopita leni constrictione deligare, Sublatis tandem Sym-  
ptoma-

ptoma-



## DE VUL. CUM FRACTURA CVRAT.

313.

ptomatibus ad præscriptam deligandi formam & ferularum circumpositionem redire, Tumorem egregie discutit & simul dolorem inflammationemq; mitigat, si membrum fractum singulis diebus bis cum aq. temperate calida perfundatur ac fomentetur.

### Pruritus & exulceratio in fracto membro ut tollenda?

Ex seroso & bilioso humore ad membrum confractum defluente sæpè intollerabilis & exulcerans pruritus excitatur, id ubi contingat, deligatio & fasciæ resoluendæ erunt, & membrum confractum bis, ut diximus, in die aqua temperate calida diu multumq; perfundendum ac fovendum erit, donec acris humor per poros cutis eliciatur; sedat quoq; pruriginem & longè citius quam aq. calida, si membrum salsugine sive aq. salsa tepida perfundatur, prurientes partes cum unguento è cerusa aut ungu. popul. inungantur, aut aq. rosa. lintcolis excepta instar Epith. imponatur. Sedato pruritu ad fracturæ propriam deligationem superius traditam revertendum erit.

Pruritus  
& exulceratio.

## VULNUS CUM FRACTO MEMBRO

copulatum & inde orta Symptomata quomodo curanda?

In ossiū fracturis sæpè membri cutis & caro vulneratur aut ex acumine fragmenta ossis per carnem cutemq; erumpentis & extuberantis, aut per Chirurgi consultam incisionem, quo per vulnus pungentia fragmenta commodius excipi queant. In eiusmodi casu omnium primum sanguis profluens suppressendus est, quemadmodum in vulnerum curatione docuimus; similiter si vuln. accessit tumor & inflāmatio; ea quoq; Symptomata pro-

Vulnus.

ss

prijs



prijs praesidijs supra in curatione Symptomatum vulneratorum traditis tollenda & mitiganda erunt. Ita si confracta membri caro sic contusa & putrefactionem minuetur, scarificatione sanguis corruptus est prohibendus, eaq; remedia adhibenda quae supra in tumorum putrescentium & in vul. contusorum concisione sunt commemorata, At si horum nihil adsit neq; ossis aliqua pars è vul. nuda protuberet & fragmenta ossium resoluta è vul. sunt evulsa, ipsum vulnus si consuitione egeat, consueudum erit & remedia vulneraria in superioribus descripta imponenda, ac simul & vul. & fracturae ejusmodi instituenda est deligatio fasciae latiusculae ex utraq; parte vul. decussatim instar obliquae crucis imponantur, ita ut totum vulnus ab ijs contegi queat, ac tandem fasciae extremitates superioris quidem sursum versus, inferioris verò deorsum moderata circumvolutione & constrictione circumvoluatur, Deinde supra fascias imponatur Ol. Rosa. stupa exceptum aut cerotum ex Ol. Rosa. confectum, aut imponatur stupa mundissima in vino rub. austero in quo rosa & consol. ma. rad. sunt incocta madefacta, quae nova fascia deligetur, donec in vul. caro inculcata succrescere incipiat, Porro in fracturis cum vul. complicatis si fractura secundum membri longitudinem protensa sit, statim in initio supra deligationem ferulae sunt imponenda & paulo arctius quam infra fractura per transversum facta constringenda; verum si vulnus per transversum membri sit illatum & fractura quoq; sit transversalis, ferulae in initio non sunt circumponenda, donec caro in vul. sit regenerata, sed per totum curationis tempus vulneri sunt imponenda quae inflammationem & tumorem arceant; si praeterea acutum & pungens aliquod ossiculum è vul. prominat, nec commodè in proprium locum restitui queat, id forcipe praecidi, comminui & eximi debet.

Calli



Calli in fractis ossibus penuria aut superfluitas duritiesq; quomodo corrigenda?

*Sive calli penuria sive ejusdem redundantia laborent ossa confracta, utroq; modo impediunt conglutinationem; ejusdem quoq; concretio & induratio supra fracta ossa dolorem & inequalitatem membri secum affert. Calli penuria corrigi debet per victus rationem plenioris & alimenta copiosum sanguinem crassumq; & glutinosum generantia, qualia paulò ante commemoravimus, & perfomentationem seu perfusionem crebram aq. moderate tepidæ, & per applicationem Empl. attrahentium & conglutinantium qualia sunt Empl. de pice & Empl. Oxycro. Redundantia calli sua copia disiungit ossa coaptata conglutinationemq; prohibet, ejus itaq; nimia luxuries deminuenda erit tenui victus ratione venæ sectione & salsa aq. tepidæ crebra perfusione & Empl. exiccantibusq; aut laminarum plumbi fracto membro impositione, & arctiori deligatione; ubi autem callus superfluus super os confractum concresecat & induritiem coeat, in carne adjacente dolorem excitat; præstat itaq; facto per carnem usq; ad ossa, vulnere, superfluum callum scalpello aut alio instrumento abradere.*

Gangræna ossium fracturæ copulata quomodo curanda?

*Gangræna quid sit & ex quibus causis excitetur & quare ratione curanda, supra inter ulc. curationes prolixè demonstratū est, quæ hoc loco repetere super vacaneum esse arbitramur.*

Ossa fracta perperam conglutinata & membri actiones lædentia ut curanda?

Calli vitia

Chimici  
utuntur  
oleo petro-  
leo, Ol. sal.  
commun.  
nitri, vi-  
trioli, Ca-  
riophyllor.  
balsam.  
sulph.

Gangræna

Chimici  
in usu est,  
unguent.  
stellat. Pa-  
races.



## FRANCISCI JOELIS SECTIO. IV.

In curatione fractorum ossium à prava coaptatione & imperita configuratione membri fracti, praesertim cum vul. copulati, diversae partes & ad unionem non pertinentes crebro conglutinantur, & membri fracti functiones aut omninò tollunt aut insigniter viciant. Id si contingat, nisi tempestive dum adhuc callus est recens & tener & non ultra sex menses duravit conglutinatio, iterum confringatur, perpetua manet perversa conglutinatio partis configuratio & actionum membri lesio.

Statim itaq; in initio, etiamsi id fieri sine singulari molestia ac dolore nequeat, conglutinata membra rursus confringantur divellanturq; & fractum membrum in naturalem locum situmq; proprium deducatur & configuretur, Im primis in eiusmodi fracturis ubi ossa conglutinata functionum difficultatem in membro relinquunt. Debet autem Chirurgus antequam confringere membra conglutinata tentare velit, per dies quatuordecim quotidie bis diu multumq; membrum fovere ac perfundere aq. in qua decocta sunt rad. Althæ. Chamæ. Maluæ, Sem. Lini & fœnugræci. Hæc enim emolliunt callum.

Post fomentationem quoq; totum membrum est inungendum, Ol. chamen. & Ung. Dialth. atq; semper Catapl. ex rad. Althæ. ficub. & sem. lini confectum supra membrum malè conglutinatum gestandum. Ita tandem callo probe emollito ac resolutio, si membri natura & figura patitur, membrum genu imposito violenta distorsione aut impressione denuò confringatur & ab invicem divellatur, Aut si genu confringi nequeat, per duos ministros violenta fractione in diversum trahatur ac distendatur & ad propriam ac usitatam figuram dirigatur, statimq; nova curatio secundum præscriptam methodum rectè coaptando, configurando, deligando, conglutinando, & Symptomata studiosè arcendo instituat. Sciendum tamen est in

denuò



## DE OSSIUM FRACT. CURATIONE

317.

denuo conglutinati ossis confractio praesertim inveterati, ut plurimum ossa non ubi callo concreverunt, sed alio in integro loco confringi solere, quare nova confractio ossis insigni periculo non caret. Nam ut plurimum acerbiss. Symptomata, in ea excitantur, dolor, tumor, inflammatio atq; febres & in Vitae discrimine aeger conijcitur. Quare nisi extrema urgeat necessitas nec aeger novam subeat torturam nec Chirurgus temere periculosam suscipiat curationem nisi coactus idq; cum protestatione & praedictione periculi.

Sunt ne fracturae quarundam partium, quae peculiarem requirunt curandi rationem.

Ossium omnium cujuscunq; membri fracturae praescripta methodo & supra annotatis remedijs à perito Chirurgo curari possunt, exceptis ossib; capitis quorum propriam curandi rationem supra in curatione Vul. capitis abundè proposuimus. Inde itaq; quae hinc prolixitatis vitandae causa omittuntur, peti & huc transferri possunt.

## CHIRURGICARUM CURATIONUM De Luxationibus;

De Luxationibus.

### SECTIO QUINTA.

Luxatio quid, quae ejus differentiae, quibus partibus frequentius & periculosius & quot modis accidit?

Ἐξάρθρωσις Exarticulationes Latinis, Medico vocabulo Luxatio & ossium dislocatio, nostratibus ein vorrenkung

Luxatio quid.

S. 3.

Der



der glider. Est autem luxatio ossium inter se coarticulatorum interventuq; ligamenti connexorum è loco nativo & propria sede in alienam excussio sive prolapsio, in qua motus voluntarius & functio membri impeditur atq; viciatur.

Sunt autem articuli in corpore ubi duorum ossium extremitates alterius quidem tuber sive caput alterius cavitati sive sinui, qui Græcis  $\kappa\epsilon\tau\acute{o}\lambda\eta$  i. e. acetabulum dicitur, inseritur, & firmissimo nerveo vinculo connectitur. Id autem vinculum progeneratur ex utriusq; ossis Cartilaginibus quibus ossium extremitates sunt oblitæ; ubi itaq; ex violenta commotione laxatur eo vinculo, ossis tuberculum ex suo acetabulo detorquetur & aut in totum aut secundum partem prolabitur, luxatio & dislocatio est.

Luxatio-  
num diffe-  
rentia.

Differentiæ luxationis nullæ sunt aliæ nisi quæ à magnitudine desumuntur, & ita alia luxatio dicitur perfecta & totalis, alia imperfecta & secundum ossis particulam. Perfecta sive totalis est ubi totum caput ossis ex suo sinu proprio in alienum locum prolapsum est, quæ Græcis simpliciter  $\epsilon\chi\alpha\rho\theta\epsilon\mu\epsilon$  exarticulatio dicitur; imperfecta est ubi media tantum vel aliqua pars tuberosi ossis ex sua cavitate supra marginem sui articuli est sublata ac depulsa, quæ Græcis  $\pi\alpha\rho\rho\theta\epsilon\mu\epsilon$  b. e. subluxatio dicitur.

Quibus  
articulis  
accidat lu-  
xatio.

Accidere potest luxatio in omnibus ossium coarticulationibus motui voluntario servientibus; Sed in aliis facilius in aliis difficilius, item in aliis periculosius, in aliis minus periculosius; crebrius & facile luxatur coarticulatio humeri cum scapula & coarticulatio cubiti, ubi humerus & brachium connexa sunt, & coarticulatio in carpo ubi brachij & summæ manus ossa connexa sunt, & coarticulationes digitorum. Ita quoq; facile luxantur coarticulationes circa Inguina, Coxa & fæmo-  
ris.



## DE LUXAT. PROGNOSI.

319.

ris. In genu femoris & tibiae; Rarius autem & difficilius luxationem patiuntur coarticulationes circa malleolos tali & ossis Calcis, maxillae inferioris, ossium pectoris atq; vertebrarum Spinae dorsii quorum luxatio sigillatim Latinis perversio & detorsio spondyli dicitur. Inter luxationes periculosa sunt vertebrarum spinae, maxime autem cervicis, quae subitam mortem inferunt, Quin & aliae quoq; Vertebrarum luxationes propter convulsionem, quam semper habent comitem, ut plurimum ultra quartum diem supervivere non patiuntur, sed miserabilem cum acerbis dolore inferunt mortem.

Signa prognostica deluxatis.

Ex levi autem Vertebrarum detorsione aut commotione similiter & ossium pectoris ut plurimum gibbus pronascitur. Non carent quoq; periculo luxationes femoris & coxae, humeri & scapulae propter difficultatem repositionis & gravia Symptomata, & in summa, omnes luxationes quanto sunt propinquiores principalioribus membris, tanto sunt periculosiores.

Modi autem sive formae luxationum quinque recitantur: in omni enim luxatione caput sive processus tuberosus ossis ex acetabulo suo depulsus prolabitur aut antrorsum aut retrorsum ad extrorsum h. e. ad latus externum, aut introrsum, aut sursum versus, ut exempli gratia, Maxilla luxata semper antrorsum dimovetur. Vertebrae autem luxatae nonnunquam introrsum quandoq; extrorsum detorquentur. Humeri caput excussum detruditur aut antrorsum aut sursum aut deorsum in alas. Luxatio in genu propter patellam nunquam antrorsum, sed ferè semper retrorsum prolabitur, Saepè quoq; vel introrsum vel extrorsum, sic & de aliis coarticulationibus contingere consuevit. Modum autem luxationis ossis extuberantia facile indicabit.

Modi luxationum quinque.

CAU.



## CAUSÆ LUXATIONUM

Quæ?

Causa lu-  
xationum

Luxationum  $\pi\epsilon\sigma\omicron\gamma\alpha$ . causæ sunt articuli alicujus violen-  
ta distentio, incussio, & distortio.  $\pi\epsilon\sigma\omicron\gamma\alpha$ . est viscosus pitui-  
tosusq; humor aut ex Capite aut ex toto corpore ad imbecillum  
articulum confluens & intra acetabulum collectus, qui primum  
ligamenta ossium madefacit & laxat; Deinde & caput ossis è  
suo loco deturbat.

## SIGNA LUXATIONIS QUÆ, ET

quæ præfagientia signa præceptaq; Aphori-  
stica in Luxationis curatione sunt  
observanda?

Signa lu-  
xationum  
diagnosti-  
caSigna pro-  
gnostica  
de cura-  
tione lu-  
xationum.

Signa luxationis manifesta sunt & visu & tactu inqui-  
runtq; articulis facile deprehendi possunt. Caput enim ossis  
circa articulum præter naturalem membri figuram & consue-  
tam constitutionem in alieno loco cum dolore protuberat & mo-  
tum articuli vitiat aut prorsus tollit. Ex signis prognosticis &  
Aphoristicis præceptis in curatione luxationum articulorum  
hæc præcipue sunt observanda. Luxata ossa rectè & perfectè in  
proprium locum reposita esse arguunt strepitus ossium inter re-  
ponendum & membri seu articuli naturalis & consueta con-  
figuratio.

Luxati articuli quàm fieri potest celerrimè & statim repo-  
nendi erunt antequam accedat tumor & inflammatio quæ si ad-  
sint non prius sunt reponendi donec ea Symptomata conquie-  
rint. Sedatur autem inflammatio, tumor & dolor si rectè tra-  
ctentur circa septimum aut nonum diem, si in luxationibus

per-



## DE LUXATIONIS CURATIONE.

321.

perfectis ingens dolor & inflammatio aut vulnus accesserit, difficillimè reponi possunt, & si reponantur, Symptomata magis exacerbantur. In veteratæ Luxationes quæ callo obdurate sunt rarissimè aut nunquã persanari possunt, sed claudicationes post se relinquunt mancosq; efficiunt: Luxationes in quibus acetabuli labra seu margines sunt confracti, capita ossium etiam si reponantur statim excidunt & prolabantur: Genuum & digitorum coarticulatio ut facillè luxatur, ita non difficulter reponi potest (Ubi enim coarticulatio non facillè dislocatur, ibi etiam agrè reponi potest). Humeri verò luxatio & restitutio medio modo se habet.

Quibuscumq; teste Hippo. à coxendicum dolore molestatis caput femoris excidit, ijs crus & tibia contabescunt & claudi fiunt.

## CURATIO LUXATORUM OSSIUM quomodo peragenda?

Dolendum est luxatorum articulorum curationem hac tempestate & in hisce borealibus regionibus à Chirurgis imperitis & tonsoribus indoctis ad carnifices esse ablegatam, illi enim soli putantur esse excellentes & in luxandis articulis & in luxatarum partium repositione, a quibus utinam nostri tonsores artem reponendi luxata discere non puduisset, ita sane pauciores claudos & mancos ex sua luxatorum curatione reliquissent, & nobilem hanc Chirurgiæ partem non in fœdam carnificinam detrusissent carnificibusq; servire coegissent. Porro

Carnifices luxata reponunt.

Indicationes curandi luxata.

1. Per ossium luxatorum sive dislocatorum in propriam sedem repositionem 2. Per repositi ossis in propria sede, ne rursus prolabatur, conseruationem 3. Symptomatum quæ luxatis

T t

mem-



membris contingere consueverunt ne incidant præcautionem, aut si acciderunt, propulsionem.

### Circa luxatorum ossium repositionem quæ sunt observanda?

Luxato-  
rum repo-  
sicio.

Primus scopus sive intentio Chirurghi in luxatorum cura-  
tione est ossis dislocati in propriam sedem artificiosa repositio,  
quæ operatio Chirurgica ita conficienda erit. Membrum luxa-  
tum manibus apprehendat Chirurgus, non quidem more Car-  
nificum torquendo sed quam fieri potest suaviter & sine dolore,  
illudq; in diversas partes decenter distendat ac distrahat, donec  
spacium inter caput ossis dislocati ejusq; acetabula liberum sit,  
tandemq; ossis prolapsi caput ab ea parte in quam prolapsum est  
in contrarium propellat & in acetabulum suum dirigat & deiru-  
dat, quod ubi cum strepitu in suam cavitationem incidit, salua res  
est. Cavitas enim sive acetabulum iterum repletur membrumq;  
luxatum consuetam recipit figuram & propriam functionem,  
nullamq; relinquit vel extuberantiam vel cavitationem in mem-  
bro luxato; verum contingit non raro ut tam gravis sit ossium  
luxatio, ut solis manibus membra luxata extendi & coaptari  
riteq; reponi nequaquam possint, tum sane robustiores fasciæ si-  
ve mantuæ utrinq; membro luxato sunt injiciendæ & ita validi-  
us in diversa trahere, luxatumq; os in propriam sedem repone-  
re oportet, aut sanè machina repositioni ossium à peritis Chi-  
rurgis excogitata usurpanda erit, donec repositio fœlicem suc-  
cessum nanciscatur. Repositio verò luxati ossis statim in initio  
molienda est, antequam luxatum membrum vel intumescat,  
vel inflammetur, hæc enim Symptomata laboriosam & pericu-  
li plenam redāunt repositionem.

Cir-



Circa repositorum ossium, ne rursus è proprio loco prolabantur, retentionem, quæ sunt peragenda?

Secundus scopus Chirurgi in luxatorum articulorum curatione est ossis in proprium locum rectè repositi retentio & conservatio, ne videlicet rursus è sede sua excidat denuoq; prolabatur; Hanc operationem dextre perficiet Chirurgus, si primum membrum luxatum ac rursus restitutum, Ol. rosa. cal. cui paulillum aceti rosa. est admixtum, probè inunxerit, moxq; linteolum membro adaptatum Ol. acetoq; rosa. simul mixtis & calefactis imbutum, instar Epith. imposuerit, ac supra illud stupam mudiss. ovorum candido cum aceto rosa. concusso & in spumam redacto madefactam decenter applicabit, quæ quidem in hunc finem imponuntur ut arceant inflammationem & tumorem doloremq; mitigent; Ita enim tandem munitum remedijs membrum artificiosè fascijs in Oxycrato h. e. aceto & aq. rosa. commixtis madefactis iterumq; expressis deligaverit, prodest tamen plurimum ad retentionem ossis in sua cavitate & membri corroborationem sequens Catapl. tepidum imponere.

R. ol. rosa. Myrtil. ana ℥. ij. Albu. Ovo. No. jv. Suc. Plantag. m. i. consol. ma. ana ℥. j. farina volatilis, hordeacea ana ℥. x. Terræ sigillatæ, Boli Arme. Rosa. ana ℥. 5. pul. rub. adstringentis supra in vul. curatione propositi ℥. j. s. Terebint h. mell. rosa. ana ℥. vj; commisc. tepida fiat Catapl. quo imposito fascia deligetur tali constrictione, quæ nec dolorem excitet, nec inflammationem conciliet, qualem in curatione fractorum ossium proposuimus. Postremò ut commodius in cavitate sua os repositum detineri queat loco ferularum corium mundum sive alutam aut linteum cera liquefacta imbutum imponatur & al-

T t 2

ligetur,

Ossium repositorum in sua sede conservatio.



ligetur, luxatumq; membrum aptiss. figuram dirigatur & ad quietem disponatur, nec ante septimum diem vel nonum hæc prima deligatio resolvatur, aut nova remedia applicentur, nisi grave ac molestum aliquod Symptoma inciderit fasciarumq; solutionem urferit. Symptomatum porrò propulsionem mitigationemq; nunc in tertio Scopo docebimus.

### QUÆ SYMPTOMATA LUXATIONES ossium comitari solent, & quomodo sin- gula depellenda?

Luxato-  
rum Sym-  
ptomata  
eorumq;  
curatio-  
sunt au-  
tem hæc.

Tertius Scopus curationis luxatorum articulorum est Symptomatum præcautio & sublatio. Nisi enim Symptomata præsentia prius tollantur aut saltem mitigentur, frustra tentatur & ossis luxati repositio & in suo loco detentio; irrita & periculosa est universa luxatorum curatio præsentibus Symptomati-  
bus. Iisdem autem ferè Symptomatibus, luxata membra in fe-  
stari solent, quæ supra in ossium fracturis sunt commemorata, videlicet humorum vitiosorum adfluxu in luxata membra, dolore, tumore, inflammatione febre, vuln. & fractura luxationi copulata, induratione & convulsione.

### Affluxio humorum in luxatione articulorum quomodo amovenda tollendaq;?

Affluxus  
humorum

Humorum sive sanguinis impurioris affluxio in luxatos articulos præsertim in plethoricis & Cacochymis corporibus statim reprimenda, sistenda & detrahenda erit, ea enim & tumoris & doloris & inflammationis in luxatis mēbris est effectrix causa, si itaq; ætas & aliæ circumstantiæ non impediunt & corp<sup>o</sup> sit plethoricum, sanguinis redundantia venæ sectione detrahenda & eucurbitularum impositione auertenda atq; tenui victus ratione diminuis



## DE SYMPTO. LUXAT. COMITANT.

323

diminuenda erit, Ita si corpus sit Cacochymum remediis convenientibus humores redundantes vitiosi subducantur, adeoque tota defluxio Empl. & Epith. astringentibus superiori parti luxati membri impositis intercipiatur, ac cobibeatur. Constringit autem & fluxionem intercipit Catapl. ex farina volatili & pul. rubeo inter remedia vulneraria descripto confectum, quam jam statim descripturi sumus.

## DOLOR, INFLAMMATIO ET TUMOR in luxato membro quomodo compescenda?

Dolor inflammatio  
& Tumor

Horum Symptomatum accuratiss. habenda est ratio in luxatis articulis, & omni studio ne accidant arcenda, & si accesserunt quam primum tollenda, his non presentibus nec potest nec debet luxatum os proprium in locum reponi, nisi haec Symptomata primum sint sublata, ita jubente Celso, qui inquit, quicquid loco suo motum est ante inflammationem reponendum erit, & si illa jam occupavit donec conquiescat haudquaquam reponendum; magis enim laceffitur; si itaque agram partem unum ex his aut simul omnia molestant Symptomata confestim solvenda est deligatio, & membrum luxatum aqua temperate calida perfundendum & diu multumque fovendum, ex ea enim perfusione & dolor mitigabitur & inflammatio lenietur & tumor subsidebit, & vitiosi humores in membro collecti probe digerentur. Tandem perfusione ac fomentatione ejusmodi peracta membro luxato sequens Catapl. imponatur R Farinae volatilis ex molarum parietibus collectae, pul. rub. constringentis pul. consol. ma. ana p. a. quae commixta & temperata cum q. s. albu. ovorum in catapl. formam redigantur, luxatoque membro imponantur, atque fasciis paulo ar-

T. 3.

Etius



*Eius dolorem tamen minimè excitantibus deligentur; præter id probè quoq; inflammationem & dolorem mitigant, tumoremq; sedant ol. rosa. vel sigillatim vel simul mixta calefactaq; sive molli lana sive stupa sive complicatis linteolis excepta & imposita.*

### LUXATIONI FEBRIS COPULATA quomodo curanda?

*Febris*

*Ubi luxationi febris copulatur, minimè caret periculo, & tum sanè tenuis victus ratio & ea omnia remediorum genera febrì adversantia & qualitatem febrilem alterantia, quæ supra à nobis in febrium curatione sunt commemorata adhibenda applicandaq; erunt, Febrium itaq; tractatio pro specie febris cujuslibet consuli potest.*

### VULNUS AUT FRACTURA LUXATIONI copulata, quomodo curanda?

*Vulnus & fractura*

*Ubi luxationi accedat vel vulnus vel ossis luxati fractura, ea sane minimè caret insigni periculo, & quidem eò majori quantò vel vulnus vel fractura luxato articulo est propinquior, quantoque membrum luxatum majus est, ideò hæc accidentia luxationis singularem requirunt Chirurgi industriam, prudentiam & diligentiam, semper autem statim in initio si ulla ratione fieri potest, luxationis repositio tentanda est & debet curatio luxationam vulneris aut fracturæ curationem præcedere, & fracturæ prior debet esse curatio quàm vulneris, si autem propter fracturæ magnitudinem & vulneris incommoditatem in principio luxatum os reponi nequeat, tum fractura ut in superioribus docuimus coaptando & colligando curanda erit, & Sympto-*



## DE GIBBOSITAT. CURATIONE.

§27.

Symptomata præsertim inflammatio & tumor studiose præca-  
venda atq; arcenda erunt, Verùm vix fieri poterit quin neglecta  
in initio repositione interea temporis in luxatam partem callus  
& durities incidat, id si contingat post curationem fracturæ e-  
mollientibus decoctis foveandum erit membrum luxatum &  
sequens Catapl. per quatuordecim dies imponendum. R. Rad.  
Alb. Consol. ma. ana ℥. s. Sem Lini. fœnugræci ana ℥. iij.  
Contusa coquantur luxato membro Empl. Diachyl. mag. quod in  
Miropoliis prostat apponatur. & pars affecta subinde unguento  
Dialche. inungatur, tandemq; nullo præsentè Symptomate luxati  
repositio superiori methodo manibus aut instrumentis tentetur.  
Postremò sublatis Symptom. & confirmato osse in suo acetabulo,  
tum pleniorè & bona victus ratione corroboretur æger, & pars  
affecta confirmetur subinde perfundendo seq. decocto cum vini  
& aq. a. p. R. Rosa. absinth. & Musci quercini ana M. ij. con-  
cidantur & concoquantur. Post fomentum verò imponatur lu-  
xato membro pro conservatione in proprio loco Empl. Oxycro.  
cujus descriptio extat in pharmacopæorum libris, & ita tan-  
dem sensim rursus assuescat membrum ad solitas actiones.

Callus &  
durities

## GIBBUS SEV GIBBOSITAS QUID,

Quæ ejus Causæ & ut tra-  
ctanda?

Κύφωσις vel κούφωσις latinis gibbositas Der Hovel est so-  
boles imperfectæ luxationis vertebrarum dorsi aut ossis pectoris,  
quæ in puerulis neglecta magis magisq; ad augetur & dorsum  
aut pectus extuberans & convexum reddit.

Gibbus

Causæ gibbositatis πρῶτα. sunt eadem ferè quæ & lu-  
xationis, videlicet Casus & percussio dimovens vel vertebrae  
dorsi vel ossa pectoris. πρῶτα. sunt in puerulis vehemens tussis  
& Asth.



FRANCISCI JOELIS SECTIO. VI.

& Asthma, & tuberculum in dorso aut circa pectus. Hipp. inquit qui ante pubertatem gibbosi fiunt ex Asthmate aut tussi illi brevi moriuntur, Adjuvans causa est adfluxio superflui alimentarij humoris ad laesam partem adaugens tuberculum, & in callum excrescens, Sicut enim in arboribus ex redundantia succi extuberantia fiunt, ita gibbi ex humore affluente ad distractas vertebrae. Crescit autem gibbus usq. ad annum.

Causa gibbositas

Signa in pueritia est tuberculum durum circa vertebrae aut σίγρον, quod primum instar avellanae, deinde instar nucis Juglandis tactu deprehendi potest.

CURATIO Gibbi inveterati & ultra modum protuberantis impossibilis est, In principio vero exortus gibbi tuberculo adhuc existente per desiccantia & absumentia remedia discutit & ejus incrementum prohiberi potest, ex quibus remediis unum & alterum exquisitius hic subjungere satis erit; si tuberculum quotidie bis inungatur Chemicis oleis videlicet saturni h. e. plumbi. & Martis h. e. ferri, quorum conficiendi rationem in nostra Iatrochimia docebimus, prohibent incrementum gibbositatis. Idem faciunt lamina plumbi tenuissima tuberculo alligata, similiter utilis. erit locum affectum quotidie inungere Oleo e strobillis cupressi destillatis & quotidie imponere Catapl. ex fol. Sabine, aut fol. Oleandri contusis & cum Ol. rutaceo mixtis confectum; qualis autem sit arbor Oleandri supra in venenatorum tractatione docui.



)

CHIRURGICARUM CURATIONUM De membranarum ruptura

SECTIO VI & ULTIMA.

ἰμῆνας & χιλῶνες Membranae & Tunicae, sunt tegumenta ner.

Membranae quidem quatuorplures.



## DERUPT. PERITON. CURATIONE

329.

za nervea cujusdam substantiae in latum expansae pro figura partium contentarum, exquisitiss. sensus, Tanta autem est varietas membranarum in corpore, ut nulla fere particula sit quae non membrana sit vestita.

Earum enim aliae tegunt & continent partes, aliae fulciunt ac sustinent, aliae distinguunt & determinant, Item aliae earum sunt duplicatae, aliae simplices aliae tenues, aliae crassae Inter eas autem principales sunt tunicae cerebri quas Menyn-gas vocant, tunicae oculorum, tunicae costas vestientes, tuni-cae thoracem intersepientes & costas succingentes, tunicae visce-rum Epatis, pulmonis, Ventriculi, Matricis, Venarum, Arteriarum, Nervorum & Ossium, & postremo Tunica Peri-tonaei quae omnium maxime ruptioni est obnoxia. Tunica Peritonaei duplicata est figuram referens Marsupij & com-plectitur in se omnia viscera inferioris ventris. De reliquarum membranarum ruptionibus & vulnerationibus suis in locis abunde diximus, ut, Menyngum in Capitis vulneribus, Pleurae seu costas succingentis membranae in vuln. Thoracis; Sic & de reliquarum membranarum ruptionibus suis in locis disserui-mus. Quin & de Peritonaei ruptura quae Graecis κήλη Latinis Ramex dicitur, quid sit, quae sint ejus species, & quomo-do per remedia & interna & externa curari debeat, supra in Inguinum & scroti vitis curandis disseruimus. Hoc itaq; lo-co satis fuerit de ejusdem membranae rupturae Chirurgica praecisione pauca perstrinxisse.

## RUPTURA PERITONÆI QUID

Et quomodo per praecisionem Chirur-gicam curanda!

κήλη Ramex vel Hernia Barbaris Ruptura & Crepa-tura

V

tura



*Hernia* cura ein Bruch oder gebrochenen. Plures sunt Hernia species  
*quid? &* pro materia in scroto aut Inguine illapsæ diversitate ut εντερο-  
*quotuplex* κήλη Intestini Ramex, επιπλοκήλη Omenti Ramex, σαρκώ-  
 λη Carnosa Ramex & υδροκήλη aquosa hernia, quæ materia  
 si in scrotum devoluantur simpliciter κήλη; Si verò in Inguina  
 na tantum prolabantur βεβωνοκήλη dicuntur.

*Causa*  
*Hernia*

CAUSÆ Herniæ sive rupturæ sunt aut laxatio peria-  
 tonæi aut ejusdem ruptura, quæ ut plurimum fiunt ex violento  
 casu, saltu aut grandis ac ponderosi corporis violenta subla-  
 tione.

Signa sunt satis manifesta.

*Curatio*  
*Hernia*  
*Chirurgi-*  
*ca*

CURATIONEM rupturæ per medicationem &  
 difficilem & saepe frustraneam esse in superioribus tradidimus  
 præsertim in Inveteratis Herniis; quæ autem curatio per se-  
 ctionem industria Chirurgica administratur, & facilior est &  
 faciliorem habet successum, modò adsit peritus κηλήτομ<sup>ος</sup>,  
 quæ hac methodo perfici solet. Observata hac regula, in senili  
 ætate & in infantia periculosam esse sectionem Herniæ, præ-  
 sertim ijs, qui sexagesimum annum superarunt; Commodissi-  
 ma verò est in pueris & adolescentibus Initio itaq; in præciden-  
 da Hernia intestina per Clysterem evacuentur. Deinde ager  
 supinus per scamnum adaptatum extendatur, diductisq; pedi-  
 bus & cruribus expansis manticis idoneis sive vinculis & pedi-  
 bus & manibus & pectore circa axillas probè convinciatur & li-  
 getur & pili Inguinum abradantur, Postea si commodè fieri  
 poterit Intestina aut Omenti pars prolapsa manibus sursum in  
 locum proprium rite reponantur Deinde apprehensis complica-  
 tisq; inter digitos musculus Inguinum per transversum, eisq; à  
 Peritoneo sursum attractis, cutis & musculus per rectitudinem  
 sive longitudinem corporis novacula aut cultro rasorio incida-



## DE HERNIÆ CURATIONE

336

sur ad trium digitorum latitudinem vulnere facto; statim enim per vulnus peritonæum erumpit, quo apprehenso laxatum peritonæum protrahatur & ab Inguine & Scroto intestina separantur ac sursum protrudantur, Reliqua autem pars rupta Peritonæi & extra vulnus protracta & quicquid in eo superfluum est vinculo robusto ex filis sericis facto intercipiatur & probe constringatur, moxq; illa pars peritonæi ad unius digiti latitudinem supra subligationem abscindatur, & nodus deligationis rursus per vulnus suo loco restituatur, vulnere aperto relicto donec Peritonæum colligatum coalescat & conglutinetur, fili extremitate extra vulnus relicta, donec nodus deligationis corruptus sponte unâ cum vinculo prolabatur, conglutinatur enim facile Peritonæum, propterea quod multas venas & Arterias sparsas in se habeat. Sunt qui post superflui amputationem peritonæi vulnus instar aliorum vulnerum consuunt, sed subligatio feliciorum habet successum, vulneri cutis & musculorū per quod pus profluit sola mundificatio & moderata dilatatione citius coalescat donec nodus subligationis procidat, duntaxat debetur, quo prolapso facillimè vuln. sponte sua per sanatur leviori Emplastro vulnerario adhibito; vulnerariæ tamen positiones commodè per totum curationis tempus ad per sanationem & vulnerum peritonæi & Musculorum exhiberi possunt. Symptomata quæ in præcisione Ramicis subsequi solent, quibus sunt arcenda remediis, paulo ante in curationibus vul. proposuimus; inter quæ vel præcipuū est sanguinis profusio, quæ statim est compescenda, id quod commodissimè fieri poterit, si Orificium Venarum consuatur & Vinculo constringatur, & remedia quædam imprimis Crocus Martis inspergatur.

Chimicè  
in usu habent Mu-  
ciam Al-  
cobolisatæ  
Magister.  
Bedeguar,  
vel sarco-  
coll. Ol. sal-  
gemm. Ol.  
tartar. es-  
sent. con-  
solid. re-  
gat.

V V 2

In-



# INDEX CAPITUM

*Quæ in hoc Tractatu continentur.*

- Chirurgia quid? p. 3.  
Qui morbi Chirurgiæ subjecti? ibidem.  
Quæ symptomata morbos chirurgiæ subjectos potissimum comitentur? p. 5.  
Chirurgum bonum & inculpatum qualem virum esse deceat p. 6.  
Quarum rerum notitiâ Chirurgum instructum esse deceat. p. 7.  
Ex Anatome quæ cognoscenda Chirurgo? ibidem.  
Quæ nam sint partes Principales, Post-principales & similes ibidem.  
Curationes Chirurgicæ per quas operationes perficiantur. p. 20.  
Quibus potissimum remedijs Chirurgus instructus esse debeat. p. 21.  
Quæ nam Repellentia seu Repulsiva remedia usitatoria sint. ibidem.  
Quænam Obturantia sint Remedia. 22.  
Stupefacientia Remedia quæ usitatoria. 23.  
Quænam soporifera remedia ibidem.  
Quænam Dolorem mitigantia remedia. 24.  
Attractiva remedia præcipua quænam sunt ibidem.  
Emollientia seu Mollificantia Medicamenta quæ usitatoria. 25.  
Discutientia seu Resoluentia remedia quæ usitatoria ibidem.  
Maturantia sive suppurantia remedia potiora quæ sunt Cutem  
26.



Cutem rumpentia Erodentiaq; remedia præcipua quæ  
sunt. p. 27.

Detergentia sive Mundificantia remedia præcipua quæ  
sunt. 28.

Sanguis justò uberius ex vulneribus aut ulceribus e-  
rumpens & ichor sive serosa humiditas in iisdem  
collecta quibus remedijs sistatur & exiccetur. 28.

Glutinantia remedia usitatiora quæ sunt. 30.

Carnem bonam in Vulneribus & Ulceribus generantia  
remedia quæ sunt. 3.

Cicatricem inducentia remedia quæ sunt. 32.

Corroborantia seu Confortantia remedia partium læ-  
sarum quæ sunt. 33.

Quibus communissimis Compositis sive Ungentis, Em-  
plastris, Oleis & pulueribus commixtis instructus  
esse debet Chirurgus? 33.

Quibus instrumentis instructus esse debet Chirurgus?  
34.

Curaciones Chirurgicæ quotuplices sunt. 36.

## CHIRURGICÆ CURATIONIS

### *De Tumoribus*

#### SECTIO PRIMA.

Tumor præter Naturam quid & quæ tumorum præci-  
pua genera? 37.

Recitata sex Tumorum genera quas habent species? 40.

Quæ potissimum Symptomata sequuntur Tumores præ-  
ternaturales? 41.

Tumores præternaturales quomodo generantur &  
quæ eorum generales Causæ; quæ que Universalia  
signa? ibidem.

Vv 3

Perio



- Periodica tumorum tempora quod & quæ sunt & quomodo terminantur aut finiuntur tumores? p. 43.
- In Tumorum curatione quæ generales regulæ Chirurgi sunt observandæ? 44.
- Quæ sunt Symptomata præcipua Phlegmones & quomodo ea profliganda? 53.
- Phlegmones sive Tumorum ex inflammatione sanguinis ortorum species quæ sunt? 55.
- Bubo quid, quæ ejus causæ, signa & quomodo curandus? ibidem.
- Carbunculus quid, quæ ejus causæ, signa & qua ratione curandus? 57.
- Gangrena & syderatio ex inflammatione quid, quæ earum causæ, signa, & quæ curandi ratio? 61.
- Biliofi tumores qui, quales & quæ eorum species? p. 65.
- Herpes Miliaris quid, quæ ejus causæ, signa & quomodo curandus? 70.
- Pituitosus tumor quid & quæ ejus species? p. 71.
- Oedema quid, quæ ejus causæ, signa & qua ratione curandum? ibidem.
- Oedema aquosum sive tumor ex tenui & aquosa pituita generatus qualis, quæ ejus causæ, signa & curandi modus? 76.
- Ex concreta in aliqua corporis parte pituitosa colluvie, quæ tumorum species progeneratur. 79.
- Ex Melancholico humore quæ tumorum species pronascuntur? 86.
- Scyrrhus quid, quæ ejus causæ, signa & quomodo curandus? ibidem.
- Cancer vel Cancrosus tumor quid, quæ ejus causæ, signa & qua ratione curandus? 89. Tu



*CAPITULUM.*

Tumor flatuosus quid, quæ ejus Causæ, signa & quomodo curandus? p 92.

Tumores venenati qui, quæ eorum causæ, signa & quomodo curandi? 97.

Quarum partium corporis tumores sint curatu difficiliore, periculosiores & quæ peculiaria remedia eisdem sunt adhibenda? 98.

Tumori aurium quæ Topica remedia sunt adhibenda? ibidem.

Tumori narium quæ Topica remedia conferunt. 99.

Faucium tumori quæ Topica remedia conferunt. 100.

Mammarum tumoribus quæ Topica conferunt auxilia? 101.

Ani tumoribus quæ topica sunt applicanda? 102.

Testiculorum tumori quæ Topica conferunt remedia? 108.

Tumor uteri quæ Topica requirit? 109.

*CHIRURGICARUM CURATIONUM*

*De Vulneribus*

SECTIO SECUNDA

Ulcus quid & quæ excrementa ex ulceribus promanant? 111.

Ulcerum differentia & species quæ. 113.

Causæ ulcerum generales quæ? 115.

Ulcerum signa universalia quæ? 116.

Quæ prognostica sive Aphorismi judicatorij in ulcerum curatione sunt observandi? 117.

Curatio Ulcerum generalis qua Methodo perficienda?

118.

Ulcus



- Ulcus cum vehementi dolore complicatum quid, quæ causæ doloris & quomodo curandum? p. 121.
- Ulcus cum aliqua excellenti intemperie complicatum quid, quæ signa intemperiei in ulcere ac quomodo perfanandum? 124.
- Ulcus cum affluxu alicujus vitiosi humoris quid, quæ humoris Speciei signa & qua ratione curandum? 127.
- Ulcus cum tumore Partis affectæ quid & qua ratione curandum? 128.
- Ulcus cum labiorum duritie quid, quæ ejus causæ & quomodo curandum? 129.
- Ulcus cum Contusione carnis subjectæ ulceri quid & quomodo curandum? 131.
- Ulcus cum carnis superflue excrecentia quid, quæ causæ & quomodo curandum? 132.
- Ulcus Varicosum quid & qua ratione curandum? 133.
- Ulcus denuô disruptum quid, quæ disruptionis causæ & quomodo curandum? 134.
- Os Ulceri subjectum quibus ex causis corrumpitur, quibus notis deprehenditur & qua ratione & os corruptum & ulcus inde renovatum curari debet? 135.
- Ulcus verminosum quid, quæ causæ generationis vermium in ulcere & quomodo vermes extirpandi ulcusq; curandum? 137.

## DE ULCERIBUS MALIGNIS

*& Curatu Difficillimis*

Malignorum ulcerum nomenclaturæ, causæ generales & differentiæ sive species atq; curatio generalis quæ? 139.

Ulcus



CAPITUM.

337

Ulcus foetidum quid & quæ ejus species? 143.

Ulcus sordidum & putridum quid, quæ putrefactionis  
ulceris causæ & quæ utriusq; curandi ratio? jbi-  
dem.

Ulcus profundum quid & quæ ejus species? 148.

Fistula & cavernosum ulcus quid est, quæ causæ, quæ  
differentiæ, quæ prognostica, qua ratione curan-  
dum? jbidem.

Ulcus virulentum quid & quæ ejus species. 156.

Depascens & Exedens ulcus quid, quæ utriusq; causæ,  
signa & quomode curandum? 158.

Quibus in partibus corporis potissimum & frequentius  
excitantur ulcera. 168.

Liquor generalis persanando omnium ulcerum gene-  
ri. jbidem.

CHIRURGICARUM CURATIO-  
num De Vulneribus

SECTIO TERTIA.

Continui solutio quid, quot modis accidit, quibus in-  
strumentis & quæ solutæ continuitatis species? 169

Vulnus quid est & in quo differt ab ulcere? 171.

Vulnerum præcipuæ differentiæ quot & quæ earum  
species? 172.

Quæ Symptomata comitantur vuinera? 174.

Vulnerum causæ quæ sunt? 175.

Signa vulnerum quæ sunt, & quæ Prognostica signa in  
vulnere sunt observanda? jbidem.

Quæ sunt causæ Curatrices vulnerum? 180.

Quæ res impediunt actiones Naturæ in vulnerum cura-  
tione? 181.

Xx

Qui-



- Quibus rebus instructus esse debet Chirurgus in vulnerum curatione? *ibidem*.
- Quæ instrumenta vulneraria in promptu debet habere Chirurgus? 182.
- Remedia vulneraria quotuplicia & quibus potissimum formis administrantur? 185.
- Remedia simplicia præcipua vulneribus dicata quæ, & quæ eorum facultates? *ibidem*.
- Compositorum remediorum vulnerariorum quot sunt præcipua genera? 187.
- Potiones vulnerariæ quibus modis sunt præparandæ? *ibidem*.
- Pulveres vulnerarij qui & quas habent facultates? 190.
- Pulvis labia dehiscencia vulnerum contrahens. 191.
- Pulvis vulnerarius conglutinans *ibidem*.
- Pulvis sarcoticus h. e. carnem in vulneribus generans. 192.
- Pulvis Epuloticus h. e. vulnera cicatrice claudens. *ibidem*.
- Balsama sive Olea vulneraria quæ & quas habent facultates sive effectus? *ibidem*.
- Unguenta vulneraria præcipua quæ & quomodo paranda? 194.
- Emplastra vulneraria præcipua quæ? 196.
- Emplastrum de succino ad vulnera conglutinanda. *ibidem*.
- Emplastrum Extractivum ad elicienda arma & vulneribus inhærentia corpuscula. 197.
- Emplastrum mirabilis efficacæ in conglutinandis vulneribus *ibidem*.
- Emplastrum Barbarum quod à Galeno in conglutinatione

tione



CAPITULUM.

339.

tionibus vulnerum magnoperè laudatur ibidem.

Quam victus rationem vulneratis imperare debet Chirurgus? 198.

Curatio vulnerum per quot & quas operationes perficitur? 201.

Operationes manuales Chirurghi quot & quæ circa singulas sunt observanda? 202.

Extractio armorum vulnere infixorum & rerum alienarum inhærentiam evulsio quomodo perficienda & quæ circa eam observanda? 203.

Sanguinis e vulnere erumpentis absterfio & fluxionis cohibitio quomodo peragenda & quæ circa suppressionem sanguinis sint observanda? 209.

Labiorum vulneris coaptatio sive unio quomodo peragenda & quæ circa eam observanda. 214.

Sutura, fibulatio & laqueatio vulneris quid, quomodo peragenda & quæ circa eas observanda. 215.

Medicamenta vulneraria ipsis vulneribus quomodo imponenda & quæ circa ea consideranda? 219.

Excrementorum purulentorum à vulnere remotio & absterfio quomodo peragenda? 223.

Symptomata quæ vulnere incidere possunt quomodo curanda? 225.

Quarum partium vulnera peculiarem requirunt curandi rationem? ibidem.

Carnis sive carnosarum partium vulnera quomodo curanda? 226.

Nervorum, tendinum & ligamentorum vulnera quomodo curanda. 228.

Vulnera Venarum & Arteriarum quomodo curanda?

234

X x 2

Ossi-



INDEX

340.  
 Ossium vulnera quomodo curanda? 235.  
 Vulnera articulorum quomodo curanda. 236.  
 Vulnera capitis quot modis fiant & quæ circa ea obser-  
 vanda. 237.  
 Cutis carnosæ & Periosteï Vulnera quomodo curan-  
 da? 238.  
 Calvæ sive ossis capitis vulnerum quot sunt species,  
 quibus modis dignoscendæ & quomodo curan-  
 dæ? 239.  
 Vulnera menyngum sive membranarum cerebri quo-  
 modo curanda. 251.  
 Cerebrum incisum seu vulneratum quomodo curan-  
 dum? 253.  
 Oculorum vulnera quomodo curanda. 255.  
 Nasi & aurium vulnera quomodo curanda. 259.  
 Colli vulnera quomodo curanda. 261.  
 Vulnus gulæ & asperæ arteriæ quomodo curandum?  
 262.  
 Vulnera spinalis medullæ ut curanda? 264.  
 Artuum vulnera sive manuum ac pedum quomodo  
 curanda? 265.  
 Thoracis vulnus quomodo curandum? ibidem.  
 In thoracis vulnere si viscera ut Pulmo, Cor, Aorta Ar-  
 teria, vena cava, aut Diaphragma sunt convulne-  
 rata quomodo dignoscendum & quid agendum?  
 270.  
 Vulnus infimi ventris quomodo curandum & quot  
 præcipuè viscera in infimo ventre continentur. 271.  
 Vulnus omenti quomodo curandum? 273.  
 Intestinorum vulnera quomodo persananda? ibidem.

Vul-



CAPITULUM.

- Vulnus mesenterij quomodo curandum? 275.  
Vulnus ventriculi ut curandum? 276.  
Vulnus Epatis quomodo curandum? 277.  
Vulnus Lienis quomodo curandum? 278.  
Vulnera Renum ut curanda? 279.  
Vulnus Vesicæ ut curandum? 280.  
Vulnus Matricis ut curandum? 281.  
Vulnus pudendi seu Virgæ virilis ut curandum? 282.  
Vulnus testiculorum quomodo curandum? jbidem.  
Fœmorum & tibiaram vulnera quomodo curanda? 283.  
Vulnus ab armis venenatis inflictum quomodo curandum? jbidem.  
Vulnera ab animalibus venenatis mordendo pungendoq; illata quomodo curanda? 284.  
Vulnera ex adustione rerum ignitarum excitata ut curanda? jbidem.  
Vulnus ex gelu aut intenso frigore aquæ vel aëris quomodo curandum? 286.  
Quæ præcipua Symptomata incidere solent vulneratis & quomodo singula curanda? 287.  
Sanguinis implacabile Profluvium quomodo curandum? jbidem.  
Animi deliquium vulneratorum quomodo curandum? jbidem.  
Dolor vulneratorum quomodo sedandus? 288.  
Inflammatiõ vulneratæ partis quomodo extinguenda? 289.  
Tumor vulneratarum partiũ quomodo sedandus. 290.  
Durities labiorum vulneris ut emollienda? jbidem.  
Carnis superflue succrescentia in vulneribus quomodo curanda. 291.



- Aquosum excrementum è vulnere profluens quomodo curandum. *ibidem*.
- Febris vulneratorum ut profliganda. 292.
- Vigiliæ immoderatæ ut sopiendæ 293.
- Delirium vulneratorum quomodo tollendum *ibidem*.
- Spasmus vulneratorum quomodo curandus. 294.
- Paralyfis vulneratorum quomodo sananda. 295.
- Vomitus vulneratorum quomodo compescendus 296
- Alui urinæq; suppressio in vulneratis ut promovenda. 297.
- Pruritus vulneratarum partium ut compescendus. 298.
- Extenuatio sive Marcor vulneratæ partis quomodo restaurandus. 298.

## CHIRURGICARUM CURATIO.

*um De Ossium Fracturis*

### SECTIO QUARTA.

- Fractura quid & quot earum differentiæ. 299.
- Fracturarum in ossibus causæ quæ, quæ signa & quæ circa fracturas præfagia observanda. 300.
- Curatio generalis fracturarum qua methodo absolvenda. 302.
- Quibus instrumentis instructus esse debet Chirurgus in curatione fracturarum *ibidem*.
- Quibus Medicamentis debet Chirurgus esse in fracturis instructus. 304.
- Ossa confracta & è loco proprio turbata quomodo sunt coaptanda & restituenda. 306.
- Ossa confracta iterumq; coaptata & in proprium locum restituta, quomodo in eadem figura & restitutione sunt retinenda? 307. COR-



*CAPITUM.*

Conglutinatio ossium confractorum quomodo adjuvanda? 311.

Fracturas ossium quæ Symptomata comitantur? 312.

Dolor, Tumor & inflammatio in membro fracto ut compescenda? ibidem.

Pruritus & Exulceratio in fracto membro ut tollenda? 313.

Vulnus cum fracto membro copulatum & inde orta Symptomata quomodo curanda? ibidem.

Calli in fractis ossibus penuria aut superfluitas duritiesq; quomodo corrigenda? 315.

Gangræna ossium fracturæ copulata quomodo curanda? ibidem.

Ossa fracta perperam conglutinata & membri actiones lædenda ut curanda? ibidem.

Sunt ne fracturæ quarundam partium quæ peculiarem requirunt curandi rationem. 317.

**CHIRURGICARUM CURATIO-**  
*num De Luxationibus.*

**SECTIO QUINTA.**

Luxatio quid, quot ejus differentiarum, quibus partibus frequentius & periculosius & quot modis accidit?

Causæ luxationum quæ? 320. (317.)

Signa luxationis quæ & quæ præfagientia signa præceptaq; Aphoristica in luxationis curatione sunt observanda ibidem.

Curatio luxatorum ossium quomodo peragenda? 321.

Circa luxatorum ossium repositionem quæ sunt observanda? 322.

Circa



Circa repositorem ossium, ne rursus è proprio loco prolabantur, retentionem, quæ sunt peragenda? 323.

Quæ Symptomata luxationes ossium comitari solent, & quomodo singula depellenda? 324.

Affluxio humorum in luxatione articulorum quomodo amovenda tollendaq;? jbidem.

Dolor, inflammatio & tumor in luxato membro quomodo compescenda? 325.

Luxationi febris copulata quomodo curanda? 326.

Vulnus aut fractura luxationi copulata, quomodo curanda? jbidem.

Gibbus seu gibbositas quid, quæ ejus causæ & ut tractanda? 327.

## CHIRURGICARUM CURATIONUM *De membranarum ruptura*

### SECTIO VI. & ULTIMA.

Ruptura peritonæi quid & quomodo per præcisionem Chirurgicam curanda? 329.



IN-





INDEX  
Rerum & Verborum In Tomum  
SEXTUM IOELIS  
nempe  
CHIRURGIAM.  
A

|   |  |
|---|--|
| <b>A</b> Bdomen & Peritoneum Ioeli u-<br>num & idem sunt p. 12.               | <b>Anodyna</b> quae. 24. 29. quot modis<br>dolorem sedent 122.                           |
| <b>Abdomen</b> p. 12. 271.  | <b>Angina</b> quid. 100. Topica ejus re-<br>media. 101.                                  |
| <b>Abdominis vulnera.</b> 272. curatio<br>ibidem 244.                         | <b>Ani tumor</b> quibus Topicis tollen-<br>dus. 103.                                     |
| <b>Abrasio ossis</b> quomodo faciendā.  | <b>Antbrax</b> quid. 57.   |
| <b>Abstergentia</b> vide Detergentia.   | <b>Aorta</b> unde oriatur. 8.  |
| <b>Acetabula</b> vide Cotyledones.  | <b>Apostema</b> quid 3. 37. 38.  |
| <b>Aeruginis Emplastrum</b> 123.  | <b>Aquosi excrementi</b> è vulnere pro-<br>fluentis curatio. 291.                        |
| <b>Affluxus humorum</b> in articularum<br>luxatione quomodo tollendus<br>324. | <b>Aqua Glacialis Paracelsi</b> quid.<br>291.  |
| <b>Alui suppressio</b> in vulneratis unde<br>curatio ibidem 297.              | <b>Aqua stillatitia vulneraria.</b> 169.   |
| <b>Ambustorum curatio</b> 284.  | <b>Articularum constitutio</b> ad partes<br>similares referenda. 8.                      |
| <b>Anastomosis</b> 171.   | <b>Arteriarum descriptio</b> 15. officium<br>16. earum vulnera quam le-<br>talia ibidem. |
| <b>Anatome</b> quam necessaria Chirur-<br>go 7.                               | <b>Articulus</b> quid. 19. 318. officium &<br>vulnera. 19.                               |
| <b>Animi affectus</b> qui vulneratis no-<br>xi. 201.                          | <b>Arti-</b>   |







# INDEX.

|  |   |
|--|---|
| <p><i>Causa, signa, Praesagia ibidem. curatio</i> 91. <i>Topica canceri qua ibidem.</i> 92.</p> <p><i>Cancer in veteratus incurabilis ibidem.</i></p> <p><i>Cancerosus polypus vide polypus.</i></p> <p><i>Canones in armorum extractione tenendi.</i> 205.</p> <p><i>Capite vulneratorum Dieta.</i> 249. <i>remedia.</i> 250. <i>in capitis vulnere quid notandum.</i> 255.</p> <p><i>Carbunculus quid.</i> 57. <i>causa, signa ibidem prognostica.</i> 38. <i>curatio ibidem.</i> 59. 63.</p> <p><i>Carbunculi malignitas unde dignoscatur.</i> 61.</p> <p><i>Caprillum stercus strume remedium.</i> 84.</p> <p><i>Carnosarum partium vulnorum curatio.</i> 226.</p> <p><i>Carnem bonam in vulneribus &amp; ulceribus generantia qua.</i> 31.</p> <p><i>Carnem generantia Natura partis analogae esse debere ibidem.</i></p> <p><i>Carnem simplicem in corpore non reperiri.</i> 226.</p> <p><i>Caro superflua quomodo tollenda.</i> 291.</p> <p><i>Carnosa Hernia dignotio &amp; curatio.</i> 105. 106.</p> <p><i>Cartilagine quid.</i> 18. <i>utilitas &amp; officium, fracturae ibidem.</i></p> <p><i>Causae morborum triplices</i> 42.</p> <p><i>Caustica sanguinem sistunt.</i> 30.</p> | <p><i>Causticorum materia.</i> 27. 73. <i>usus ibidem. intumoribus aperiendis non tuta.</i> 46.</p> <p><i>Caustica.</i> 132.</p> <p><i>Cataplasma Theophrasti ad fracturas.</i> 305.</p> <p><i>Cerebrum quid.</i> 8.</p> <p><i>Cerebrum quot cavitates continet ibidem. cerebri officium ibidem.</i></p> <p><i>Cerebrum non esse omnium nervorum principium.</i> 15.</p> <p><i>Cerebrum mediante membrana sentit</i> 16.</p> <p><i>Cerebri vulnus quando lethale ut plurimum.</i> 253.</p> <p><i>Cerebri vulnerati curatio.</i> 254.</p> <p><i>Cerotum Vigonis ad fracturas</i> 305.</p> <p><i>Cicatricem inducentia qua.</i> 32. <i>usus ibidem.</i> 192. 195.</p> <p><i>Cicatrizans omne debere esse frigidum &amp; mordicationis expertum.</i> 32.</p> <p><i>Chirurgum scire quae oportet.</i> 7.</p> <p><i>Chirurgus interdum non tantum minister sed etiam magister naturae.</i> 202.</p> <p><i>Chirurgia unde nomen adeptae ibidem.</i></p> <p><i>Chirurgus naturae operationes quomodo adjuvet ibidem.</i></p> <p><i>Chironia ulcera quid.</i> 139.</p> <p><i>Chirurgia quam late pateat.</i> 1.</p> <p><i>Chirurgia cur hoc tempore a certis hominibus administraretur ibidem.</i></p> <p style="text-align: right;">Chi-</p> |
|--|---|



# INDEX.

|   |  |
|---|--|
| <p><i>Chirurgum quæ constituant.</i> 6.</p> <p><i>Chirurgia contemptus.</i> 2.</p> <p><i>Chirurgi officia.</i> 6.</p> <p><i>Chirurgus quibus instructus esse debeat.</i> 21.</p> <p><i>Cholidochus vide vesica bilis.</i></p> <p><i>Cholagogum.</i> 70. <i>Clysteres nutritives.</i> 264.</p> <p><i>Coaptatio labiorum vulneris quomodo facienda.</i> 214.</p> <p><i>Conceptionem in muliere, post annum quinquagesimum possibilem.</i> 14.</p> <p><i>Congestionis causa.</i> 42.</p> <p><i>Collum quid.</i> 261.</p> <p><i>Colli vulnerati curatio.</i> 262.</p> <p><i>Cor vitæ fons.</i> 8.</p> <p><i>Cordis descriptio ibidem. usus. vulnera ibidem. cordis vulnerati signa.</i> 9. 270.</p> <p><i>Corroborantia quid 33. eorum materia &amp; usus ibidem.</i></p> <p><i>Concretio lactis vide lactis concretio.</i></p> <p><i>Conglutinationis signa.</i> 311.</p> <p><i>Consolidans Anthracem.</i> 61.</p> <p><i>Composita communiora quæ Chirurgus in promptu habere debeat.</i> 33.</p> <p><i>Conglutinans puluis. 191. Emplastrum.</i> 196.</p> <p><i>Consolidans unguentum.</i> 195.</p> <p><i>Convulsio vide spasmus.</i></p> <p><i>Continua solutio quid. 169. quomodo fiat. 170. cause, species</i></p> | <p><i>ibidem.</i></p> <p><i>Contusio cum ulcere ejusque curatio.</i> 131.</p> <p><i>Corruptio ossis vide ossis corruptio.</i></p> <p><i>Cotyledones quid. 14. usus ibidem.</i> 281.</p> <p><i>Crustam à cauterio inductam resolventia. 60. emollientia. 65.</i></p> <p><i>Cuniculosum seu cavernosum ulcus quid differat à fistula.</i> 148.</p> <p><i>Curationum omnium quot cause.</i> 20.</p> <p><i>Curaciones chirurgicæ quotuplices.</i> 36.</p> <p style="text-align: center;"><b>D</b></p> <p><i>Descriptio Chirurghi.</i> 6.</p> <p><i>Detergentia quæ.</i> 28.</p> <p><i>Depressio caluæ quomodo fiat 247. Curatio ibidem.</i></p> <p><i>Delirij vulneratorum curatio. 293.</i></p> <p><i>Deligatio prima membrorum fractorum ante diem decimum quintum non solvenda.</i> 310.</p> <p><i>De Deligatione Paracelsi opinio ibidem.</i></p> <p><i>Diaphragmatis descriptio. 11. usus ibidem. vulnera semper lethalia ibidem.</i></p> <p><i>Diaphoretica seu Discutientia remedia quæ.</i> 25.</p> <p><i>Diapedesis.</i> 171.</p> <p><i>Diaphragmatis vulnerati signa.</i> 270.</p> <p style="text-align: right;"><i>Die.</i></p> |
|---|--|



# INDEX.

|   |  |
|---|--|
| <p><i>Dieta vulneratorum.</i> 198.</p> <p><i>Differentia vulneris &amp; ulceris.</i> 4.</p> <p><i>Discutiētia emollientibus affi-<br/>nia.</i> 26.</p> <p><i>Directa loca que dicantur.</i> 48.</p> <p><i>Digerentia que &amp; quando utilis.</i> 52. 105.</p> <p><i>Diuretica.</i> 78. 82.</p> <p><i>Dolorem mitigantia vide Ano-<br/>dina.</i></p> <p><i>Dolor vulneratorum quomodo se-<br/>dandus.</i> 288.</p> <p><i>Doloris in luxatione curatio.</i> 325.</p> <p style="text-align: center;"><b>E.</b></p> <p><i>Elementa Chemicorum quot &amp;<br/>qua.</i> 157.</p> <p><i>an differant &amp; quomodo à Ga-<br/>lenicorum Elementis ibidem.</i></p> <p><i>Emollientia que</i> 25. 54. 75. 84. 88.<br/>99.</p> <p><i>Emplastica vide obturantia.</i></p> <p><i>Epatis descriptio, officium &amp; actio-<br/>nes.</i> 9. 277. <i>vulnus &amp; Curatio<br/>ibidem.</i></p> <p><i>Epulotica vide Cicatricem indu-<br/>centia.</i></p> <p><i>Epithema.</i> 304.</p> <p><i>Erysipelas quid.</i> 30. <i>species</i> 40. <i>Cau-<br/>se, signa &amp; curatio.</i> 66. 67. 68.<br/>69.</p> <p><i>Erysipelas esse tumoris speciem.</i> 66.</p> <p><i>Elephantiasis particularis &amp; can-<br/>cer unum &amp; idem sunt.</i></p> <p><i>Escarotica.</i> 27.</p> | <p><i>Etimologia Chirurgia &amp; Chirur-<br/>gi.</i> 3.</p> <p><i>Etter.</i> 112.</p> <p><i>Excrementa vulnerum triplicia.</i> 224.</p> <p><i>Extenuatio membri unde.<br/>curatio ibidem.</i> 298.</p> <p style="text-align: center;"><b>F.</b></p> <p><i>Fascia sunt instrumenta vulneris<br/>deligationis.</i> 221. <i>quid circa e-<br/>as notandum ibidem.</i></p> <p><i>Faucium tumor vide Angina.</i></p> <p><i>Facultates Chirurgicorum reme-<br/>diorum.</i> 21.</p> <p><i>Fernis.</i> 123.</p> <p><i>Febris vulneratis curaciat.</i> 292.<br/><i>Curatio ibidem.</i></p> <p><i>Febris luxationi copulata quomo-<br/>do curanda.</i> 326.</p> <p><i>Febris buboni pestilenti pestilens<br/>semper conjuncta.</i> 55.</p> <p><i>Ferula in fracturis quando fugien-<br/>da.</i> 310.</p> <p><i>Fibula &amp; fibulatio apud medicos<br/>quid.</i> 217.</p> <p><i>Fila post quartum diem ex futuris<br/>descindenda.</i> 219.</p> <p><i>Filum ad suenda vulnera optissi-<br/>mum.</i> 216.</p> <p><i>Fistula vide ulcus fistulosum.</i></p> <p><i>Fistula est species maligni ulceris</i> 148.</p> <p><i>Fistularum differentie.</i> 149. <i>cause ibi-<br/>de signa.</i> 150. <i>prognosis &amp; cura-<br/>tio.</i> 151.</p> <p style="text-align: right;"><i>Fluxio-</i></p> |
|---|--|



# INDEX

|   |         |   |           |
|---|---------|---|-----------|
| <i>Fluxionum causa.</i>                   | 42.     | <i>Balle.</i>                               | 13.       |
| <i>Flatus generandi modus.</i>            | 93.     | <i>Genera morborum Chirurgie sub-</i>       |           |
| <i>Flatus tumor quid 39. 92. Cau-</i>     |         | <i>jectorum.</i>                            | 3 169.    |
| <i>sa. 95. signa ibidem. prognos.</i>     |         | <i>Gentianae radice usus.</i>               | 183.      |
| <i>94. Curatio ibidem.</i>                |         | <i>Gewechse.</i>                            | 79.       |
| <i>Flatus tumoris scroti curatio.</i>     |         | <i>Gewechse in den nustern.</i>             | 99.       |
|   | 107.    | <i>Geschwulst hinter den ohren.</i>         | 90.       |
| <i>Flatus discutientia.</i>               | 95. 96. | <i>Sicht.</i>                               | 64.       |
| <i>Flachß adern.</i>                      | 229.    | <i>Gibcus quando fiat. 319. quid sit</i>    |           |
| <i>Flechten.</i>                          | 70.     | <i>327. causa ibidem signa 328. cu-</i>     |           |
| <i>Fætidum ulcus vide ulcus fætidum.</i>  |         | <i>ratio ibidem.</i>                        |           |
| <i>Fractura quid. 4. 299. differentia</i> |         | <i>Ex gelu vulnus.</i>                      | 286.      |
|   | 300.    | <i>Gliederbende.</i>                        | 229       |
| <i>Cause &amp; prognos ibidem. Cu-</i>    |         | <i>Gliedtwasser. 5. 20. 30. 111. 175.</i>   |           |
| <i>ratio.</i>                             | 302.    | <i>158. 29. curatio ibidem.</i>             |           |
| <i>Fracturarum ossium symptomata</i>      |         | <i>Glutinatio fracture vitiosa quo-</i>     |           |
| <i>precipua.</i>                          | 5.      | <i>modo tollenda.</i>                       | 316.      |
| <i>Fragmenta ossium quomodo exi-</i>      |         | <i>Gluten.</i>                              | 184. 218. |
| <i>menda.</i>                             | 336.    | <i>Glutinantia quid. 30. eorum ma-</i>      |           |
| <i>Fractura ossis an fiat ab interna</i>  |         | <i>teria ibidem.</i>                        |           |
| <i>causa.</i>                             | 300.    | <i>Glutinans omne astringens &amp; sic-</i> |           |
| <i>Fracturarum symptomata qua.</i>        |         | <i>cans ibidem.</i>                         |           |
|   | 312.    | <i>Gruß Zange.</i>                          | 248.      |
| <i>eorum cause &amp; curatio ibidem.</i>  |         | <i>Gula descriptio. 11. vulnera quo-</i>    |           |
| <i>Fractura luxationi copulata quo-</i>   |         | <i>modo lethalia. ibidem. vulne-</i>        |           |
| <i>modo curandã.</i>                      | 326.    | <i>rata prognos &amp; curatio. 262.</i>     |           |
| <i>Ex Frigore intenso aut gelu,</i>       |         | <b>H.</b>                                   |           |
| <i>aque vel aeris quomodo curan-</i>      |         | <i>Hagedroß.</i>                            | 55.       |
| <i>dum.</i>                               | 286.    | <i>Hæmorrhoides cæca vide Anitu-</i>        |           |
| <b>G.</b>                                 |         | <i>mor.</i>                                 |           |
| <i>Gangrena quid. 62. à sphacelo quo</i>  |         | <i>Hæmorrhagia cause è vulnere.</i>         | 210.      |
| <i>modo differat ibidem. Cause,</i>       |         | <i>Hæmorrhagia vulnerum curatio.</i>        | 287.      |
| <i>ibidem. signa. 62. Curatio 64.</i>     | 315.    | <i>Hagen.</i>                               |           |



# INDEX

|  |   |   |
|--|---|---|
| <p>Hafenmunde. 219.</p> <p>Haffr pulver. 191.</p> <p>Heptige dinck. 66.</p> <p>Hentl pulver. 191.</p> <p>Hemastica qua. 29.</p> <p>Hernia quid. 6. 105. 328. 329. quo-<br/>tuplex. 330. cause &amp; curatio i<br/>Hernia qua periculosa. ibidem.</p> <p>Hernia carnosae curatio. 106.</p> <p>Herpes miliaris quid. 70.</p> <p>Hern grubelein. 11.</p> <p>Hirt bregen vellin. 251.</p> <p>Hydrocele Curatio. 106.</p> <p>Hydrocephalus quid. 76.</p> <p>Hyperfarcosis in ulcere. 132. Cause<br/>&amp; curatio ibidem. 291.</p> <p>Hövell. 327.</p> <p>Hypericonis olei descriptio. 194.</p> <p>Humores quot. 38.</p> <p>Humor syncerus an &amp; ubi reperia-<br/>tur in corpore. 39. 47.</p> <p>Humorem aqueum oculi restaura-<br/>ri posse. 257.</p> | <p>plurimum lethalia ibidem.</p> <p>Intestinorum vulneris signa. 274.</p> <p>Curatio. 273.</p> <p>Instrumenta chirurgica. 34.</p> <p>Instrumenta vulneraria qua. 182.</p> <p>Instrumenta ad curanda calva vul-<br/>nera. 248.</p> <p>Inflamatio in vulnere quomodo<br/>curanda. 286.</p> <p>Instrumenta in fracturis necessari-<br/>a. 303.</p> <p>καὶ ἔτι. 48.</p> <p>ἰχθυὶ vide sanguinem sisten-<br/>tia.</p> <p>Jugulares vena quam dicantur.<br/>16.</p> | <p style="text-align: center;">K.</p> <p>καύσις. 48.</p> <p>Kinstervett. 12.</p> <p>Kopey. 36. 183.</p> <p>Kolde feure. 62.</p> <p>Kropff. 79.</p> <p>Ein offner Krebs schade. 163.</p> <p>Kramppf. 294.</p> <p>Knakenfage. 248.</p> <p>Knippzange ibidem.</p> <p>Der Knaken verollung oder<br/>verbrennung in den offenen scha-<br/>den. 35.</p> <p>Klapholtz. 56.</p> |
| L.   |   |   |
| <p>Iecur vide Epar.</p> <p>Icher in vulnere quid. 30. 175. 178.<br/>Curatio. 30. 291.</p> <p>Ignis sancti Antonij. 62.</p> <p>Ignis sacer. 66.</p> <p>Ignarus Chirurgia, Medicus non<br/>dicendus. 2.</p> <p>Imperitis non relinquenda Chirur-<br/>gia ibidem.</p> <p>Intestinorum descriptio. 12. offici-<br/>um &amp; usus ibidem. vulnera ut-</p>   | <p>Labiorum durities in Ulcere. 129.<br/>Curatio ibidem. 290.</p> <p>Lactis concretio in mammis quomo-<br/>do tollenda. 102.</p>  | <p style="text-align: center;">L.</p>   |



# INDEX

|   |  |
|---|--|
| <p><i>Laqueatio quid.</i> 218.</p> <p><i>De lapide calaminari Emplastrum.</i> 131.</p> <p><i>Lassensen.</i> 183.</p> <p><i>Libri soli non sufficiunt ad discendam Chirurgiam.</i> 1.</p> <p><i>Lienis descriptio. 13. officium &amp; usus ibidem. vulnera ejus non necessario letalia ibidem. Curatio.</i> 279.</p> <p><i>Licinium quid.</i> 36.</p> <p><i>Letalia vulnera quae &amp; quomodo.</i> 179.</p> <p><i>Schmussen ibidem.</i></p> <p><i>Linamenta.</i> 183. 36.</p> <p><i>Ligamentorum descriptio. 18. ortus, usus &amp; officium ibidem. vulnera. 19. curatio.</i> 218. 229.</p> <p><i>Ligatura parvarum strumarum remedium.</i> 85.</p> <p><i>Deligatio prima quando soluenda.</i> 324.</p> <p><i>Linimentum adnarium conglutinationem.</i> 261.</p> <p><i>Deligatio vulnerum quid &amp; quomodo peragenda. 221. qui canones in ea observandi.</i> 223.</p> <p><i>Luxatio quid 5. 317. 318. differentiae ibidem. Prognosis. 319. cause, signa.</i> 329.</p> <p><i>Luxatorum articulorum praecipua symptomata.</i> 6.</p> <p><i>Lufferöhr.</i> 10.</p> <p><i>Lunge ibidem.</i></p> <p><i>Lupus quid.</i></p> | <p><i>Luxatio quibus articulis accidat.</i> 318.</p> <p><i>Luxationum modi seu forma.</i> 319.</p> <p><i>Luxatio inveterata raro sanatur.</i> 321.</p> <p><i>Luxatio qua frustra reponitur ibidem.</i></p> <p><i>Luxationis curatio ibidem.</i> 322.</p> <p><i>Luxata curandi indicationes ibidem.</i></p> <p><i>Luxatorum ossium repositorum in sua sede conservatio quomodo peragenda.</i> 323.</p> <p><i>Luxationes comitantia symptomata quae ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;"><i>M.</i></p> <p><i>Magica ratio extrahendi tela.</i> 209.</p> <p><i>Magica sanguinis suppressio.</i> 214.</p> <p><i>Malignum ulcus vide ulcus malignum.</i></p> <p><i>Maligna ulcera omnia difficilia curatu &amp; omnia quae difficulter curationem recipiunt inter maligna referenda.</i> 139.</p> <p><i>Mammarum tumorum topica.</i> 102.</p> <p><i>Manuales Chirurgi operationes octo.</i> 203.</p> <p><i>Marcor partis vulnerata unde. Curatio ibidem.</i> 298.</p> <p><i>Marnes Evi quid.</i> 214.</p> <p><i>Matrix vide Uterus</i></p> <p><i>Malactica vide Emollientia.</i></p> <p style="text-align: right;"><i>Matu-</i></p> |
|---|--|



# INDEX

|   |  |
|---|--|
| <p><i>Maturantia</i> quæ. 26. 52. 74. 84.<br/> 199. 103. 104.</p> <p><i>Maturantia emollientibus affinia</i><br/> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Maturatio natura opus.</i> 26.</p> <p><i>Medica ars citra chirurgiam</i><br/> <i>manca.</i> 2.</p> <p><i>Medicus Naturæ minister &amp; adju-</i><br/> <i>tor.</i> 180.</p> <p><i>Medicamenta vulneraria vide vul-</i><br/> <i>neraria medicamenta.</i></p> <p><i>In medicamentorum applicatione</i><br/> <i>canones notandi.</i> 220.</p> <p><i>Melancholiam purgantia.</i> 88. 91.</p> <p><i>Melancholia venenata cancriformis</i><br/> <i>excitat tumorem.</i> 86.</p> <p><i>Melle condita flatulenta.</i> 94.</p> <p><i>Membranarum descriptio.</i> 16. <i>offi-</i><br/> <i>cium</i> 17. <i>vulnera</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Membranarum nobilissima cerebri</i><br/> <i>meninges &amp; oculorum tunica</i><br/> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Membrana quid.</i> 328. <i>earum diffe-</i><br/> <i>rentia &amp; usus.</i> 329.</p> <p><i>Menyngophylax quid.</i> 249.</p> <p><i>Menyngum vulnera eorumq; cura-</i><br/> <i>tio.</i> 251.</p> <p><i>Mesenterium quid.</i> 275. <i>eius Vul-</i><br/> <i>nus</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>De minio Vigonis trochisci.</i> 155.</p> <p><i>Morbi qui chirurgiæ subjecti.</i> 3.</p> <p><i>Morborum genera an plura quam</i><br/> <i>tria.</i> 38.</p> <p><i>Morsus venenati curatio.</i> 284.</p> <p><i>Musculus quid.</i> 17. <i>divisio offi-</i></p> | <p><i>um &amp; vulnera</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Mundificantia vide Detergentia.</i></p> <p><i>Mundificatio cum sit propria chi-</i><br/> <i>rurgi operatio, queritur quomodo</i><br/> <i>datur mundificantia remedia.</i> 28.</p> <p><i>Mundificatio vulnerum.</i> 223.</p> <p><i>Musculi vulnerati curatio.</i> 227.</p> <p style="text-align: center;">N.</p> <p><i>Narcotica quæ.</i> 23. <i>Vsus &amp; cautio</i><br/> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Narium tumor vide polypus.</i></p> <p><i>Natura vocabulum quomodo su-</i><br/> <i>matur.</i> 227.</p> <p><i>Natura sola sanitatem adfert non</i><br/> <i>tamen per se.</i> 202.</p> <p><i>Natura à medicamentis quomodo</i><br/> <i>juvetur.</i> 201.</p> <p><i>Natura opera in curatione vulne-</i><br/> <i>rum quæ sine</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Natura interdum non tantum mi-</i><br/> <i>nister sed etiam magister est</i><br/> <i>chirurgus.</i> 202.</p> <p><i>Natura administrare remedia &amp; chi-</i><br/> <i>rurgus</i> 20. 180.</p> <p><i>Natura solius operationes quæ ibi-</i><br/> <i>dem.</i></p> <p><i>Natura &amp; remediorum simul ope-</i><br/> <i>rationes quæ</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Nasi vulnerati curatio.</i> 250.</p> <p><i>Necessitas chirurgiæ.</i> 1.</p> <p><i>Necessaria cognitu chirurgi quæ-</i><br/> <i>tuor.</i> 7.</p> <p><i>Nere.</i> 272.</p> <p><i>Nervorum descriptio &amp; officium.</i><br/> 5. 228.</p> <p style="text-align: center;">Zz</p> <p style="text-align: right;">Vul-</p> |
|---|--|



# INDEX

|  |   |
|--|---|
| <p><i>Vulnera curatu difficilia ibidem.</i></p> <p><i>Nervorum vulnorum prognos.</i><br/>230. <i>curatio.</i> 228. 231. <i>remedia.</i><br/>232.</p> <p><i>Nervosa partes quor modis vulne-</i><br/><i>rentur.</i> 229.</p> <p style="text-align: center;">⊙.</p> <p><i>Obturantia qua.</i> 22.</p> <p><i>Oedema quid.</i> 39. <i>species.</i> 40. <i>cau-</i><br/><i>sa signa.</i> 72.</p> <p><i>Prognosis &amp; curatio.</i> 71.</p> <p><i>Oedema aut symptoma aut mor-</i><br/><i>bus ibidem.</i></p> <p><i>Oedema per noctem augetur &amp; de</i><br/><i>die remittit.</i> 72.</p> <p><i>Oedema quatuor habet tempora</i><br/><i>ibidem.</i></p> <p><i>Oedema tripliciter terminatur ibi-</i><br/><i>dem.</i></p> <p><i>Oedematis curatio in quibus con-</i><br/><i>sistat ibidem.</i></p> <p><i>Oedematis topica.</i> 73.</p> <p><i>Oedema raro per se rumpi.</i> 75.</p> <p><i>Oedema aquosum</i> 76. <i>causa signa</i><br/><i>curatio.</i> 77.</p> <p><i>Oedematosi tumoris in tibijs cura-</i><br/><i>tio.</i> 128.</p> <p><i>Dischencfel oder Bruch ibidem.</i></p> <p><i>Oesophagus vide Gula.</i></p> <p><i>Officina vitalis spiritus Cor.</i> 8.</p> <p><i>Officina animalium spirituum Ce-</i><br/><i>rebrum ibidem.</i></p> <p><i>Officina Chirurghi.</i> 6.</p> <p><i>Oculorum usus &amp; fabrica.</i> 256.</p> <p><i>quot modis vulnerentur ibidem.</i></p> | <p><i>Oleum Hypericonis.</i> 194.</p> <p><i>Oleum commune an fuerit quod</i><br/><i>vulneribus Samaritani filius Dei</i><br/><i>infundit.</i> 193.</p> <p><i>Oleum vulneribus cutis carnosarum</i><br/><i>partium inimicum.</i> 232.</p> <p><i>Omentum quid.</i> 273. <i>eius Vulnus</i><br/><i>&amp; Curatio ibidem.</i></p> <p><i>Operationes solius Chirurghi qua.</i> 20.</p> <p><i>Chirurghi &amp; remediorum simul.</i><br/>21.</p> <p><i>Operationum quatuor genera esse</i><br/><i>per qua vulnera omnia sint sanan-</i><br/><i>da.</i> 201.</p> <p><i>Operationes Natura in vulnerum</i><br/><i>curatione qua ibidem.</i></p> <p><i>Operatio Chirurghi omnis consistit</i><br/><i>in artificiosa manuum prompti-</i><br/><i>tudine.</i> 203.</p> <p><i>Operationes Chirurgice in curanda</i><br/><i>di vulneribus qua &amp; quot.</i> <i>ibi-</i><br/><i>dem.</i></p> <p><i>Optimus Chirurgus quis.</i> 79.</p> <p><i>Orificium Ventriculi quid.</i> 11.</p> <p><i>Ossa quot modis frangantur.</i> 4.<br/>239.</p> <p><i>Ossa mediante membrana sentiunt.</i><br/>6.</p> <p><i>Ossium descriptio</i> 17. <i>numerus.</i> 18.</p> <p><i>officium &amp; usus, vulnera &amp;</i><br/><i>fractura ibidem.</i></p> <p><i>Ossis corruptio in ulcere.</i> 135.</p> <p><i>Ossium vulnera quomodo curanda.</i><br/>235.</p> <p><i>Ossis vulnus &amp; fractura quid diffe-</i><br/><i>rant ibidem.</i> <i>Ossa</i></p> |
|--|---|



# INDEX

|  |  |
|--|--|
| <p><b>Offa</b> casu interveniente conglutinari. 235.</p> <p><b>Offis</b> capitis vulnerum species. 239. signa 240. 241. Prognostica. 242. Curatio ibidem</p> <p><b>Os</b> corruptum aut emortuum quomodo tractandum. 244.</p> <p style="text-align: center;">P.</p> <p><b>Paralysis</b> ex vulnere quid. 296. Curatio ibidem.</p> <p><b>Parotidis</b> curatio Topica. 98.</p> <p><b>Pars</b> mandans quid. 42.</p> <p><b>Partes</b> principales quae &amp; quot. 7.</p> <p><b>Peritonei</b> descriptio. 12. usus. 13. vulnera an periculosa &amp; quomodo lethalia ibidem.</p> <p><b>Penis</b> vulneris curatio. 282.</p> <p><b>Pblegmone</b> quid. 39. ejus species. 40. 46. 47. 55. cause, signa ibidem. curatio. 48. 49. symptomatica, eorumque curatio. 53.</p> <p><b>Phagedana.</b> 158.</p> <p><b>Pituita</b> triplex consistentia; nempe moderata, tenuis aut crassa. 71. 72.</p> <p><b>Pituitam</b> preparantia. 73. Evacu-<br/>antia ibidem.</p> <p><b>Pituitosa</b> excrescentia. 79. ejus species ibidem.</p> <p><b>Pingua</b> omnia vulneribus inimica 193.</p> <p><b>Plaga</b> vide vulnus.</p> <p><b>Plaga</b> quid differat à vulnere. 171.</p> <p><b>Plantago</b> aquatica arma extrahit. 208.</p> | <p><b>Post</b> principales partes quae. 7.</p> <p><b>Polypus</b> quid. 99. quotuplex ibidem. Curatio ibidem.</p> <p><b>Potiones</b> vulnerarias mira prestare in vulneribus intestinorum. 275.</p> <p><b>Ex Polygonato</b> cataplasma. 304.</p> <p><b>Prestantia</b> chirurgiae. 1.</p> <p><b>Præcipitatus Mercurius</b> quid. 145.</p> <p><b>Propolis</b> quid. 208.</p> <p><b>Pruritus</b> partis vulneratae unde? 298. curatio ibidem. 313.</p> <p><b>Pulmonum</b> descriptio. 10. officium &amp; usus ibidem. Vulnera ut plurimum &amp; cur letalia ibidem.</p> <p><b>Pulmo</b> mediante membrana sentit. 16.</p> <p><b>Pulsadern.</b> 15.</p> <p><b>Pus</b> quid. 112.</p> <p><b>Pulmonum</b> vulnerum Prognosis. 178.</p> <p style="padding-left: 20px;">signa &amp; curatio. 271.</p> <p><b>Pullerlein.</b> 36.</p> <p><b>Punctatio</b> quid. 217.</p> <p><b>Putridum</b> ulcus vide ulcus putridum. in puris evacuatione majorum ulcerum quid observandum. 45.</p> <p><b>Puris</b> optimi conditiones ibidem.</p> <p><b>Purgans</b> pulvis Avicennae 82.</p> <p style="text-align: center;">R.</p> <p><b>Rane</b> aquatilis cinis melle mixtus arma extrahit. 208.</p> <p><b>Rasoria</b> instrumenta. 244.</p> <p><b>Renum</b> descriptio. 13.</p> <p style="text-align: center;">Zz 2</p> |
|--|--|

Offi-



# INDEX.

|   |   |
|---|---|
| Officium & usus ibidem vulnera<br>quomodo letalia ibidem. Cu-<br>ratio. 279.  | Sanguinem sistens pulvis. 198.                                  |
| Ren dexter elatior est sinistro. 13.  | Sanguinis suppressio in vulneribus<br>quomodo persicienda. 209. |
| Remediorum solorum operationes<br>que. 20.  | Sanguinis eruptio omnis vulneris<br>recentis comes. 210.        |
| Remedia secundum quatuor mor-<br>borum tempora varianda. 43.  | Sanies quid. 329.   |
| Remedia vulneraria 189.   | Sanguis est vite thesaurus ibidem.                              |
| Remediorum delectus pro intempe-<br>rie partis habendus. 228.   | Sanguis à vulnere ut abstergendus.<br>211.                      |
| Reges Anglia & Gallia strumas cu-<br>rant. 86.  | Sanguinem sistentia que. 29. quor-<br>modi. 210.                |
| Repellentia quid. 21. usus eorum<br>ibidem 31. cautio. 22. quanam<br>sint repellentia ibidem. 30. in<br>quibus casibus noxia. 45. | Sanguis quomodo supprimendus.<br>212. 214.                      |
| Reponendi ossa fracta methodus.<br>306.   | Sanguinem sistentia simplicia &<br>composita. 213.              |
| Retentio in figura naturali ossis<br>fracti & repositi quomodo fiat.<br>307.  | In sanguinis suppressione quid ca-<br>vendum. 211.              |
| Resolutio est motus & sensus priva-<br>tio. 10.   | Septica. 27.  |
| Rose. 66.   | Sarcoticus pulvis. 192.   |
| Ruptura quid. 5. 17.  | Sarcotica quid & quanam. 31. 156.                               |
| Ruptarum membranarum preci-<br>pua symptomata. 6.   | Sarcotica quomodo dentur, cum<br>sarcosis Natura opus sit. 31.  |
| Rudegradt. 9.   | Serpigo quid. 70.   |
| Ruptorium Anthracis. 61.  | Soporifera que. 23.   |
| Ruptura Peritonæi quid. 329.  | Scirrhus quid. 39. Species. 40. 86.                             |
| S.  | Causa, prognosis, curatio. 87.                                  |
| Sacculi sanguinis grumos dissoluen-<br>tes. 243.  | Scyrrhus proprie ex solo Melan-<br>cholico humore oritur. 86.   |
| Sandaraca quid. 125.  | Scirrhi Topica caute applicanda.<br>88.                         |
|   | Scirrhi scroti curatio. 105.                                    |
|   | Sehnader. 13. 228.  |
|   | Scrotum in Hydrocele au aperien-<br>dum. 106.                   |
|   | Schermesser. 183.   |
|   | Scha-   |



# INDEX.

|   |           |   |       |
|---|-----------|---|-------|
| Schavelß von tuchern <i>ibidem.</i>     |           | 81. Prognostica, curatio <i>ibidem.</i> |       |
| Strahlen quid <i>chirurgis.</i>         | 206.      | Strumas ad Luna motum augeri            |       |
| Schabeyßen.                             | 248.      | vel minui <i>ibidem.</i>                |       |
| Schruve <i>ibidem.</i>                  |           | Struma quibus populis Endemia           |       |
| Schnabetch Zange.                       | 249.      | <i>ibidem.</i>                          |       |
| Schnitzer <i>ibidem.</i>                |           | Struma omnes infra cutem peculi-        |       |
| Soporifera quæ. 23. differentia eo-     |           | ari membrana vestita.                   | 81.   |
| rum à Narcoticis <i>ibidem.</i>         |           | Struma in ulcus malignum muta-          |       |
| Schedellvet.                            | 272.      | tio est. <i>ibidem.</i>                 |       |
| Schneht <i>ibidem.</i>                  |           | Struma chirurgica Excisio.              | 85.   |
| Sinovia Paracelsi quid.                 | 291.      | Strumarum quarum curatio o-             |       |
| Situs singulorum membrorum na-          |           | mittenda.                               | 86.   |
| turalis quis.                           | 309.      | Ein alter Schade von new auff-          |       |
| Similares partes quid & quæ. 8.         |           | gebroschen.                             | 134.  |
| cur cognoscende.                        | 5.        | Stupefacientia quæ.                     | 23.   |
| Sophia Theophrasti quid.                | 305.      | Sublimati preparatio.                   | 147.  |
| Sordes quid.                            | 112. 143. | Sucherlein.                             | 183.  |
| Sordidum ulcus vide ulcus sordi-        |           | Suchen.                                 | 138.  |
| dum. scire chirurgum quæ oportet.       | 7.        | De succino Emplastrum.                  | 196.  |
| Spinalis medulla quid. 10. 264.         |           | Suppurantia vide Maturantia.            |       |
| vulnerata prognosis <i>ibidem.</i> cu-  |           | Suppurantibus cur utamur, cum           |       |
| ratio.                                  | 265.      | suppuratio Natuura opus sit.            | 26.   |
| Spasmus in vulneratis unde oria-        |           | Suppurationis signa                     | 44.   |
| tur. 294. curatio <i>ibidem.</i>        |           | Swulß.                                  | 3.    |
| Sutura quid. 216. quæ ad eam fa-        |           | Symptomati succurrendum.                | 5.    |
| ciendam necessaria <i>ibidem.</i>       |           | Symptomata esse causam continen-        |       |
| In suendis vulneribus canones te-       |           | tem Ulcerum.                            | 116.  |
| nendi.                                  | 217.      | Symptomata fracturarum quæ.             |       |
| Slunck.                                 | 11.       | 312. eorum cause <i>ibidem.</i>         |       |
| Splen vide Lien.                        |           | Symptomata vulnerum quæ. 225.           |       |
| Sphacelus non tantum carnem sed         |           | Symptomata vulneratorum præ-            |       |
| & ossa corripit.                        | 62.       | cipua.                                  | 287.  |
| Sphaceli causa <i>ibidem.</i> signa.    | 63.       | Syncope vulneratorum quomodo            |       |
| Struma. 80. causa <i>ibidem.</i> signa. |           | curanda.                                | 288.  |
|   |           | Zz 3                                    | Tabss |



# INDEX

| T.  |  |
|---|--|
| <p><i>Tabes ex vulnere Pulmonum sequitur.</i> II.</p> <p><i>Tabula tumorum genera &amp; species continens.</i> 41.</p> <p><i>Tartarum Paracelsistarum quid.</i> 76.</p> <p><i>Telephia ulcera quid.</i> 139.</p> <p><i>Tendines quid. 229. 19. officium &amp; utilitas ibidem. vulnera ibidem curatio.</i> 228.</p> <p><i>Temporum vulnera cur periculosa</i> 17.</p> <p><i>Therma Carolina optimum strumarum remedium.</i> 82.</p> <p><i>Testium descriptio, officium &amp; usus. 9. vulnera difficilia curantur ibidem. contusio quomodo lethalis ibidem. tumor 104. inflammatio eiusque topica curatio ibidem. Oedematosus tumor. 105.</i></p> <p><i>Testiculi praecisio in Hernia carnosae quomodo molienda.</i> 106.</p> <p><i>Testium vulnus quomodo curandum.</i> 282.</p> <p><i>Thorax quid. 265. ejus vulnus 266. curatio ibidem.</i></p> <p><i>Tibiarum vulnerum curatio. 283. ulcerum decoctum.</i> 169.</p> <p><i>Thoracis vulnus cur periculosum</i> 266.</p> <p><i>Thoracis vulnus Empyema aut phti- sin ut plurimum post se relinque- re.</i> 270.</p> <p><i>Topicorum delectum habendum.</i> 120.</p> | <p><i>Tumor quid. 3. 37. Tumorum materia. 38. symptomata.</i> 21.</p> <p><i>Tumor praeter naturalis omnia tria morborum genera in se continet.</i> 4. 38.</p> <p><i>Tumorum praecipua symptomata.</i> 5.</p> <p><i>Tumorum sex genera.</i> 38.</p> <p><i>Tumor externus nullus a simplici humore excitatur.</i> 39.</p> <p><i>Tumorum generatio, causa, signa. 41. 42. 43. tempora periodica ibidem. terminatio quotuplex ibidem.</i></p> <p><i>De tumoribus generales regulae.</i> 44.</p> <p><i>Tumorum indicationes. 45. curandi methodus ibidem. cautiones in tumoribus aperiendis.</i> 46.</p> <p><i>Tumor flatuosus vide flatuosus tumor.</i></p> <p><i>Tumor venenatus vide venenatus tumor.</i></p> <p><i>Tumor uteri.</i> 109. 110.</p> <p><i>Tumor partium vulneratarum quomodo sedandus.</i> 290.</p> <p style="text-align: center;">V.</p> <p><i>Variolas &amp; morbillos esse species Herpetis miliaris.</i> 70.</p> <p><i>Varix quid. 133. Vasa medicis quid.</i> 15.</p> <p><i>Venenati tumores qui.</i> 97.</p> <p><i>Vena cave exortus.</i> 9.</p> <p><i>Venarum descriptio, ortus, officium.</i> 16.</p> |



# INDEX.

|   |   |
|---|---|
| <p><i>16. vulnera quanam letalia aut periculosa ibidem.</i></p> <p><i>Vena omnis excepta unicā arteriam sibi comitem habet ibidem.</i></p> <p><i>Vena an Arteria in vulnere sit laesa quomodo dignoscendum. 210.</i></p> <p><i>Venarum Arteriarumq; vulnerum curatio. 234.</i></p> <p><i>Vena cave vulnerata signa. 270.</i></p> <p><i>Venenatorum vulnerum curatio. 283.</i></p> <p><i>Venenatorū vulnerū curatio. 283.</i></p> <p><i>Venus vulnerū pestis. 200.</i></p> <p><i>Vernix quid. 123.</i></p> <p><i>Ventriculi descriptio II. officium &amp; usus ibidem. Vulnera 179. curatio. 276.</i></p> <p><i>Vesicabilis descriptio, officium &amp; usus 13. vulnera semper letalia ibidem.</i></p> <p><i>Vesicae urinariae descriptio &amp; officium. 14. vulnera quomodo aut periculosa aut letalia ibidem. signa &amp; curatio. 280. 281.</i></p> <p><i>Virga virilis tumoris curatio. 108.</i></p> <p><i>Victus ratio vulneratis qualis praescribenda. 198.</i></p> <p><i>Victus ratione Naturae operationes quomodo juventur. 202.</i></p> <p><i>Vigiliae in vulnerat. cur noxia. 293. unde excitentur in vulneratis ibidem. curatio ibidem</i></p> <p><i>Virus quid. 156.</i></p> <p><i>Viscus nullum membranā expers in corpore reperitur. 16.</i></p> | <p><i>Vita thesaurus sanguis. 210.</i></p> <p><i>Vinculo minores strumas intercipientas. 85.</i></p> <p><i>Ulcus quid. 4. Symptomata precipua 5.</i></p> <p><i>Ubi ulcus ibi tumor ibidem.</i></p> <p><i>Ulcus omne a materia erodente ut plurimum fit ibidem.</i></p> <p><i>Ulcus cum intemperie. 124. cum affluxu humoris. 127. ejusdem Curatio ibidem. cum contusione ejusq; curatio. 131. cum superflua carnis excrescentia. 132. denuo disruptum 134. curatio ibidem. cum ossis corruptione 135. signa ibidem. curatio. 136. verminosum. 137. causa. 138. curatio ibidem. malignum. 139. causa ibidem. curatio. 140. 141. foetidum. 143. sordidum &amp; putridum ibidem. causa. 144. curatio ibidem. 145. profundum quid. 148. fistulosum &amp; cavernosum ibidem. virulentum quid. 156. species. 157. depascens &amp; exedens quid. 158. causa, signa &amp; curatio. 159. cancriforme. 161. causa, signa, curatio ibidem Varicosum. 133.</i></p> <p><i>Ulcus quid &amp; quae excrementa. III. differentiae &amp; species. 113. causa. 115. Prognosis. 117. curatio 118.</i></p> <p><i>Ulcus dolorosum quid. 121. causa &amp; curatio ibidem. 123.</i></p> <p><i>Ulcus</i></p> |
|---|---|



# INDEX

|   |  |
|---|--|
| <p><i>Ulceram doctrina cur praemissa vul-</i><br/><i>nerum doctrina.</i> 110.</p> <p><i>In ulcere intemperiei dignotio.</i> 124.<br/><i>curatio.</i> 125. 126.</p> <p><i>De Vernice pictorum Emplastrum.</i><br/>136.</p> <p><i>Vomitai ex vulnere que meden-</i><br/><i>tur.</i> 297.</p> <p><i>Unio vulneris quomodo facienda.</i><br/>214.</p> <p><i>Vomitorium.</i> 82. 297.</p> <p><i>Urina suppressio in vulneris unde</i><br/><i>297. curatio ibidem.</i></p> <p><i>Usnea usus.</i> 30.</p> <p><i>Ufus cerebri</i> 8.</p> <p><i>Uteri descriptio &amp; usus.</i> 281. vulne-<br/><i>ra ibidem. tumoris topica cura-</i><br/><i>tio.</i> 109.</p> <p><i>Vulnera cerebri ut plurimum le-</i><br/><i>thalia.</i> 176. <i>cordis necessario</i><br/><i>lethalia 9. Epatis non simplici-</i><br/><i>ter lethalia ibidem. testium vide</i><br/><i>Testium vulnera.</i></p> <p><i>Vulnus quid.</i> 4. 171. <i>differentia.</i><br/><i>172. quid differat ab ulcere ibidem</i><br/><i>causa &amp; signa</i> 175. <i>prognosis.</i> 177.<br/><i>que ut plurimum lethalia.</i> 178.<br/><i>levia vulnera cur interdum curatu.</i><br/><i>difficilia.</i> 179. <i>Vulnerum quatuor</i><br/><i>curatrices cause.</i> 180. <i>curationem</i><br/><i>impedientia</i> 181. <i>remedia ibidem.</i><br/><i>Vulneraria potiones.</i> 187. 188. 129.<br/><i>pulveres.</i> 190.</p> <p><i>Vulnus semper à causis extrinsecis</i><br/><i>fieri.</i> 187</p> | <p><i>Vulneris &amp; Ulceris differentia.</i><br/>III.</p> <p><i>Vulneraria Emplastra</i> 123. 196.</p> <p><i>In vulnerum curatione quatuor</i><br/><i>causas concurrere.</i> 201.</p> <p><i>Vulnera qua lethalia.</i> 205, <i>quo-</i><br/><i>modo, vulneraria medicamen-</i><br/><i>ta vulneribus imponenda &amp;</i><br/><i>quo ordine.</i> 219.</p> <p><i>Vulnera partium qua peculiarem</i><br/><i>curam requirunt.</i> 226.</p> <p><i>Vulneris cum fracto membro co-</i><br/><i>pulati curatio.</i> 313.</p> <p><i>Vulnus luxationi copulatum quo-</i><br/><i>modo curandum.</i> 326.</p> <p style="text-align: center;">W.</p> <p><i>Wassericht geschwulß.</i> 76.</p> <p><i>Wehne.</i> 80.</p> <p><i>Weeke.</i> 36. 183.</p> <p><i>Wilde fleisch.</i> 291.</p> <p><i>Wilde fleisch in offenen schaden.</i><br/>132.</p> <p><i>Windich geschwulß.</i> 93</p> <p><i>Wunde.</i> 4.</p> <p><i>Wund arney.</i> 3.</p> <p><i>Wund tranck.</i> 187.</p> <p><i>Wund pflaster.</i> 196.</p> <p><i>Wund feyle.</i> 248.</p> <p><i>Ein offener schade darin würme</i><br/><i>gewachsen.</i> 137.</p> <p><i>Wulff oder ein tiefer fressender</i><br/><i>schade.</i> 3. 158.</p> <p><i>Zangelein</i> 248.</p> |
|---|--|







